6
8-b
43

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
6 F
56

Bibliotheca
Coll. Rom.
Societ. Jesu
6 8 6 43

13
13

DE QVÆSTIONIBVS ORATORIIS LIBRI DVO:

In quorum vno de quæſtionum Statibus; in altero de Cauſſarum generibus, ex antiquorum Rhetorum doctrina copioſe diſputatur; atque ad Orationes conficiendas & exponendas via demonſtratur:

Opus, tum humanitatis ſtudioſis; tum ijs qui in foro & concione verſantur maxime vtile ac neceſſarium:

Auctore Ludouico Carbone, a Coſtaciaro, Academico Parthenio, & ſacræ Theologiæ in almo Gymnaſio Peruſino olim publico Magiſtro.

CVM DVPLICI INDICE.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Damianum Zenarium M. D. XCIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PHILIPPO PINCIO,
PHILOSOPHO,
ET IVRISCONSVLTO,
ORATORIQ. EGREGIO
LVDOVICVS CARBO S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HOc meum de quæſtionibus oratorijs opus in lucem daturus, Iuris & Eloquentiæ peritiſſime Pinci, aliquo graui patrono, ob temporum prauitatem, ei opus fore omnino exiſtimaui. Cum ergo mecum ipſe cogitarem, ſub cuius præcipue tutelam, tuto in vulgus ederem; vnus tu mihi occurrebas, cui hoc opus non ſolum ob eius vtilitatem, ſed etiam ob tuas egregias virtutes, & eruditionem, atque ob tuam in me ſingu-

larem voluntatem, iure dicare debere. Nam, quis,mecum dicebam, de Quæſtionibus oratorijs librum, melius ab inuidorum calumnijs, quorum plena ſunt omnia,vindicare poterit,quam Iuriſperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium Iuriſperitiſſimus Philippus Pincius? qui iam tot annos ſumma cũ laude, in ea Vrbe grauiſsimas cauſſas tractat, vbi magis quam alibi gentium eloquentia dominatur:qui ijs omnibus eſt inſtructus rebus, quæ in bono Patrono deſiderantur, bonarum artium notitia, cum dicendi facultate coniuncta. Querebatur olim Latinus Orator de Iuris peritis, quod ſolas leges, dicendi copia neglecta, diſcerent; & de Philoſophis, atque Sophiſtis, quod Sapientiam & Eloquentiam, quarum maximum debet eſſe conſortium, diſſociarent: at de te quidem lamentari poteſt nemo: quippe qui aſſiduo ſtudio ita in doctrina legum, in Philoſophia,& in arte oratoria profeciſti; vt mihi dubiũ ſit, an te potius Iuriſperitũ, quam Philoſophum

loſophum, & Philoſophum, quam oratorem appellem, cum tamen his tribus præclaris nominibus te appellare mihi omnino liceat: mihi, inquam, cui quantum in te rerum humanarum, atque diuinarum notitiæ, & eloquendi copiæ ſit, ex ſermonibus tecum habitis, eſt omnino perſpectum. Patiantur itaque hic viri docti oportet, quod M. Tullius homines non facile perpeti ſolere dixit; vt aliquis pluribus in rebus excellat, vt tu ſane excellis. Qui, non vt leguleius quidam acutus, præco actionũ, cautor formularum, & auceps ſyllabarum, ſed tanquam bonus Orator ſapiẽtia & eloquentia inſtructus, in iudicijs verſaris. Qui, né Iuriſprudentiam indotatam, atque incomitatam, & incomptam poſſideres, bonarum artium dote locupletaſti, & dicendi copia ornaſti: vt qui optime noſti neminem in Oratorum numero eſſe habendum, qui non ſit omnibus ijs artibus quæ ſunt libero homine dignæ perpolitus. Coniunxiſti itaque ſapientiam cum elo

quentia, ne ſine hac infans, & ſine illa inſipiens viderere; vt multi ſane videntur: qui in Iuriſperitorum numero collocari uolunt, quamuis Iuriſprudentiam, hoc eſt rerum humanarum & diuinarum ſcientiam vix guſtauerint, ac ne guſtauerint quidem. Qui cum male ſibi cõſuluerint, qua ratione alijs recte conſulere queant, non intelligo: ac proinde conſultius agerent, ſi ab ea re abſtinerent, quæ ſine omnium artium cumulo, quem Græci Encyclopędiam vocant, recte exerceri nequit. Quibus artibus tantum tibi auctoritatis comparaſti, vt domum tuam quaſi totius ciuitatis oraculum feceris. Hic mihi, Excellentiſs. Doctor, latus daretur ad dicendum campus, ſi quæ de Iuriſprudentiæ dignitate, de Oratoriæ facultatis præſtantia, deque Philoſophię ſplendore longiſſimis orationibus dicuntur, hos communes locos tractando, de te dicere vellem. Verum, cũ hæc vnius Epiſtolæ anguſtijs contineri nequeant, quibus & quantis laudibus cumulan-

mulan-

mulandus ſis, ijs cogitandum relinquo, qui trium præſtantiſſimarum artium, quanta ſit dignitas, quantum decus, aliquo pacto norunt. Ea igitur de te cogitatione complectantur alij, quæ me verbis conſequi nullo modo poſſe, plane confiteor. Atque idem de tuis virtutibus dicam, quod de doctrina dixi; de tua religione in Deum, de caritate in filios, de beneuolentia in amicos, de obſeruantia in doctos, de fide in clientes, quorum patrocinium non ideo ſuſcipis, vt, vel mercedulã, vel gloriolam aliquam aucuperis, ſed vt iuſtitiam colas, vt innocentes in uita conſerues, & vt afflictos erigas: ac denique de tua humanitate in omnes. Ob has itaque & alias tuas virtutes, non ſolum hoc leue munuſculum a me tibi debetur, ſed etiam a quocunque alio quodcunque aliud: cũ nõ facile inueniri poſſit genus vllum honoris, qui eſt virtutis præmiũ, qđ tua omnem in partẽ aſſequatur merita; cũ omnis iuſtus & honeſtus labor, honoribus & præmijs omnibus, decorandus

randus ſit. Quod vero de tua in me voluntate mihi multis argumentis plane perſpecta, dicebam; ita me tibi deuinxiſti, vt quidquid habeo, quidquid poſſum, tibi quodam priuato iure deberi intelligam. Quid enim tibi non debeã, cum me, meaque omnia, quæ tua eſt humanitas, ſępe laudare ſoleas; quando homini maius ab homine pręſertim laudato, in hac vita tribui nihil poſſit. Neq; illud me parum commouit, quod illis me nonnihil debere ſentio; qui iuuenes diſcendi cupidos mihi docendos prębent; cum tu Paullum filium bonę indolis adoleſcentem, auitas & paternas virtutes æmulantem in Dialecticis, & Philoſophicis inſtituendum tradideris: de quo illud me polliceri poſſe arbitror, fore vt bonas artes quaſi hæreditario iure a ſuis acceptas, conſeruet, & augeat: te præſertim auctore, qui hoc vnum ſtudes, & diligenter curas, vt in iuuenili adhuc ætate, omnibus liberalibus diſciplinis animum informet: Vt qui optime noſti, præclarius eſſe ſuis

virtu-

virtutibus florere,quam ſuorum maiorum opinione niti: & ita viuere,vt poſteris relinquatur nobilitatis decus, & virtutis exemplum: neminemque ciuem egregium fieri poſſe, qui non artibus & diſciplinis ſit eruditus. Denique, illud etiam me incitauit, quod ad libros rhetoricos perficiendos me aliquando hortatus es; vt, vel ob hanc vnam cauſſam eorum aliquis tibi dicandus eſſet: & is præſertim, in quo de Quæſtionibus oratorijs diſſeritur, quas tu quotidie prudenter & ornate tractas. Quare illud hac mea nuncupatione conſequar, quod in nuncupando propoſitum habere ſoleo; vt ijs mea dicem, qui de eis iudicium ferre, & quid ſibi tributum ſit, intelligere queant. Omni itaque animi ſtudio, hoc quidquid eſt muneris, tibi dico & conſecro; quamuis quam ſit exiguum, & tuis meritis impar non ignorem: cum præſertim a maioribus maiora tibi iam dicata fuiſſe ſciã: an vero maiori ſtudio, nõ facile conceſſerim: quod ſi, vt confido, ſpectare volueris

lueris,& tu a me aliquid accepiſſe facile exiſtimabis,& me hoc tibi munuſculum tribuiſſe, nec pudebit, nec pœnitebit vnquam. Vale

AD PHILIPPVM PINCIVM
LIBRI PATRONVM
Cæſaris Ranuccij Carmen.

QVæ quincta expromſit Carbo de diuite vena
Fecundi ingenij iam monumenta ſui;
Vt monſtret, quam fonte fluat facundia largo,
Quot, qualesq́; ſtatus, vnde parentur opes:
Hæc nunc e tenebris paſſim proferre parabat,
Et claræ lucis commoda grata dare;
Excuſſaque penu, & theſauris deniq; apertis,
In vulgus iam iam iuſſerat ire foras:
Cum ſubijt mentem, Libros in luminis auras
Edendos dura hac conditione premi;
Quod ſine patrono, ſine forti vindice, Vulgi
Non tuto ſubeant murmura vana rudis.
Vt nauis ſit firma licet, ſpoliata magiſtro
Se vaſtis pelagi non bene credit aquis.
Propterea cœpit patronum quærere, famæ
Librorum cupiens conſulere, atque ſibi.

Quærenti, Pinci Oratorum maxime, ſolus
Occurris meritis aptior, & melior.
Tu ſummæ Sophiæ cultor, grauitate verendus:
Tu eloquij ſtudijs, Ingenioque vales:
Acri iudicio penetras ænigmata legum:
Es fidus mœſtis, portus, & aura reis.
Tu merito electus: gaudent te vindice vtrique:
Cuncta tuo ſperant tuta patrocinio.
Vis tantam penſare fidem? vis gaudia? Pinci,
Fac, foueas, faueas: fac, tuearis, ames.

LVDOVICI MONTIFERII
PHYSICI ARIMINENSIS
ad Ludouicum Carbonem.

DIſcit, amatq; ſimul, capiturq; lepore & amore,
Qui librũ euoluit, Carbo diſerte, tuũ,
Quærere dumq; doces doctè, prudenter, acute,
Quiſque tuum præſtans ſuſpicit ingenium.
Qualia ſperauit, fruitur nunc lector, & hæret
In ſcriptis omnis mens, animusq; tuis.
O' felix Carbo, cui dotes docta Minerua
Certatim & Charites contribuere ſuas.
Inſeditque tuis labris Hyblea Meliſſa,
Dulci & compleuit mellea verba fauo.
Namq; imitaris apes, dum flores vndiq; libas,
Et gratum lepido fundis ab ore melos.

INDEX DISPVTATIONVM PRIMI LIBRI.

SITNE Rhetoris agere de quæſtionibus: quid & quotuplex ſit quæſtio. Diſp. 1. pag. 1
An tractatio de ſtatibus ſit Rhetorica, & neceſſaria. Diſp. 2. 15
Quid ſtatus ſignificet, & de eius varijs nominibus. Diſp. 3. 26
Quid ſit ſtatus. Diſp. 4. 37
Quot ſint ſtatuum genera. Diſp. 5. 51
Afferuntur variæ ſtatuum diuiſiones. Diſp. 6. 68
An in cauſsis qualitatis ſtatus, ex prima, vel ſecunda conflictione naſcatur. Diſp. 7. 78
Vter faciat ſtatũ, actor an reus. Diſ. 8. 87
De ſtatus Coniecturalis vi, atque natura. Diſp. 9. 95
De locis, ſiue capitibus, quibus tractari, ac diſponi poteſt Coniecturalis ſtatus. Diſp. 10. 110
De ſtatu Definitionis, quæ ſit huius ſtatus natura

natura. Diſp. 11. pag. 123
De locis, ſiue capitibus, atque diſpoſitione ſtatus Definitiui. Diſp. 12. 133
Quid & quotuplex ſit qualitatis ſtatus: & de qualitate abſoluta. Diſp. 13. 143
De qualitate Aſsũptiua; quæ ſint eius ſpecies, & capita. Dip. 14. 153
De Aſſumptiuæ conſtitutionis locis, ſiue capitibus. Diſp. 15. 160
De ſtatu Negotiali. Diſp. 16. 166
De ſtatu Translationis. Diſp. 17. 173
De Legitimarũ q̃ſtionũ ſtatib. diſ. 18. 185
Explicantur omnes Legitimarum quęſtionum partes. diſp. 19. 196
Sintne plures in vna cauſſa ſtatus, deq; Iudicationis inuentione. diſp. 20. 210
Qua ratione ſtatus in aliqua cauſſa, ſiue Oratione inueniri poſsit. diſp. 21. 217
Afferuntur duarum orationum, & quarundam Epiſtolarum Ciceronis Analyſes. diſp. 22. 225

SECVNDI LIBRI.

AN res eloquentiæ ſubiectę ad certa genera reuocari poſsint. diſp. 1. pa. 285
An tria tñ ſint orationis genera diſ. 2. 296
Qua ratione omnes dicendi formæ ad tria cauſſarum genera reuocari poſsint. diſp. 3. pag. 310

An

An recté dicatur, tria eſſe cauſſarum genera. Diſp. 4. pag. 327
Quæ ſit generis demõſtratiui natura, quæ cauſſæ. Diſp. 5. 337
Qua ratione Demonſtratiui generis Oratio diſponenda ſit. Diſp. 6. 348
Ex quibus locis perſonarum laudes ſumendæ ſint. Diſp. 7. 357
De factorum laudatione. Diſp. 8. 369
De laudibus rerum, vbi loci ad multas res laudandas indicantur. Diſp. 9. 374
An in genere Demonſtratiuo aliquis reperiatur ſtatus. Diſp. 10. 382
De generis Deliberatiui natura & cauſsis. Diſp. 11. 390
Qua ratione oratio generis Deliberatiui diſponenda ſit. Diſp. 12. 401
Enumerantur, ac exponuntur loci proprij generis Deliberatiui. Diſp. 13. 410
De natura, & cauſsis generis iudicialis. Diſp. 14. 423
De genere didaſcalico, ſiue doctrinæ. Diſp. 15. 435
Quodnam, e tribus Orationis generibus ſit præſtantius. Diſp. 16. 440

F I N I S.

Quæ

Quæ irrepſere maiora menda, ſic emendato.

Pagina 35.verſu 2. debeo. p.49. u.5. hoc. p.51.u.7. quot. p. 63.v.25.in rhet p. 71. v. 18. proſtitutæ. p 73.v.7.inconſiſt. p.75.v.25. negociales. p.88. v.6. diſſentiunt. p.96.v. 2. omittam. p.128.v.27 humeris. p.151.v.1. reditus. p. 173.v.24. certa. p.194.v.17. aio. p.292.v.4 hac. p. 298. v. 4. epidicticon. p.298.v.27.deprecandi. p.299.v 2. dialecticum. p. 335. v.4.ſolum. p.339.v.5. ſanæ. p. 341.v.28.motum. p.354.v. 5.idonec hoc. p.361. v.7. quæ. p.382.v. 4. faceſsiſſet. p.387.v. 23. genere. p.412. v. 26.alteri. p.414.v.4. quid laus.

DE QVAESTIONIBVS ORATORIIS, SIVE DE STATIBVS CAVSSARVMQ. GENERIBVS,

LIBER PRIMVS:

IN QVO DE STATIBVS DISPVTATVR.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sit ne Rhetoris agere de quæſtionibus: quid & quotuplex ſit quæſtio. Diſp. I.

TVNC rem aliquam a nobis perfecte cognoſci, cum ſingulas eius cauſſas cognitas habemus, vere a Philoſophorum principe varijs in locis pronuntiatum fuit. Cum ergo e quattuor artis Rhetoricæ cauſſis, formam & finem, quantum neceſſe fuit, libro primo De arte dicendi expoſuerim; duæ quæ longam & priuatam tractationem requirebant, materia & efficiens, diligentius nobis explicandæ reſtabant, Hoc itaque opere, auſpice Deo, ſpecia- Lib. 1. Phyſ. c. 1 Lib. 1. poſt. c. 2

 tim

tim de materia, hoc eſt, de oratorijs quæſtionibus, ſiue de ſtatibus, generibusq; cauſſarum, cum loco citato de oratoris materia ſolum vniuerſe ſcripſerim, diſputaturus ſum. Ac primum quidem de ſtatibus, quorum cognitio ſemper difficilis exiſtimata fuit: quam, quãtum in me erit, faciliorem, hanc methodum ſequendo, reddere conabor.

Primum itaque agã de quæſtionibus, quas Oratores tractare, & Rhetores docendo explicare ſolent: deinde ſtatuum naturam & partes vniuerſe exponam: poſtea de ſingulis priuatim diſputabo: poſtremo qua ratione ſtatus notandi & inueniendi ſint, plane docebo.

Cum ergo omnes meliores dicendi Magiſtri dicant, Rhetoricæ materiam eſſe quæſtionem, iure optimo priore loco hanc de quæſtionibus rhetoricis controuerſiam propoſuimus. Et licet multa ſint quæ in hac diſputatione dubitationem faciũt, nos tamen e multis pauca quædam in medium afferemus.

Primum, de quæſtionibus cognitionis, quarum finis eſt ſola doctrina, & de infinitis quæ vniuerſe tractantur, Rhetores nulla præcepta tradunt, nec Oratores, eas per ſe explicandas ſuſcipiunt: de his igitur quæſtionum generibus nihil erit Rhetori dicendum. Adde quod rhetorica eſt ars actionis: igitur non conſiderat quæſtiones vniuerſas, quæ ſunt cognitionis.

Deinde, diuidunt dicendi Magiſtri quæſtionem infinitam & infinitam; quæ diuiſio eſt accidentaria &

ria & inutilis: non ſecus ac ſi diuideres hominem in longum & breuem: fruſtra igitur affertur. Illa etiam partitio eſt imperfecta, qua quæſtio in cognitionem & actionem ſecatur; cum multæ ab Oratore tractentur quæſtiones effectionis, quæ ſub illis non continentur.

Præterea, multi ſunt qui dicunt, quæſtionem fi- In part.
nitam ſubdiuidi in cognitionem & actionem, quod non vno in loco affirmare videtur Tullius: atqui hoc falſum eſt, cum cognitionis quæſtio ad ſingulas & finitas res non deſcendat, ſed in vniuerſis verſetur: igitur.

Poſtremo, M. Tullius dixit, has quæſtiones, An In part.
res ſit, quid ſit, qualis ſit, eſſe quæſtiones cognitionis, quod eſt a vero alienum; cum multæ quæſtiones qualitatis in actione verſentur; vt an Milo iure occiderit Clodium.

Multa mihi ad huius diſputationis explicationem dicenda occurrunt, quæ ſi diligentius enucleare vellem, longum ſane facerem. Nonnulla itaque reſecando, ea tantum dicam quæ proxime ad noſtrum inſtitutum pertinent. Omittam igitur opiniones, quæ, in eo quod pręcipue quæritur, nullæ ſunt; quædam tamen fundamenta omnino neceſſaria ponam, ſi prius qui de ſuſcepta materia legendi ſint ſcriptores breuiter indicauero.

Pro hac ergo tractatione de quæſtionibus & ſtatibus legendus eſt Herẽnianus auctor, libro primo: Cicero in libris de inuentione, in Topicis, in Partitionibus, & in ſecundo de oratore ſermone:

Fabius libro tertio capite quarto, & ſequentibus; & libro ſeptimo, a capite ſecundo, ad finem vſque. Hermogenes libro primo de Inuentione: Conſultus Chirius libro primo: Trapezuntius libro primo & ſecundo: Antonius Pinus in ſuis commentarijs in Quinctilianum: Natales Comes in libris de terminis rhetoricis: Antonius Lullus libro primo de oratione: Ianus Parrhaſius Coſentinus, a capite vigeſimo primo ad trigeſimumprimũ: M. Ioan. Merclinius, libro primo quæſtionum Rhetoricarum: Petrus Sainct Fleur, in libello inſtitutionũ rhetoricarum: Lippus Brandolinus libro ſecundo, a ſecundo capite, ad ſeptimum: Georgius Macropedius in ſua Methodo de ſcribendis Epiſtolis: Petrus Ioan. Nunnes. libro ſecundo ſuarum inſtitut. Antonius Luſcus Vicent nus, in Orationem pro Plancio, & in Milonianam, vbi fuſius: diuus Auguſtinus libro de principijs, qui habetur in primo operum eius tomo. Nunc, vt quæ hac diſputatione quæruntur facilius explicentur, hæc pono fundamenta.

Lege lib. 1. de Inu. orat. *Primum fundamentum, quęſtio, ſic dicta a quęrendo, varie definiri ſolet: Boethius hoc modo finiuit, Quæſtio eſt dubitabilis propoſitio: Agricola hac ratione, eſt cum interrogatione elata oratio; ſiue, quod idem eſt, oratio interrogans, cui affirmando, vel negando reſponderi poteſt: vel denique cum Louanienſibus dicas, Quæſtio eſt cum interrogatione elata vox; vt, ſunt ne diuitiæ expetendæ? diſputatio de ſtatibus ſit vtilis, nec ne? vnde?*

In Topica Ariſt.

de? quorſum? Verum, aliquæ ſunt orationes cum interrogatione prolatæ, quæ potius prouocant ad quæſtionem, quam quæſtionem gignant; vt, cur vita aulica eſt fugienda? Cui ſi reſpondeas, quia ſtudia impedit, hæc orietur quæſtio, An hoc vitæ genus ſtudia impediat. Cum ergo oratoriæ facultatis materia ſit omnis quæſtio, vt meliores Rhetores affirmant, & quæſtionum varia ſint genera, dicendi artifices, quædam aſſignarunt quæſtionum capita, vt certa ad quæſtiones recte explicandas traderent præcepta. Eas igitur quæſtionum partes exponunt, quarum cognitio ad ſibi ſubiectam materiã tractandam, ad inueniẽdum, diſponendum, eloquendum, & ad ſuum finem conſequendum eſt neceſſaria: quas ſequenti fundamento exponemus.

Secundum fundamentum, quæſtio alia eſt cognitionis, alia actionis: cognitionis illa eſt, cuius finis eſt ſola rei veritas, quæ ſolum proponitur vt aliquid cognoſcamus, non vt agamus, vel efficiamus quippiam: quæ denique iis eſt de rebus quæ a nobis effici non poſſunt; vt, ſit ne mundus ab omni æternitate creatus? ſit ne cœlum rotundum? ſit habiturũ finem, nec ne? ſint aſtra terreſtri globo maiora? Actionis vero, quæ eſt de re quam nos poſſumus efficere: quæ ad aliquid agendum ſua vi referenda eſt, vt eſt virtutum cognitio: quamuis illa propriiſſime dicatur actionis doctrina, quæ agendi modum proxime docet; vt in philoſophia morum, prudentia. Huius generis ſunt hæ, liceat ne iniurias vlciſci? ſint ne pacta nuda ſeruanda? ſint di- Cic. in Part.

uitiæ expetendæ nec ne? Has nonnulli ciuiles, priores naturales & philoſophicas vocant. Quando de actione loquimur, quãcunque intelligimus actionem, ſiue ad mores, ſiue ad artes pertineat: quamuis illa proprie actio, hæc effectio vocetur; vt alibi docuimus. Illud etiam obſeruandum eſt, quęſtionẽ actionis, cognitionis ve duplici modo intelligi poſſe; vel ratione rei de qua quæritur, vel ratione modi, quo quæritur; quem ſi ſpectes, hi quęrendi modi, an ſit, quid ſit, & quale ſit, dicentur ad cognitionem ſpectare, cum per eos ſola rei notitia inueſtigari videatur; & tamen etiam in re ad actionem pertinente adhibentur. Ideo hæc quæſtionum diuiſio ab Oratore cognoſcenda eſt, quod alijs locis, & alia diſpoſitione quæſtio cognitionis tractetur, quã actionis controuerſia: quamuis de illa nihil fere præcipiant ſcriptores: ea fortaſſe de cauſſa, quod ſit minus in vſu, & pauca dicenda occurrant: de qua nos integram diſputationẽ, ſuo loco faciemus. ſed de hac diuiſione, quæ ſumpta eſt ex ipſa rerum natura & ex fine, hactenus. Secunda diuiſio, quã omnes priore loco ponere ſolent, quæſtionum alia infinita, alia finita; illam græce theſin appellant, **Cic. in Part.** *latine Priſcianus, poſitionem, Cicero propoſitum & conſultationem vocat; eam ob cauſſam quod adeatur & conſulatur, vt inde finita probetur: hanc hypotheſin, quaſi diceres, ſubtheſin, vel, verbum verbo reddendo, ſuppoſitionem, & cauſſam, controuerſiamque appellant: quod tamdiu indeciſa maneat, quoad per infinitam probetur. Infinita,*

illa

illa dicitur, quæ vniuerſe tractatur, quę dictionibus conſtat vniuerſis, quas nomina appellatiua vocant Grammatici, quæ a circũſtantijs eſt auulſa; vt ſunt hæ, ſit ne danda opera philoſophiæ? ſit ne ſapienti capeſſenda reſp. & ducenda vxor, quã qui ſpirituales filios, hoc eſt varios libros, ſapientiam amplectendo & fouendo procreare vellet, hunc in modum finiret:

Expedit vxores duci, generale fatebor:
Expedit ergo mihi, particulare nego.

Finita, quæ ad certas circumſtantias, perſonas, loca, temporaq; eſt contracta, & quæ dictionibus ſingulis, quas nomina propria vocant Grammatici, conficitur; vt, ſit ne laudanda Lucretia, quod ſibi manus conſciuerit? Recte ne fecerit Cato, qui ſuam vxorem tradidit Hortenſio? ſit ne Ariſtotelis rhetorica pueris explicanda? Illas generales & vniuerſales, has ſpeciales, particulares, & negocia vocant. Ideo hæc quæſtionis affertur diuiſio, quod non eadem ratione hæc duo genera tractetur, & multum interſit cognoſcere in quo genere verſeris; & vt intelligamus qua ratione finita, quę ſolet eſſe anguſta, ad infinitam traducatur; vt quę de illa dicũtur, de hac etiam dicantur. Quo loco illud adnotauerim, quęſtionẽ infinitam in omnibus poſſe reperiri circumſtantijs, in re, in perſona, in modo, in fine, & in alijs; vt, an militi ſit habenda fides, an huic militi: an diſſerere de rhetoricis ſit vtile, an eo modo, quo nos facimus. Ex quibus colligeres, theſin & hypotheſin eſſe interſe relata, tãquã ſu-

perius & inferius, & vnam contineri in altera, non tamen eadem ratione. Nam theſis cõtinet hypotheſin, vt ſuperius continet id quod eſt inferius: hypotheſis vero theſin complectitur, vt totũ partem, & ſpecies genus. Colligeres etiam theſin poſſe eſſe magis & minus amplam, prout magis & minus a ſingulari quæſtione eſt auulſa: ideo aliqui ſcriptores nonnullas quæſtiones intermedias aſſignant. Quare, quo in re ſubiecta plures inuenientur gradus, & quo quæſtio infinitior reddetur, eo maior ad dicendum inuenietur campus. Eſt hæc quæſtionum diuiſio accidentaria; cum eſſe longum & breue, ſiue latum & contractum, ad rei naturam non pertineat. Rurſus, rhetorica quæſtio in tres diuiditur partes, in quæſtionem, an ſit, quid ſit, & quale ſit: de qua diuiſione plura dicemus infra, cum de ſtatuum numero agetur. Ideo hanc diuiſionem Rhetores faciunt, quod hæ quæſtiones, nõ eadem methodo, nec iiſdem omnino locis explicentur: quæ diuiſio petita eſt ex ipſa rei, de qua quæritur natura, cum quæ de vnaquaque re inueſtigantur, omnia ad vnum ex tribus capitibus reuocentur. Præterea, rhetorica quæſtio; alia eſt ſimplex, vt illa in qua vnum tantum quæritur: alia coniuncta, in qua plura quæruntur: quam diuiſionem, cũ de ſtatibus inueniendis agam, latius explicabo. Eſt & alia diuiſio a modo conſiderandi ſumpta, cum res aliqua abſolute, vel comparate tractatur: vnde quæſtionum, alia abſoluta, alia comparata nominatur; vt, an honeſtum ſit amplectendum, &

Cic. in Part.

an ſit

an ſit præferendum vtili. Quæ duo genera non eo-dem prorſus ordine, neque iiſdem locis explican-tur. Denique, vt alias omittamus diuiſiones, quas nunc cognoſcere non eſt neceſſe, ex parte auditorũ; quæſtio diuiditur in demonſtratiuam, deliberati-uam, & iudicialem, vt fuſe libro ſecundo docebi-tur. Atque de quæſtionum diuiſione hactenus; nã, ſi quæ ſunt aliæ ad hanc tractationem pertinẽtes, ſuis locis afferentur. nunc ſequenti fundamento ſummatim ea capita recenſebo, quibus quæſtiones probantur, & ea dicam, quæ ad intelligẽdam Her-mogenis doctrinam, quam ſpeciatim in hoc libro explicaturi ſumus, ſunt accommodata. Lib 4. de Inu.orat

Tertium fundamentum, vt ſupra omnem quæ-ſtionum varietatem ad certa capita reuocari poſſe diximus, ita nunc totam probationum ſiue loco-rum multitudinem, ex Hermogenis ſententia, in duo capita conferri poſſe docebimus: Quæ in pri-mo genere ponuntur, a quibuſdam ſcriptoribus, Prima appellantur, quę omnes continent circũſtan tias, perſonam, rem, tempus locum, cauſſam, & modum: quæ in ſecundo, Vltima, quæ ſunt, verum, veriſimile, bonum, magnum, poſſibile, & horum contraria; & partes. In perſona ſpectatur proprie-tas, ſiue nota; vt, Milo, Clodius, ſingularis nimirũ perſona: relatio; vt, pater, filius, ſeruus, dominus: attributa quæ notant infamiam, vt quod quis ſit adulter, aſſentator, ſeditioſus: mores & ſtudia; vt agricola, liberalis, parcus: duorum attributorum coniunctio; vt iuuenis, diues, Roſcius quadragena-

rius,

rius, ruſticus: res cum perſona; vt ſi fucatus adoleſcens proſtitutæ pudicitiæ accuſetur; Cælius adoleſcens, qui delectatur otio: denique ſimplex alicuius appellatio; vt, hic eſt Imperator, rhetor, miles. Rurſus in perſonis ſpectantur bona animi, corporis, & fortunæ, quæ alio loco ſubdiuidētur. Res, ad quam reuocantur omnes categoriæ, & earum ſpecies, differentiæ, proprietates, & accidentia: vt ſunt ſubſtantia, quantitas, qualitas, actio, paſſio, ſitus, & habitus, quæ aliqui, Applicita, vocant. Huc etiam pertinent partes eſſentiæ rei; vt ſunt materia, & forma; atque integritatis, vt caput, collum, pectus, & aliæ. Ad rem reuocares etiam antecedentia, adiuncta, & conſequentia. Tempus etiam & locus ſuas habent partes, de quibus alibi. Cauſſarum quattuor ſunt genera, materia, forma, finis, & efficiēs. Atque idem dicas de circumſtantia modi, quæ nonnullas habet varietates alio loco recenſendas. Etiam capita finalia ſuas habēt partes: Vero ſubijcitur omne id quod admitti poteſt, græce, ἐνδεχόμενον: veriſimili, probabile, græce εἰκὸς, quod diuiditur in dilucidum, certum, & conſequens, hoc eſt quod ſibi, aut naturæ, aut conſuetudini, aut conceptæ apud homines opinioni nō repugnat; vt eſt omne verum poſſibile: quibus contraria ſunt, improbabile, ſiue abſurdum, obſcurū, incertum, ſine auctoritate & fide; atque repugnans. Bono ſubijcitur honeſtum, vtile, delectabile, quorum partes infra recenſebo, & poſſibile. Rurſus, ſunt alia quædam prima capita quæ ad

quæſtionum comparatarũ confirmationẽ conferũt; vt ſunt oppoſita, ſimilia, diſſimilia, comparata, exempla, ſententiæ, ſiue pronuntiata: quæ non in re, ſed extrinſecus ſpectantur, quorum hanc breuẽ expoſitionem ſubijcio. Quæ comparantur, aliquo genere conueniunt, & ideo partim ſunt ſimilia, partim diſſimilia: Hæc, vel ſunt diſparata; vt homo, & lignum: vel oppoſita, quorum quadruplex eſt ratio: nam alia ſunt contraria; vt vitium & virtus: alia priuantia; vt ſcientia & inſcientia: alia relata; vt maius & minus: alia contradicentia; vt currit, non currit. Similitudo, vel eſt rerũ, quæ proprie dicitur Parabola, id eſt ueriſimilis collatio; vt ſi diceres, Formicæ & apes in commune laborant; igitur & qui in eadem ſunt rep. idem debent efficere: vel rationis, & hæc Analogia vocatur; vt ſi turpe eſt dominam habere conſuetudinem cum ſeruo; turpe quoque erit dominum habere vſum cum ancilla: quo referres commutatam proportionem; vt ſe habent quattuor ad octo, ita ſex ad duodecim. Comparationis triplex eſt ratio, maiorum, minorum, parium. Exempla, ſumuntur ex facto veræ, vel fictæ perſonæ, quæ aliquam auctoritatem habet in re de qua agitur. Huc pertinent ſententiæ, ſiue pronuntiata, prouerbia, & teſtimonia. Habes itaque ſummatim totius artis dicendi materiam, quæ partim quæſtionibus, partim locis continetur; de quibus in libris de Inuentione late ſcripſimus, quos ſingulis ſtatibus & cauſſarum generibus in hoc opere applicabimus. Atque

hæc adnotaſſe ſufficiat: nunc nonnullas poſitiones ſubijciam.

Prima poſitio, eloquentiæ & oratoriæ facultatis materia eſt omnis quæſtio, quæ, vel in forum apud iudices, vel in concionem apud populum, vel in curiam, & ſcholam, apud ſenatores & doctos viros venire poteſt: quamuis orator ſæpius in ciuilibus & finitis quæſtionibus verſetur. Hanc doctrinam alibi late probauimus, quam grauiſſimorum virorum confirmat auctoritas; vt Protagoræ Abderitæ, Prodici Chij, Gorgiæ Leontini, Ariſtotelis, M. Tullij, Fabij, Hermogenis, Antonij Pini, Parrhaſij, & multorum aliorum, quos breuitatis gratia, nunc omitto.

Secunda poſitio, diſputare de quæſtionibus, aliquo pacto, ad Rhetorem pertinet. Nam, cum eius materia ſit quæſtio, & omnis ars ſubiectam ſibi materiam tractare debeat, profecto dicendi Magiſter de quæſtionibus diſputare debebit. Hæc itaque doctrina certiſſima eſt, quam tamē infra latius probabo. Vt autem hæc poſitio explicetur, notandum eſt, Rhetoricæ duplicem poſſe aſſignari materiam; vnam in qua explicanda verſatur; & hæc nihil aliud eſt, quam oratio, ad quam conficiendam præcepta tradit; dum ad recte inueniendum, diſponendum, eloquendum, memorandum, atque agendum viam rationemque commonſtrat. Et quoniam orator qui hac oratione vtitur, in omni re explicanda verſatur, vt paullo ante dicebamus; hinc eſt quod Rhetor quæſtionum vim ac varietatem declarare

atque

atque ad certa capita, cum prope modum infinitæ ſint, reuocare debet. Neque enim, vt grauiſſimi Philoſophi tradunt, res ſingulæ & nullo certo numero comprehenſæ a nobis cognoſci poſſunt. Plato. Ariſtot. Porph.

Tertia poſitio, quæſtiones finitæ, ſiue hypotheſes non videntur contineri ſub quæſtionibus cognitionis. Quare, cum Rhetores primum diuidunt quæſtionem in infinitam & finitam, & poſtea in quæſtionem cognitionis & actionis, non eſt ita accipiendum, vt aliqui faciunt, vt hæc diuiſio contineat etiam quæſtiones finitas. Quoniam, vt Philoſophi tradunt, quæſtio cognitionis non verſatur in rebus ſingulis, & in ijs quæ ſunt ad circumſtantias contractæ. Adde auctoritatem Ciceronis & Fabij, qui de hac re agendo, ita ſcripſit, Hoc genus (de infinito loquitur) Cicero ſcientia & actione diſtinguit; quorum ſententiæ alij etiam ſubſcribunt. Ant. Pin.

Quarta poſitio, quæſtiones, an res ſit, quid ſit, & qualis ſit, non ſolum cognitionis, ſed etiã actionis eſſe poſſunt. Licet enim eas in vtroque genere adhibere, vt eſt omnino manifeſtum; vt ſi quæras, an ſit aliquis vir malus, quid, & quale ſit perpetratum crimen: quamuis ex modo inueſtigandi & prima fronte ad ſolam cognitionem pertinere videantur: quod ſi Agricola animaduertere voluiſſet, Ciceronis doctrinam non reprehendiſſet: qui, ideo qualitatem ad actionem aliquando pertinere dixit, quia circumſtantijs vt plurimum ſolet eſſe implicata: cum tamen illas tres quæſtiones cognitioni

tioni vbique ſubijciat.

Quinta poſitio, Rhetoribus agendo de quæſtionibus, non fuit neceſſe, vt multa præciperent de quæſtionibus infinitis, & cognitionis. Quoniam ex ijs quæ docent de finitis, & de illis quæ actionem continent, facile, quomodo illæ tractandæ ſint, intelligitur. Eas igitur diligentius explicarunt, quæ in communi vſu poſitæ ſunt: vt omittam, quod aliqui de illis nonnihil ſcripſere. Neque eſt præter bonorum ſcriptorum conſuetudinem, vt, vel nihil, vel parum quid de genere toto & de oppoſito dicatur, cum partes, vel alterum oppoſitum diligenter fuerit explicatum. Et hæc ſunt, quæ de hac prima diſputatione dixiſſe volui: argumenta in contrarium allata ita ſolueres.

Ad primum, falſum eſt Rethores non debere conſiderare infinitas quæſtiones, & quæ ad cognitionem referuntur, vt ſupra diximus, & alibi late demonſtrauimus: cur autem de illis non multa ſcripſerint, in vltima poſitione docuimus. Et quamuis rhetorica ſit actionis ars: tamen, ideo cognitionis quæſtiones conſiderat, vt quo pacto tractari debeant exponat: & Orator ideo eas cognoſcit, vt alijs perſuadeat; & ita ad actionem refert: licet in earum perſuaſione, pro fine, cognitionem habeat.

Ad ſecundum, iam diximus, cur illæ quæſtionũ diuiſiones afferantur, ac proinde non ſunt inutiles: & nomine actionis, quamcunque actionem, ſiue proprie ſit actio, ſiue effectio, intelligi volumus.

Quod

Quodſi obijcias de quæſtionibus logicis, quæ ad modum cognoſcendi pertinent, dicam eas ad cognitionem referri.

Ad tertium, qui arbitrantur quæſtiones finitas ſub cognitione cõtineri, errant, vt ſupra docuimus.

Ad quartum, qua ratione Cicero intelligendus ſit, & quo modo eius doctrina defendi poſſit, in quarta poſitione expoſuimus.

An tractatio de ſtatibus ſit rhetorica, & neceſſaria. Diſputatio. 2.

QVAE de quæſtionibus rhetoricis prima diſputatione diximus, in hac ſecunda adhuc manifeſtiora fient: dum tractationem de ſtatibus ad rhetorem pertinere, eſſeq; cognitu neceſſariam demonſtrabitur; quamuis ob ſequentes rationes aliquis aliter exiſtimare poſſet.

Primum, multi Rhetores, & vnus Ariſtoteles, qui omnibus præpõderat, nihil de ſtatibus ſcripſerunt; quare, vel hæc tractatio non eſt rhetorica, vel certe pro parum vtili & neceſſaria habenda erit.

Deinde, ſtatus nihil aliud eſt, quam quæſtio quędam: atqui docere quæ & quot ſint quæſtiones, & quę earum natura atque varietas, munus eſt Dialectici, qui rationem diſſerendi in vtramque partẽ docet; vt ex Ariſtotele in Analyticis, & Topicis diſcimus, vbi quæſtionum vim & numerum expoſuit: igitur. Lib. 2. c. 1. Lib. 1. Top.

Præ-

Præterea, ſtatus nihil aliud eſt, quam quæſtio de re dubia atque ambigua: atqui verſari in ambiguis inutile eſſe videtur; cum ambiguitas inter orationis vitia reponatur: inutilis igitur erit hæc tractatio.

Poſtremo, quod per ſtatum diſputandum proponitur, aut facile intelligi poteſt, & tunc nulla opus erit inquiſitione; cum quæ clara ſunt, non inquiramus: aut difficile, & tunc inutilis erit talis inueſtigatio in arte dicendi, quæ ad communem & popularem ſenſum debet eſſe accommodata. Vt hic omittam, quod multi perfectas orationes faciunt ſine vlla, aut certe non multa ſtatuum cognitione: nihil igitur erit neceſſe, operam præſertim maiorem ponere in re tam dubia & perplexa, qualis eſt hæc de ſtatibus tractatio.

Audom. Ram. *In hac difficultate noui quidam dicendi Magiſtri, ſi hoc nomine digni ſunt, qui ſolam elocutionē & actionem, cæteris reiectis partibus, ad Rhetoricam, pertinere putarunt, hanc diſputationem ab hac arte omnino reijcerent, & totam dialecticam eſſe affirmarent: quibus communem, tum veterū, tum recentium Rhetorum opponeres ſententiam. Pro huius diſputationis explicatione duo ſtatuam fundamenta, in quorum primo, præter ea quæ ſupra diximus, demonſtrabo, cur Rhetor de ſtatibus agere debeat: in altero quędam enumerabo capita, vnde totius tractationis ſumma patebit: & multa vocabula ad hanc materiam intelligendam neceſſaria explanabo.*

Pri-

Primum fundamentum, bene dicendi facultas non ſolum in oratione pingenda, & ornanda, vt aliqui exiſtimant, ſed etiam in rebus probandis, quod eius eſt primum ac pręcipuum munus, eſt occupata. Nam, qui aliquid ſuadere vult, quod eſt huius artis finis, quidquid aliqui hac in parte parum acuti dicant, neceſſario docere, & quæ dicit probare debet: quod nullo modo poterit efficere, niſi vim varietatemque quæſtionum, quibus res tractandæ in dubium reuocantur, nouerit; atque etiam rationes ad eas probandas idoneas, & ad propoſitum finem conſequendum aptas inuenerit, & qua ratione tractandæ ſint, perceperit: quarum rerum doctrinam dicendi artifex explicare debebit. Quo fit, vt ſicuti Dialectica, rationalis facultas nominatur, eodem etiam nomine Rhetorica appellari poſſit: cum ambæ diſſerendi viam doceant; diuerſa tamen ratione. Illa ad opinionem firmā ſcientiæ proximam, & rei accommodatam ſua præcepta refert: hæc ad perſuaſionem quandam popularem, ad auditorum animos tractandos. Cum ergo etiam Rhetorica ſit quædam rationalis & recte perſuadendi facultas, quæſtionum naturam & varietatem, earumque partes & capita, ſiue communes locos, quibus probari poſſunt, conſiderare ac explicare debebit. Ex quibus colligeres, huius tractationis materiam eſſe quæſtionem, de qua prima diſputatione egimus. Fab.

Nunc, ſequenti fundamento capita quædam generalia, ſub quibus omnes rhetoricæ quæſtiones continentur, breuiter explicabo: ex qua explicatione totius operis partes, & ordo innoteſcent.

Secundum fundamentum, quoniam omnem quæſtionem ex duorum contentione, quorum vnus affirmat, alter negat, proficiſci neceſſe eſt; cum primum duo diſceptantes inter ſe congrediuntur, is qui reſpondet, ipſam quæſtionem, ſiue actionem quæ intenditur, poteſt reiicere; vt ſi dicat, de hac re non poteſt fieri dubitatio, vel ſi poteſt, non hoc tempore, non hoc loco, non a te: vnde oritur quæſtio quædam de ipſa actione, an eſſe poſſit. Si actionem vitare non liceat, ſequitur, ut id negetur quod proponitur, vnde oritur quæſtio de facto. Quod ſi factũ negari nequeat, illud datur refugiũ, vt negetur eſſe id quod proponitur: atq; hinc oritur quæſtio de nomine rei, quæ in dubium reuocatur. Denique ſi omnia iã dicta concedere ſit neceſſe, reſtat vt rem tanquã honeſtam defendamus: ex qua contentione naſcitur quæſtio de rei qualitate. Atque ex his quattuor oriuntur quæſtionum capita, quæ generalia vocantur, ſub quibus omnes rhetoricæ quæſtiones continentur: quæ ſunt, An actio ſit admittenda, an res facta ſit, quid ſit, & qualis ſit: ex quibus priores ſimplices ſunt: tertia vero quaſdam habet partes, quas ſtatim breuiter

explicabo ; vt nonnulla vocabula patefaciam, quibus in hac tractatione ſæpe vtendum erit. Qualitatis ergo controuerſia duas habet partes, quarum vna, qualitas abſoluta vocatur, græce Antilepſis, cum factum, tanquam iuſtũ, ſeipſo defenditur: altera Aſſumptiua, ſiue comparata, quam Græci, Antitheſin appellant; cũ aliquid extrinſecus aſſumitur ad factum probãdum. Abſolutæ quattuor aſſignantur capita: Iuſtum, & iuſti partes: Quantitas, hoc eſt amplificatio, & augumentum, quo rei magnitudo, quod attinet ad bonitatem & malitiam, oſtenditur: Qualitas, qua perſonæ mores conſiderantur; ex quibus facti qualitas demonſtratur: Cõmunis, ſeu epilogica qualitas, ſiue locus communis & amplificatio, quæ in epilogis adhibetur: quæ tribus eſt contenta capitibus; moribus perſonæ quę nec prorſus infinita, neq; finita eſt; vt pater, iuuenis, agricola, rhetor, fœmina; de quorum moribus dici poteſt: Communi loco, factique incremento, & genere; vt de auaritia, de ſeruitute: Et denique, allocutione, ſeu ethologia, & indignatione, conqueſtione, minis, alijsq; exſuſcitationis formis: quæ omnia ſuis locis latius exponentur: nunc recenſuiſſe ſufficiat. Aſſumptiuę, ſeu cõparatę qualitatis partes hę numerantur: Relatio, gręce, antegc ema, cum crimen in aduerſarium reijcitur: Remotio, ſiue trãſpoſitio, & purgatio, gręce, Metaſtaſis, cum ſtudioſe,

dioſe & conſulto feciſſe negamus, & cauſſam, vel in rem, vt in caſum, neceſſitatem, & legem, vel in perſonam extra litem reijcimus: Comparatio, gręce Antiſtaſis, cum commodum maius obijcimus, quod ex facto natum eſt: & Deprecatio, gręce, Sygnome, cum fatemur factum, ſed veniam ob aliquam cauſam imploramus. Quod attinet ad tranſlationem, ſiue Metalepſim, hęc, aut totam actionem refellit, aut intentionē, abſolutionem, reſponſionemve, & rationē aduerſarij: Si primo modo ſumatur, quo pacto caput diſtinctum ab alijs tribus facere putatur, cum potiſſimum a lege, vel ſcripto, dictove oriatur, Latine Pręſcriptio, gręce, Paragraphe dicitur, quę perfecta erit, ſi prorſus perimat actionem: ſi vero actionem non amolitur, ſed criminatur, imperfecta dicitur. Si ſecundo modo capiatur, dicitur Metalepſis, vel relatio vniuerſe aſſumpta; quę tam ab aduerſario, quam a reo vſurpari poteſt, cui ſemper contraria eſt Antilepſis, ex quibus ſtatus oritur iuridicialis, vt planius poſtea explicabitur. Quare Metalepſis, vel eſt contra actionem, quod ſit male intenta; uel contra petitionem, quod ſit iniqua, vel contra abſolutionem, ideſt contra rationem qua ſe reus tuetur, quod ſit infirma, vel nulla. Antilepſis dupliciter infirmatur: vno modo violenter negando rem, & hęc dicitur Inſtantia, gręce Enſtaſis, quę ſemper aliquo capite finali nititur; vt,

non eſt

non eſt verum, non eſt utile, non decet, fieri non poteſt: altero, ſi explicetur id quod conceditur, & id quod contra obijcitur, quę dicitur Obſiſtentia, gręce, Antipariſtaſis; ut, dediſti quidem, ſed non ſum obligatus reddere: uel ficte, hoc modo, etiam ſi dediſſes, tamen non teneor reddere Obſiſtentię itaque formę ſunt huiuſmodi, Licet, ſed non hoc modo: Nouum eſt quod peto, ſed nouum eſt, quod feci: Tractantur hęc, ſed nō in curia: Laudari deberes, ſed ſi alio tempore feciſſes. Poteſt etiam hic intercedere Antiſtaſis quędā; ut, etiam ſi difficile eſt, attamen honeſtum. Quod ſi Antipariſtaſis, non a ſcripto, ſed a circumſtantijs, vel a contrarijs, aut ſimilibus, ſumatur, aut caput capiti opponatur, dicetur, Metalepſis agraphos, ideſt non ſcripta; vt Non eſt utile fateor, ſed neque honeſtum. Sunt & alia metalepſis capita, quę licet non ſint ita in uſu; tamen, cum ad generales ſtatus confirmandos adhibeātur, ea breuiter explicabo. Primū, dicitur Probationum requiſitio; quibus ſi aduerſarius deſtituatur, urgendus erit; & ſi quas attulerit, refellendę erunt; ut, quis? a quo? quando? ubi? quis teſtis? qua lege? Vnde oriuntur loci communes, a teſtibus, a tabulis, a quęſtionibus, a fama, & ſimiles. Secundum, Veriſimilis defenſio, pithane apologia; cū quod aduerſarius in cauſſam facti attulit, ita infirmamus, ut in contrarium uertamus. Huic iuncta eſt Cauſſę tranſpo- Lul. li. 2.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſitio, aliam afferendo rei cauſſam, quam aduerſarius affert. Tertium, Anticategoria, ideſt mutua accuſatio, cum oſtenditur accuſatorem in eodem eſſe crimine, uel Oratorem ſecum pugnare: & quia hoc capite lis lite ſoluitur, non habet multum momenti, niſi in principijs, ubi cõflatur odium accuſatori. Atque ex his patet quę ſint generalia capita a nobis explicanda, hęc nimirum, An factum ſit, quid factum, quale, & an agere liceat: quę interdũ ſimpliciter, interdum coniunctim per comprehenſionem, quam Gręci ſyllepſin uocant, tractari poſſunt: ut, ſi hoc, & illud factum fuiſſe probes: eſſe furtum & ſacrilegium: eſſe utile, & iuſtum; & neque hoc loco, neq; hoc tempore agere licere. His hunc in modum adnotatis, ad propoſitam dubitationem, quibuſdam poſitionibus reſpondebo.

Prima poſitio, tractari de ſtatibus pertinet ad dicendi artificem. Patet hęc poſitio ex ſuperiore diſputatione, ubi probatum eſt ad eundem pertinere agere de quęſtionibus: at ſtatus ſunt quęſtiones quędam; igitur. Adde ea quę diximus in primo fundamento: quia, ut Dialectica eſt ars quędam diſſerendi ad rerum naturas accommodate; ita rhetorica eſt ars diſſerendi populariter: quare, ut illa quęſtionum uim explicat, ita & hęc explicare debebit: pręſertim, cum non ſint omnino eędem quęſtiones, nec eodẽ modo tractentur.

Secunda

Secunda poſitio, tractatio de ſtatibus in arte dicendi non modo eſt utilis, ſed etiam neceſſaria. Hęc poſitio confirmabitur afferendo utilitates, quę ex ea percipi poſſunt. Primum, utilis ac neceſſaria eſt ad ſcripta antiquorum & optimorum Rhetorum, qui de ſtatibus egerunt, recte intelligenda; ut Tullij, Fabij, Chirij, Hermogenis & aliorum: quorũ hac in parte ſcripta, qui hanc materiam omnino perſpectam nõ habebit, is profecto non intelliget. Deinde, eſt maxime utilis ac neceſſaria ad omnium auctorum opera recte intelligenda & explicanda, & maxime Oratorum, & Poetarum, ut ſunt orationes, epiſtolę, & fabulę, ſiue narrationes: cum in his omnibus ſcriptionibus aliquis ſit ſubiectus ſtatus, & quęſtio aliqua explicata: quam qui non inuenit, qui non percipit, nec ſcopum, nec ordinẽ, nec artificiũ ſcriptoris percipiet. Is enim ſolus, vt exiſtimo, idonee aliquem auctorem poteſt exponere, qui per analyſim id quod explicandum ſuſcipit, ad ſua capita, ad ſuos locos reuocare poterit; cum, vt aiunt philoſophi, tunc aliquid bene pleneq; cognoſcatur, cũ in ſua principia fuerit reſolutum. Conantur nunc aliqui per analyſim multo melius, quam alij hactenus fecerint, veterum ſcripta exponere; ſed quia hanc de ſtatibus doctrinam nõ habent penitus perſpectam, id non omnino eis feliciter ſuccedit. Prȩterea, confert & neceſſaria eſt ad apte facileq; ſcribendum: Ariſt. lib. 1. Phyſ. c. 1.

bendum: cum nemo poſſit aliquid idoneum ad rem ſubiectam confirmandam inuenire, niſi eius rei de qua agit ſtatum prius cognouerit: nec inuenta apte collocare, niſi quo omnia referantur prȩuiderit: nec denique pro rei dignitate diſpoſita exornare, niſi hac doctrina fuerit excultus.

Mart. Crus. *Denique, neceſſaria eſt quȩſtionis cognitio, vt ex eius partibus, hoc eſt, ex attributo & ſubiecto argumenta depromi queant, vt libro de Inuentione tertio plane expoſuimus; vt ſi proponeretur hȩc quȩſtio, An Roſcius occiderit patrem. Vt merito quidam dixerit, nullã eſſe partem in arte dicendi magis neceſſariam, quam eſt hȩc, quȩ de ſtatibus agit. Quamobrem, qui ſtatum ignorat, argumenta idonea non inuenit, inuenta apte non collocat, & collocata digne nõ exornat. Qui ſtatum ignorat, via qua eundum eſt, non videt: ab ianua, qua intrandum eſt aberrat: ſcopum, quo ſagitta dirigenda eſt, non habet propoſitum, & nodum qui extricandus eſt, prȩ manibus non habet. Qui ſtatuum doctrinã non tenet, is in dicendo non conſiſtit, hac illac temere vagatur, & clauſis oculis, inſtabilique greſſu, ad metam, quam ſibi non propoſuit fruſtra peruenire contendit: Eius qui ſtatum ſibi non proponit oratio, non minus erit deformis, quam illa de qua initio poetices meminit Horatius: & cum amphoram inſtituerit, in urceum deſinet. Et ne plures conſecter utilitates, & in*

re con-

re confirmanda, quę tota hac tractatione manifeſtior fiat, diutius immorer, hęc de utilitate cū neceſſitate coniuncta dixiſſe ſufficiat.

Tertia poſitio, diſputatio de ſtatibus eſt ualde difficilis. Hanc poſitionem in eum finem ponimus, vt nemo nos damnet, ſi aliquāto fuſius quā aliqui faciant, de ſtatibus agemus; ac etiam vt Lector intelligat, cur fortaſſe multi de ſtatibus, vel nihil dixerūt, vel eos leuiter, & obſcure attigerunt: & denique, vt ſi quis noſtra legens interdum hęrebit, non miretur. Difficultatem hęc capita demonſtrant. Primum, eſt difficilis hęc tractatio ob rem ipſam, quę eſt multum obſcura & perplexa, cum ſtatuum cauſſas, varietatem, & differentias, non ſit facile aſſignare: ad quod faciendum opus eſt ingenio acuto, perſpicaci, & in dialecticis multum uerſato. Deinde, ob uarietatem vocum & terminorum quibus varij auctores varie in hac doctrina tradenda vtuntur: ac proinde nos hactenus nonnulla vocabula expoſuimus, & duabus ſequentibus diſputationibus quędam alia explanabimus. Denique, ob diuerſitatem, & contrarietatem opinionum: cum, de natura, de numero, de diſtinctione, de partibus, & appellationibus ſtatuum, uarij auctores, varie omnino ſenſerint; vt ex ipſa tractatione patebit, ad quam nunc accedemus, ſi prius allata in contrarium argumenta diſſoluerimus.

Ad primum, eſto Ariſtotelem non egiſſe de ſtatibus: egerunt tamen alij: neque enim Ariſtoteles proſecutus eſt omnia: verum ipſe quoque de ſtatibus meminit, vt infra patebit.

Ad ſecundum, iam diximus, cur Rhetores de ſtatibus, & quęſtionibus diſſerere debeãt: quod non tantum Dialectici faciunt, ſed etiam Iuriſperiti, dum de lite conſtituenda, ſiue de conteſtatio tione agunt.

Ad tertium, negatur non eſſe vtile verſari in ambiguis; cum ſolum ambigua, vel quę tanquam ambigua ſumuntur, inquiſitione egeant. Quod dicitur de ambiguitatis vitio, non eſt ad rem.

Ad quartum, falſum eſt non eſſe vtile verſari in inueſtigatione rerum difficillimarum, modo inueniri & explicari poſſint: & Rhetor qui ſtatuum doctrinam tradit, non docet populum, ſed futurum Oratorem inſtituit: qui omnia planius exponet, cum ſtatus cognouerit: ſine qua cognitione, qui orationes faciunt, aut errant, aut temere agunt.

Quid ſtatus ſignificet, & de eius uariis nominibus. Diſputatio. III.

CVm itaque hanc de ſtatibus tractationem ad Rhetorem pertinere, maximeque utilem, ac etiam difficilem eſſe demonſtratum ſit: ſequitur,

ſequitur, vt ad rem ipſam iuxta propoſitam methodum, propius accedamus. Et quoniam nomen rei de qua ſcripturi ſumus, nonnihil difficultatis & obſcuritatis habet, ſicuti & quędã alię voces, quibus in toto hoc opere ſępe nobis vtendum erit, & auctores vtuntur, quarum ſignificatio non eſt omnino in promptu; propterea hanc de nomine ſtatus diſputationem propoſuimus: in qua huius vocis originem, varias ſubiectę materię appellationes, & quędam alia huc pertinentia vocabula nobis explicanda proponimus. Et vt diſputandi occaſionem alijs prębeamus, quod ſubiecta materia male ſtatus appelletur, his rationibus demonſtro.

Primum, quęſtio de qua omnis noſtra futura eſt diſputatio, ſic dicta eſt, a quęrendo, ſtatus vero, qui nihil aliud eſt quam quęſtio quędam, a ſtando: at ſtare & inquirere ſunt inter ſe omnino diuerſa: male igitur, quęſtio oratoria, nuncupatur ſtatus.

Deinde, ſtatus proprie perſonę conditionem ſignificat; vnde varij numerantur ſtatus, vt cõiugatorum, virginum, religioſorum, Epiſcoporum, aliorumque: at quod Rhetores ſtatum vocant, nullam habet cum tali ſignificatione ſimilitudinem: male igitur, iſta vox in hunc locum migrauit. Huc facit, quod neque Iuriſperiti, neque Dialectici ſuas quęſtiones vnquam ſtatus appellauere.

Poſtremo,

Poſtremo, multę ſunt cauſæ quæ ab Oratoribus tractantur, quæ non conſiſtunt, & tamẽ ad hanc tractationem pertinent: male igitur appellabuntur ſtatus: cum ſtatus, ſiue conſtitutio conſiſtentiam ſignificet, & a ſtando, ſiue conſiſtendo dicatur. Atque has paucas rationes dubitandi gratia attuliſſe ſufficiat.

De opinionibus, cum in re verſemur plana, nihil priuatim dicam; ſed ſi quid occurret, in ipſa propoſitæ rei explicatione, manifeſtabitur. Primo itaque loco varias ſignificationes vocis græcæ ſtaſis, explicabo: deinde eius etymon inueſtigabo: poſtea, alia, tum græca, tum latina nomina recenſebo: inſuper, quædam alia vocabula declarabo: & denique quaſdam poſitiones, cum rationum allatarum ſolutione ſubijciam.

De primo, id quod in diſputationem venit, in Rhetorum ſcholis, a Græcis ſcriptoribus, tranſlate Staſis, paſſim nominatur, quæ vox varias habet ſignificationes, quas hic recẽſebo, vt quã conuenienter, id de quo ſolet eſse controuerſia, hoc nomine appelletur, facilius intelligatur. Staſis ergo apud ſcriptores Græcos, ſeditionem, inteſtinum bellum, litem, diſcordiam, ſtationem, ſtãdi actum, ſitum, collocationem, poſituram, locum, ordinem, ſtabilitatem, conſtantiam, conſiſtentiam, c nſtitutionem; & apud Medicos corporis habitum, & temperiem, & in arte dicendi id, in quo cauſsa verſatur, ſignificat. Ex quibus

Bud. in cō. ling. græ.

bus ſignificationibus nonnullæ per tropum, & ſimilitudinem rei de qua diſputamus facile accõmodari poſſunt.

De ſecundo, hoc eſt de huius nominis etymologia, aliqui hanc vocem Staſin, dictam eſſe putant ἀπὸ τοῦ στασιάζειν, *hoc eſt, a diſſentiendo, vel diſcedendo: ita vt dicatur* στάσις, *quaſi* στασίασις, *ſiue* στασιασμὸς, *ideſt, ſeditio. Alij ductam eſſe volunt,* ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι, *id eſt, a ſtando, ſeu conſiſtendo; cum accuſator & defenſor ad confligendum de eo, de quo diſſentiũt* ἵστασθαι, *hoc eſt, conſiſtere videantur: ita vt metaphora a re militari ſumatur. Vt enim milites in acie aliquem locum occupant, in quo conſiſtant, pedemque figant, ad reſiſtendum hoſtibus, qui tũc* στηρίζεσθαι, *id eſt, confirmari dicuntur; ſic Oratores in agendo aliquem capiunt locum, in quo gradum figunt, & ad repugnandum inſiſtunt. Quam ſimilitudinem expoſuiſſe videtur Cicero, cum dixit, ſtatum eſſe in quo primũ inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Græci igitur Rhetores id de quo eſt controuerſia, Staſin, quaſi* στήριξιν, *id eſt, locum ſtabilem ac firmum, in quo Orator quaſi armatus contra aduerſarium pedis veſtigium firmum facit, ne inde ab eo dimoueri queat, appellant: vt ſi actor diceret, Hominem necaſti, reus vero, Minime id quidem: in qua negatione pedem quodammodo ad reſiſtendum figeret. Vel certe, ideo dicitur* In Top.

tur

tur ſtaſis, & Latine ſtatus, a ſtando, quod in eo cauſſa conſiſtat. Sed de eo, quod ſecundo loco propoſuimus, hactenus: nunc de tertio dicamus.

Quod igitur ad tertium attinet, eam dubitationem quę in forum, ſiue in concionem, & ſenatum venit, Græci Rhetores ἀμφισβήτησιν, *id eſt, controuerſiam, contentionem, & diſceptationem vocant: item,* ἔξετασιν, *hoc eſt, inquiſitionem, & indagationem: item* πρόβλημα, *&* ζήτημα, *hoc eſt, propoſitionem & quæſtionem: a Theodoro, referente Fabio, uocatur* κεφάλαιον γενικώτατον, *id eſt, generale caput, ſeu inter quæſtiones ſumma. Quarum tamen vocum ſignificatio non eſt omnino eadem.* ζητήματα, *ſunt quæſtiones, quæ ſecum ſtatum afferunt:* προβλήματα, *quæſtionum propoſitiones, &* κεφάλαια, *præſertim apud Hermogenem, ſunt argumenta, ſiue loci, quibus propoſita explicatur quæſtio: & quod huc facit, apud eundem auctorem, Epicheremata ſunt duæ ſyllogiſmi propoſitiones. Denique, hypotheſin, & hypocimenon vocant, Latini rhetores ad eandem rem ſignificandam ſimilibus vtuntur vocibus: Cicero, vt ſupra dicebam, ſtatum, ſimpliciter appellat, aliquando etiam gradum, vt eandem metaphoram ſumptam a militibus qui ſtatum & gradum aliquē occupare ſolent, retineat: Herennianus auctor, compoſito nomine, conſtitutionem: & vt paucis reliqua proſequar nomina, ſubiecta ad dicendum*

Aug. lib. de Princ. Lib. 3. c. 6.

dum materia, quæſtio, generalis quæſtio, generale caput, controuerſia, & iudicatio vocari ſolet. Dicitur ſtatus, Latine conſtitutio a cauſſa conſtituta, quod per ſtatum tota conſtituatur cauſſa, omnisque eius vis atque natura declaretur: vel quod in ſtatu totius cauſſæ ſumma conſtituta ſit. Hinc eſt, cur cauſſæ illæ, quæ aliquam difficultatem habent, ab ea controuerſia in qua inſiſtitur, a Græcis συνέςαται, *Latine conſiſtentes, ſeu conſtitutionem habentes, ſtabiles, conſtantesve nominentur: quæ vero nullam dubitationem habent, in qua pes figi poſſit, & quæ nullo in loco hærent,* ἀσύςαται, *id eſt, inſtabiles, inconſtantes, ſine conſtitutione, vel conſtitutionem non habentes: de quibus ſuo loco planius dicetur. Iuriſperiti ſuas controuerſias quæ in forum veniunt, non ſtatum, quaſi hoc ſit triuiale nomen, neque conſtitutionem, quod nomen pro Principis lege vſurpant, ſed totius litis cardinem, caput, finem, & ſatis inepte, iuris punctũ, litisque conteſtationem vocant. Eſt autem litis conteſtatio partium, ſiue litigantium conſenſus in litem; ſic dicta, quod olim non ſine teſtium interuentu fieret. Hactenus de tertio.*

Quin. li. 3.c.6.

Lact. Fir. lib.3.c.6.

C. de lit. cont.

De quarto, quaſdam declarabimus voces, quibus eæ ſignificantur partes, quæ in ſtatu conſtituendo intercedere ſolent, & ſunt fere iſtæ, Intentio, Deprecatio, Cauſſa, Firmamentum & Iudicatio. Vt autem omnia planius exponantur,

tur ſtaſis, & Latine ſtatus, a ſtando, quod in eo cauſſa conſiſtat. Sed de eo, quod ſecundo loco propoſuimus, hactenus: nunc de tertio dicamus.

Quod igitur ad tertium attinet, eam dubitationem quę in forum, ſiue in concionem, & ſenatum venit, Græci Rhetores ἀμφισβήτησιν, *id eſt, controuerſiam, contentionem, & diſceptationem vocant: item,* ἐξέτασιν, *hoc eſt, inquiſitionem, & indagationem: item* πρόβλημα, *&* ζήτημα, *hoc eſt, propoſitionem & quæſtionem: a Theodoro, referente Fabio, uocatur* κεφάλαιον γενικώτατον, *id eſt, generale caput, ſeu inter quæſtiones ſumma. Quarum tamen vocum ſignificatio non eſt omnino eadem.* ζητήματα, *ſunt quæſtiones, quæ ſecum ſtatum afferunt:* προβλήματα, *quæſtionum propoſitiones, &* κεφάλαια, *præſertim apud Hermogenem, ſunt argumenta, ſiue loci, quibus propoſita explicatur quæſtio: & quod huc facit, apud eundem auctorem, Epicheremata ſunt duæ ſyllogiſmi propoſitiones. Denique, hypotheſin, & hypocimenon vocant, Latini rhetores ad eandem rem ſignificandam ſimilibus vtuntur vocibus: Cicero, vt ſupra dicebam, ſtatum, ſimpliciter appellat, aliquando etiam gradum, vt eandem metaphoram ſumptam a militibus qui ſtatum & gradum aliquē occupare ſolent, retineat: Herennianus auctor, compoſito nomine, conſtitutionem: & vt paucis reliqua proſequar nomina, ſubiecta ad dicen-*

Aug. lib. de Princ. Lib. 3. c. 6.

dum materia, quæſtio, generalis quæſtio, generale caput, controuerſia, & iudicatio vocari ſolet. Dicitur ſtatus, Latine conſtitutio a cauſſa conſtituta, quod per ſtatum tota conſtituatur cauſſa, omniſque eius vis atque natura declaretur: vel quod in ſtatu totius cauſſæ ſumma conſtituta ſit. Hinc eſt, cur cauſſæ illæ, quæ aliquam difficultatem habent, ab ea controuerſia in qua inſiſtitur, a Græcis συνέςαται, Latine conſiſtentes, ſeu conſtitutionem habentes, ſtabiles, conſtantesve nominentur: quæ vero nullam dubitationem habent, in qua pes figi poſſit, & quæ nullo in loco hærent, ἀσύςαται, id eſt, inſtabiles, inconſtantes, ſine conſtitutione, vel conſtitutionem non habentes: de quibus ſuo loco planius dicetur. Iuriſperiti ſuas controuerſias quæ in forum veniunt, non ſtatum, quaſi hoc ſit triuiale nomen, neque conſtitutionem, quod nomen pro Principis lege vſurpant, ſed totius litis cardinem, caput, finem, & ſatis inepte, iuris punctũ, litiſque conteſtationem vocant. Eſt autem litis conteſtatio partium, ſiue litigantium conſenſus in litem; ſic dicta, quod olim non ſine teſtium interuentu fieret. Hactenus de tertio.

Quin. li. 3. c. 6.

Lact. Fir. lib. 3. c. 6.

C. de lit. cont.

De quarto, quaſdam declarabimus voces, quibus eæ ſignificantur partes, quæ in ſtatu conſtituendo intercedere ſolent, & ſunt fere iſtæ, Intentio, Deprecatio, Cauſſa, Firmamentum & Iudicatio. Vt autem omnia planius exponantur,

tur, animaduertendum eſt, in cauſſis tractandis duas ſemper intercedere, aut re, aut fictione perſonas: quarum vna actor ſiue petitor, altera reus, nominatur, græce, διώκων, & φεύγων, hoc eſt, inſequens, & fugiens. Accedit itaque actor, & reo ait, Hominem occidiſti, reus negando ſe defendit, dicitque, Non occidi: hic ſiſtitur, & oritur ſtatus, ſiue quæſtio, quæ in iudicium venit, An iſte occiderit. Actoris obiectio, latine Intentio, qua in reum obijciendo intendit, & Inſimulatio, græce, φάσις, & προβολὴ. Intentio itaq; nihil aliud eſt, quam criminis obiectio, quæ ab accuſatore, ſiue aduerſario fit, aut fieri fingitur. Rei negatio, a Cicerone Depulſio, Defenſio, & ab Herenniano auctore Inficiatio, & Deprecatio; græce ἀπόφασις, et ἀντιπροβολὴ. quod ſi reus confiteretur factum, & ne condemnari poſſet aliquo ſe tueretur prætextu, & ſe iuſte vel non male feciſſe affirmaret, cauſſamque redderet, vt ſi gratia exempli ſe inſidiatorem occidiſſe diceret; id a Latinis, Ratio, a Græcis αἴτιον, id eſt cauſſa, & apologia nominatur. Eſt itaque Ratio, id quod a reo adfertur depellendi criminis cauſſa: quæ ni eſſet, quod ipſe defenderet non haberet. Accuſator hanc rationem infringere & labefactare conatur: alias enim ni inſtaret, reus abſolueretur, & ait, Non licuiſſe homini priuato, inſidiatorem occidere, & hoc a Latinis Firmamentum, & Infirmatio, a Græcis

Cōſ. chir. lib. 3.

συνέχον,

συνέχον, id eſt continens, vocatur: ſic dictum, quod cauſſam & totum ſyllogiſmum cōnectat, qui alias collaberetur: vel quia rationem eiuſque reprehenſionem continet: a Iuriſperitis replicatio, & exceptio: apud Dialecticos eſt proſyllogiſmus. Ex hac rationis & Firmamenti conflictione oritur quæſtio, de qua diſceptādum eſt in iudicio, An priuato homini inſidiatorem occidere liceat: quæ latine, Iudicatio, græce, κρινόμενον; ſic dicta, quod in iudicium veniat, & diſceptatio nominatur.

Huc facit, hic illuſtris M. Tullij locus, qui cū de tribus ſtatibus mentionem feciſset, hæc adiecit, Et quoniam ſemper is qui defendit, non ſolum reſiſtat oportet aliquo ſtatu, aut inficiādo, aut definiendo, aut æquitate opponenda, ſed etiā rationem ſubijciat recuſationis ſuæ: primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis ipſam negationem, inficiationemque facti: ſecundus quod non ſit in re, quod ab aduerſario ponitur in verbo: tertius quod id recte factum eſſe defendet, quod ſine vlla nominis controuerſia factum fatetur. Deinde vnicuique rationi opponendum eſt ab accuſatore id, quod ſi non eſſet in accuſatione, cauſſa omnino eſſe non poſſet. Itaque ea quæ ſic referuntur continentia cauſſarum vocētur: quamquam non ea magis, quæ contra rationem defenſionis afferuntur, quam ipſę defenſionis rationes continent cauſſas. Sed diſtinguendi

C gratia,

gratia, rationem appellemus eam, quę affertur a reo ad recuſandum depellendi criminis cauſſa: quæ niſi eßet, quid defenderet non haberet: Firmamentum autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur; ſine quo caußa ſtare non poteſt. Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione, & quaſi concurſu, quæſtio exoritur quædam, quam diſceptationem voco; in qua quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur quęri ſolet. Quo loco illud adnotauerim dubitari ſolere a ſcriptoribus, an Ratio, pertineat ad actorem, & firmamentum, ſiue ſynechon ad defenſorem: Nam aliqui Rationem locum accuſatoris eßе volut ſynechon vero defenſoris crinomenon, ſiue iudicationem vtriuſque: huc enim ambo oculos, veluti in ſcopum cõuertere debent: Alÿ contra, Rationem defenſoris, & firmamentum actoris: alÿ vero, eius qui ſtatum facit eße dicunt: qui autem ſtatum facere dicatur, in dubium reuocari ſolet, qua de re poſtea ſuo loco dicetur. Rurſus, dubitant aliqui, an ad hoc vt ſtatus oriatur, ſemper debeat in-

Iul. *tercedere ratio, & rationis infirmatio. Nã quidam putantes omnem intentionem eße infirmã, ni ſit ratione munita, & depulſionem eße nullam, ni ſuo nitatur firmamento, in omni ſtatu vtramque requirunt; vt ecce, Centum mihi debes, quæ a te repeto, nulla eſt intentio, niſi addatur caußa, quoniam, exempli gratia, ea mutua.*

ui. Si-

ui. Similiter, ſi reus reſpondeat, Nihil tibi debet, & cauſſam non tollat, nõ naſcitur quæſtio, quæ naſceretur, ſi diceret, Nihil mutuum a te accepi, vel iam reſtitui: tunc enim orietur coniecturalis ſtatus: quod ſi priore modo cauſſa tollatur, actor probare debebit, ſi poſteriore, reus. Alij vero, in coniectura, ſola intentione & depulſione opus eſſe putant; feciſti, non feci: atq; hæc eſt communis Rhetorum doctrina. His hũc in modum expoſitis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, conuenienter oratoria quæſtio ſtatus, ſiue conſtitutio appellatur. Patet hęc poſitio, tum ex ijs quæ adnotauimus, ex quibus intelligi licet, quam congruenter hoc verbum in hunc locum a proprio domicilio tranſlatum fuerit; tum etiam ex auctoritate optimorum Rhetorum qui hac potiſſimum voce, ad ſuas quæſtiones explicandas vtuntur: atque etiam ex argumentorum ſolutione adhuc magis manifeſta fiet.

Secunda poſitio, Ratio ſiue Cauſſa non videtur ſemper neceſſaria, vt ſtatus gignatur: quod affirmauerim ad communem ſententiam retinendam: ex qua primum confirmare, licet id quod nos docemus. quare M. Tullius loquens de ſtatu coniecturali, ait, rationem habere iniqui criminis ipſam inficiationem negationemque facti. Item, cum dixiſſet in coniectura diſceptationẽ eſſe nullã, hæc adiecit verba. Nemo enim eius In part.

quod negat factum, rationem, aut poteſt, aut debet, aut ſolet reddere. Itaque in his cauſſis eadem & prima quæſtio, & diſceptatio eſt extrema. Accedat deinde quod non eſt neceſſarium, vt qui intendit, vel accuſat, rationem reddat, cur accuſet; cum quæ poſſunt afferri rationes, ad ipſam quæſtionem quæ ex inficiatione naſcetur confirmandam, afferendæ ſint. Præterea, nunquam in iudicium veniret id, de quo eſt prę cipua dubitatio, an res facta ſit; vt an quis necauerit, ſed an exempli gratia, viſus fuerit fugere cum ſtricto gladio, ſi hoc pro ratione intentionis fuiſſet aſſumptum. Denique, auctor ille, Iul. *qui contra communem opinionem ſcripſit, reprehendens Fabium, qui Tranſlationis ſtatum reijciebat, Aut ideo, inquit, ſtatus non erit, aut caput generale cõiectura, quod ratione careat? Coniectura igitur ſine ratione eſſe poterit.*

Tertia poſitio, huius vocis, ſtatus, auctor putatur Hermagoras, vel, vt alij volunt Naucrates Socratis diſcipulus. alij Zophirum Clazomenium auctorem faciunt. Hac voce, vt Fabius refert, vſus eſt Aeſchines, in oratione contra Cteſiphontem, vbi Staſim, uocat locum de quo capiendo πύκται διαγωνίζονται, id eſt, pugiles contendunt: de qua hæc diſputaſſe ſufficiat. Nunc ad rem ipſam, de qua maior eſt difficultas, explicandam aggrediamur.

Quid ſit ſtatus. Diſputatio IIII.

EXplicatis ijs, quorum notitiam in hac tractatione neceſſariam eſſe exiſtimauimus; nunc ad rem ipſam exponendam ſtylum conuertemus. Et quoniam, vt Ariſtoteles aliquando dixit, tunc optime de vnaquaque re dubitationes diſſolui poßunt, cum eius definitio bene tradita & explicata fuerit; idcirco, vt quæ a nobis de ſtatibus poſt hac quærenda ſunt, facilius doceri queant, eas prius ſtatus definitiones examinabimus, quas meliores dicendi Magiſtri tradiderunt, aut approbarunt.

Tullius itaque, vt ab eius definitione auſpicer, hunc in modum ſtatum, ſiue Conſtitutionem finiuit, Conſtitutio, eſt prima conflictio cauſſarum ex depulſione defenſoris profecta; quam tanquam minus bonam his rationibus impugnares. Lib. 1. de Inu.

Primo, quoniam, vt Fabius ait, ſtatus non eſt ipſa conflictio, ſed potius id quod ex conflictione naſcitur: male igitur dicitur conflictio. Sicuti non bene aliquis diceret, ſonum eſſe colliſionem duorum corporum, cum ſit id quod ex corporum colliſione naſcitur. Lib. 3. c. 6

Deinde, in eadem definitione illud male dici videtur, ſtatum eſſe primam conflictionem: quãdo quidem in cauſſis, quod primo loco tracta-

tur, non eſt ſemper illarum ſtatus, ſiue prima controuerſia: cum interdum in cauſſæ ingreſſu non ponatur id quod eſt in ea præcipuum, ſed aliquid leuius, vt ait Fabius; quemadmodum patet in oratione pro M. Cælio, in qua quę priore loco ab Oratore dicuntur, non ſunt in ea cauſſa prima & præcipua.

Poſtremo, illud etiam in hac definitione reprehendendum videtur, conſtitutionem ex prima conflictione naſci: quoniam in ſtatu qualitatis, non ex primo conflictu, ſed ex rationis & firmamenti pugna procreatur ſtatus; vt ex ſuperiori diſputatione intelligi poteſt, & infra planius dicetur.

In Part. *Nec etiam alio loco idem Tullius ſtatum bene finiuit, cum dixit, eſſe id, in quo primum inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.*

Primum, quia hæc definitio traditur per metaphoram, ſiue ſimilitudinem, vt illa particula, quaſi, demonſtrat: alludit enim ad congreſſionem & conſiſtentiam eorum, qui in acie pugnant: atqui definitiones per metaphoram traditæ reprobari ſolent: hæc igitur in bonis ponenda non erit.

Lib. 1. Orat. *Deinde, hæc finitio nihil loco generis, nihil loco differentiæ habet, quibus, vt idem auctor non vno in loco docuit, ea conſtare debet oratio, qua aliquid recte definitur: igitur.*

Lib. 1. *Herennianam etiam deſcriptionem, aliquo*

pacto

pacto labefactare poſſes, quæ ita habet, Conſtitutio eſt prima deprecatio defenſoris, cum accuſatoris inſimulatione coniuncta.

Primum, ſtatus non videtur eſſe deprecatio cum inſimulatione coniuncta; neque enim ex illis duabus efficitur partibus, ſed potius eſt quęſtio, ſeu dubia propoſitio, quæ ex illis partibus exoritur.

Deinde, ſatis improprie hic auctor loquitur, cum depulſionem deprecationem appellat: quoniam qui refellit, nihil deprecatur: & vt infra demonſtrabitur, Deprecatio eſt quædam pars, ſiue ſpecies ſtatus.

Neque omnino placet hæc alia quorundam definitio, ſtatus eſt quæſtio ex qua cauſa naſcitur. Etenim quæſtio eſt illa partium concertatio, Feciſti, non feci: at ſtatus nõ eſt quęſtio iſta, ſed id quod ex tali quæſtione proficiſcitur, & id in quo conſtituitur: igitur. Ioa. Iac. Vuer.

Illi vero qui dixerunt ſtatum eſſe id quod ex intentione & depulſione apparet; quid illud nã ſit, vt appareret, exponere debuiſſent: vt omittam, quod non ſemper ex intentione & depulſione oritur.

At, qui dixerunt, eſſe quæſtionem conſiſtentem, & id in quo ſtat, uertiturque cauſa, potius nomen, quam rem ipſam expoſuiſſe videntur.

Denique Hermagoras, ſtatum eſse dixit, per quem ſubiecta res intelligitur, ad quem proba-

tiones partium referuntur: Contra quam finitionem obijceres, ſtatum potius eſſe ipſam rem ſubiectam; quam id per quod res apparet ſubiecta.

In hac diſputatione nullæ occurrunt opiniones citandæ, niſi velles afferre varietatem ſcribentium in ſtatu definiendo, quam iam attulimus. Ad fundamẽta igitur accedemus, quibus, quid in re non ſatis aperta ſit tenendum, enucleare nitemur.

Primum fundamentum, quoniã Orator ſemper ad aliquid perſuadendum accedit, cum eius finis ſit perſuadere, neceſſarium profectò videtur, vt id de quo ei dicendum eſt aliquid dubitationis habeat, aut ſaltem habere poſſit. Quo fit, vt aliquam quæſtionem, ſiue problema, ſententiamque propoſitam habere debeat, cuius alteram partem perſuadendam ſuſcipiat. Hæc quæſtio oritur inter actorem & defenſorem, vel inter eos qui iſtorum perſonam gerunt, vel gerere finguntur. Neque enim in omni oratione expreſſe actor & defenſor intercedunt: de qua re alio loco diſputabitur. Cæterum, ſemper ab Oratore quæſtio aliqua, hoc eſt, propoſitio dubia, aut incerta & non ſatis cognita demonſtranda ſumitur, in qua probanda inſiſtit: quam Statum & Conſtitutionem, ob eas quas ſupra attulimus rationes Rhetores vocarunt. Hanc quæſtionem, ijdem per illam conflictionem & quaſi

pugnam,

pugnam, quæ inter actorem & defenſorem intercedit, aut intercedere fingitur, quaſi per efficientem cauſſam definire & explicare ſolent; vt ex allatis patet deſcriptionibus: quæ vt a dicendi magiſtris traditæ, admitti poſſunt, ſicuti etiam iſta, Status eſt quæſtio, ſiue propoſitio continens ſummam negocij, ad quam obtinendam omnia argumenta referēda ſunt, veluti ad principalem concluſionem: & hæc alia, Status eſt quæſtio ex prima accuſatoris inſimulatione, & prima defenſoris deprecatione nata.

Secundum fundamentum, in vna eademque cauſſa multæ poſſunt eſſe intentiones, ſiue inſinuationes, & depulſiones, dubitationesve: cum nulla fere tractetur controuerſia, in qua non plura quærantur. Verum, cauſſæ ſtatus, non ex quauis intentione, ſeu quæſtione iudicandus eſt; ſed ex prima & præcipua conflictione. Et vt hanc doctrinam manifeſto declaremus exemplo, ad explicandam hanc quæſtionem, ſit ne mors in malis habenda, neceſſario tractanda eſt alia, de animorum immortalitate; vt prima Tuſculana fecit M. Tullius. In hac ergo cauſſa, in qua demonſtrandum ſumitur, mortem non eſſe malam, quāuis alia tractetur quæſtio de animorum perpetuitate; ſtatus tamen ab illa prima conflictione, quæ eſt inter eos, quorū alter ait eſſe malam, alter pernegat, exoritur. Quare, ſi primam quæſtionem vocemus eam,

quæ ex primo conflictu proficiſcitur, & eam de qua præcipua eſt dubitatio; ſemper ſtatus ille dicitur, qui ex prima conflictione naſcitur: quod aperte inſinuauit Tullius, cum dixit, Statum eſſe primam cauſsarum conflictionem. Si vero cum alijs primam contentionem appellare velis eam, quæ in agendo priore loco tractatur; ſtatus non ſemper in eo conſiſtet, quod primo loco diſcutitur; cum ſæpenumero quę prius explicatur dubitatio, non ſit illa præcipua ad quam reliqua omnia referuntur, illa inquam a qua cauſſa conſtituitur. Exemplum habes in oratione pro Milone, in qua prima, hoc eſt præcipua quæſtio eſt, An Miloni licuerit occidere Clodium, quæ poſteriore loco explicatur: ante quã, illa examinata fuit, An vim vi repellere liceat. Habes etiam exemplum in oratione pro Rabirio Poſthumo, cuius præcipuus ſtatus eſt, pecuniam ad eum non perueniſſe: ſed tamen prius actionem in ciuem Romanum non cadere demonſtratur.

In Part.

Tertium fundamentum, in aliqua oratione, vt ſupra innuimus, eſſe poſſunt, ac etiam ſæpiſſime ſunt plures quæſtiones, quarũ ſingulas ſuas conſtitutiones habere neceſſe eſt: quæ tamen, non cauſsæ, ſed ſingularum quæſtionum ſtatus appellari debent. Plures autem ſtatus in aliquã cauſſam duobus modis, vt exiſtimo, poſſunt incidere. Primo, cum ad ſuam defenſionem probandam

bandam plures afferuntur rationes; vt gratia exempli, Occidi hominem, ſed iuſte; quia mihi inſidias parabat: quia me prior inuaſit: quia improbus erat ciuis, & reip. hoſtis. Ex quibus rationibus tres oriuntur ſtatus, An inſidias parauerit, an prior inuaſerit, & eſſet ne improbus ciuis: qui tamen omnes ad illum primum ac præcipuum referuntur, An iure occiderit. Quos ſtatus quidam, acceſſorios vocant, ſed fortaſſe non ſatis bene. Altero modo, cum ſtatus ſunt omnino diuerſi, nec oriuntur ex rationibus ad defenſionem confirmandam allatis; ſed, ideo tractantur, vel quia præcipuus ſtatus explicari nequit, niſi etiam alius extra aſſumptus tractetur, vt in allato patet exemplo, in quæſtione illa, An mors in malis ponenda ſit, ad cuius explicationem tractatur hæc alia, An animi ſint immortales: vel ſi plura capita ſint explicanda, aut pluribus vnius cauſæ capitibus ſit reſpondendum; vt patet in oratione pro M. Cælio; in quam huius generis plures incidunt ſtatus. Et hi fortaſſe acceſſorij vocari poſſunt: qui tamen ad vnum principalem aliqua ratione referũtur; Ex quibus omnibus vnum conficitur cauſſæ corpus. Vbi illud cauendum eſt, ne ab acceſſorijs et incidentibus rebus cauſſæ ſtatum colligamus.

Trap. lib. 1. Parrh. c.22.

Parrhas.

Quartum fundamentum, in quo adnotabo quædam ad declarandam ſpeciatim eam ſtatus definitionem, quam attulit M. Tullius. Duo itaque

que in ſtatu animaduertere licet: alterum eſt id quod vtrinq; ab actore & defenſore dicitur, aut dictum eſſe fingitur: occidiſti, non occidi: vbi ſtatus eſt; cum intentione & depulſione vterque vtrique, aut certe defenſor actori inſiſtat, & quaſi pedem figat: quod animaduertens, & ſubtiliter quidem Tullius dixit ſtatum, ſiue Staſin eſſe conflictionem cauſſarum, vtriuſque nimirum partis pugnam, & illud ipſum inſiſtere ad repugnandum: & ita vocabulum metaphoricum alia tranſlatione explicauit. Alterum eſt id quod ex illa conflictione exoritur, genus videlicet ipſum quæſtionis, An occiderit. Primum, hoc eſt congreſſus ille, eſt ſtatus ipſe: alterum vero eſt quæſtionis genus, quod Fabius ſpectans, dixit ſtatum eſſe id, quod ex conflictione prouenit. Hinc eſt, quod dicere ſolemus, in quæſtione eſſe ſtatum, & quæſtionem habere ſtatum. Poteſt itaque ſtatus nomen ſumi, vel pro actu ipſo ſtandi, ſeu inſiſtendi, vel pro eo quod inde naſcitur. Si hoc poſteriore modo ſumatur, cum ſtatus dicitur prima congreſſio, id, ex quorundam doctrina, intelligitur ordine & tempore, etiamſi viribus & facultate non ſit primum. Nam cum Reus ait, ſe recte occidiſſe, oritur primus ſtatus, an recte occiderit: ſed hoc non eſt in cauſſa præcipuum, vt aliqui volunt. Quando autem affertur Ratio, quia ſeditioſus erat, quam rationem firmamentum euertit, Nō

o. St.

fuit

fuit ſeditioſus, alius oritur ſtatus, qui præcipuus cenſetur; cum habeat defenſionem multo firmiorem, quam primus habebat. Nam vbi probatum fuerit ſeditioſum fuiſſe, facile probari poterit, an iure occiſus fuerit: Cæterum, vt infra planius dicetur, ex illa prima conflictione naſcitur cauſſæ ſtatus, ad quem tandem omnia referuntur: id vero, quod ex ſecunda exoritur, non tam ſtatum, quam diſceptationem vocaret Tullius. Ex his quæ hactenus dicta & explicata ſunt, colligere licet, quinque eſſe poſſe controuerſiæ partes: quarum prima eſt Intentio, occidiſti Rabiri Saturninum: Secunda, Depulſio, Occidi, ſed recte & iure: tertia, Ratio defenſoris, Quia Tribunus erat ſeditioſus: quarta, quę rationi opponitur, Firmamentum, ſine iudicio, priuataque auctoritate ciuem occidere non licet: ex quibus oritur quincta, quæ Iudicatio, hoc eſt, in iudicijs dicendis extrema quæſtio vocatur, An Rabirio licuerit ſeditioſum Tribunum occidere. Neque omnes hæ partes in omnibus cauſſis reperiuntur, vt in coniecturalibus, in quibus ſunt tantum duę priores. In alijs quoque cauſſis, interdum, aliæ partes omittuntur, vel interuallis quibuſdam dirimuntur. His ad hunc modum notatis, has ſubijcio poſitiones.

Prima poſitio, Staſis, ſiue ſtatus & conſtitutio in allatis definitionibus potius ſumitur pro re in qua ſiſtitur, & pro eo, quod ex confli-

ctione

ſtione naſcitur, quam pro actu ſtandi, aut inſiſtendi: ita vt non idem ſignificet quod ſeſſio, quę vox ſedendi actum deſignat. Hac enim ratione a ſcriptoribus communiter accipi videtur: & præſertim ab ijs, qui dicunt ſtatum eſse quæſtionem, in qua prima rei controuerſia conſiſtit, vel quæ ex prima cauſsæ conflictione naſcitur. Quare, cum aliqui dicunt eſse conflictionem, ſiue defenſionem, locutio eſt metonymica, qua cauſsa pro effectu ponitur, id eſt defenſio, & conflictio pro controuerſia, quæ inde naſcitur. Ex quibus intelligi licet, ſtatus definitiones, a dicendi Magiſtris traditas, qui in definiendo non ſunt ita religioſi, vt Dialectici, admitti poſse: ab illis itaque omnino exactæ definitiones, ſicuti nec rationes, vt Ariſtoteles docuit, requirendæ non ſunt.

Lib.1. Eth.c.3.

Secunda poſitio, ſi allatæ non placent definitiones, hæc alia non diſpliceat, ſtatus eſt totius orationis prima quæſtio ex contentione litigantium nata: vel certe vniuerſe hoc modo, ſtatus eſt ex partium contentione conſtituta quæſtio. Vel partium inſiſtentia, vnde aliqua oritur controuerſia. Nomine partium intelligimus non modo accuſatorem, & defenſorem, ſed etiam ſuaſorem & diſsuaſorem, atque laudatorem & vituperatorem: qui dum inter ſe obijciendo, & refellendo contendunt, quandam dubiam quęſtionem faciunt, cuius vnus vnam, alter alterã

Nic.Bieſ. lib.1.c.4.

partem

partem defendendam, probandamve ſuſcipit.

Tertia poſitio, ille ſimpliciter cenſendus eſt alicuius cauſſæ ſtatus, qui eam continet quæſtionem, ad quam tandem omnia, quæ in tota cauſſa dicuntur, referri debent: id inquam quo vtraque pars ſua argumenta tandem dirigit, & id vbi cauſſa ſiſtit. Hic ſtatus, qui principem locum in cauſſa habet, quaſi κεφαλαίον γενικώτατον*, id eſt generaliſſimum caput, in quæſtione de facto, vel, an res ſit, ex intentione & depulſione naſcitur: at vero cum de qualitate eſt controuerſia, ex ratione & infirmatione proficiſcitur: vt multi uolunt; ſed an recte, infra videbitur. Quare, hic potiſſimum in aliqua cauſſa tractanda, aut explicanda quærendus erit. Atque his poſitionibus propoſitæ difficultati ſatisfactũ puto: quæ adhuc ex argumentorum ſolutione manifeſtior fiet.*

Primum contra primam Tullij definitionem facile ſoluitur ex dictis: nam conflictio per Metonymiam, ſiue Metalepſin ſumitur pro quæſtione ex illo conflictu nata: vel nomine ſtatus, vt diximus, aliter vſus eſt Cicero, atque Fabius fecit. Recte ergo & explicate dicitur, Prima cauſſarum conflictio ex depulſione nata conſtitutio eſt. Par.c.12.

Secundum, facile explicabis, ſi quid per primam conflictionem intelligẽdum ſit, animaduertes, id nimirum quod ſupra docuimus: non quod

priore

priore loco tractatur, ſed quod ex præcipua cõflictione naſcitur, ad quod tandem omnia reuocantur.

Tertium vero qua ratione refelli poſſit, ex iјs quæ in fundamentis diximus, notius eſt, quã vt rurſus explicari debeat.

Quod autem priore loco contra aliam definitionem dicitur, ſi eam tueri velles, eodem modo dilueres, quo primum contra primam dilutum fuit, dicendo defenſionem ſumi pro eo, quod ex ea naſcitur.

De ſecundo, non eſt omnino præter conſuetudinem, quippiam per metaphoram deſcribere, ſi apte id fiat; præſertim in rhetoricis, cum etiã philoſophi interdum id faciant. Ariſt. lib. 1. Phyſ.

Quod attinet ad Herennianam definitionem, ſi quis eam retinere vellet, diceret, male eam acсepiſſe ac damnaſſe Fabium. Nam auctor ille non exiſtimauit ſtatum eſſe coniunctionem inſimulationis & deprecationis, ſed quęſtionem ipſam, quæ ex iſtorum duorum coniunctione naſcitur. Quod hæc fuerit huius auctoris mens, ex iis manifeſte colligitur, quæ ad libri finem ſcripta reliquit, Ex ratione, inquit, defenſoris & firmamento accuſatoris iudicij quęſtio naſcatur oportet, quam nos Iudicationem, Græci, κρίνομενον appellant. Et paullo infra, quare ex intentione & inficiatione iudicatio, quæ idem eſt, quod conſtituta quæſtio, quæ in iudicium venit

conſtitui-

conſtituitur. Cum vero ait eſſe deprecationem, intellige per Metonymiam eſſe quæſtionem, iudicationemve ex deprecatione natam.

Neque reprehendenda eſt, ob illud verbum, Deprecatio, quod hoc loco non ſignificat veniæ petitionem poſt peccati commiſſi confeſſionem, de qua deprecatione ſuo loco nonnihil dicetur, ſed intentionis depulſionem: deprecari enim interdum, eſt depellere, id quod obijcitur: ita vt deprecatio ſit precationi contraria; iuxta illud,

Franciſc. Matur. Seru. Guar. Ouid.

Sæpe precor mortem, mortem quoque
deprecor idem.

Nam qui præcatur vult aliquid fieri, qui vero deprecatur, vult aliquid non fieri. Illa itaq; præpoſitio, de, in hac voce, contrariam habet ſignificationem, vt in his, dedocere, dedecorare, dediſcere, & in alijs ſimilibus.

Placet hoc loco antequam vlterius progredior ad maiorem declarationem & defenſionem Tullianæ definitionis, Ea breuiter adſcribere, quæ in Antonio diſputat Pontanus. Is igitur auctor commendat ac defendit ſtatus definitionem a Cicerone traditam, Fabianam vero damnat, & ut minus claram reijcit. Bona eſt illa M. Tullij, quia ex genere & differentia conſtat: genus, eſt conflictio: omnis enim ſtatus eſt conflictio, ſed non quæuis conflictio ſtatus. Differentia explicatur alijs particulis: illa particula,

Prima, ponitur ad excludendas particulares, & minus principales quæſtiones quæ ſtatum non faciunt: illa, ex intentione &c. ponitur ad diſtinguendum ſtatum ab alijs conflictionibus. Vnde infert clare & aperte fuiſse locutum. Contra Quinctilianus, cuius definitionem eſse obſcuram ſic demonſtrat. Primum, quia aſsumit genus remotum, cum ait, ſtatum eſse, Quod, ens nimirum, vt nunc loquuntur: quæ vox eſt nimis generalis; ac pro inde auditoris mentem cõfundit, dum eam in plura rapit. Deinde ait eſse obſcuram definitionem mentemque perturbare, ob illa verba, Illud quod ex conflictione, &c. vt ſi diceres, Homo eſt id quod ex anima & corpore conſtat: quod de boue & leone dici poteſt; confundit igitur. Illa ergo Ciceronis bona, quia conuertitur cum re definita: iſta vero, Status eſt id, quod ex prima conflictione cauſsarum naſcitur, non ita; cum ex prima conflictione cauſſarum plura naſcantur, quæ ad cauſsam faciũt; cum ſigna afferuntur, teſtes producuntur, leges recitantur, &c. Vt ſi quis diceret, Militarem conflictum eſse id, quod exiſtit ex militum certamine, manibusque conſertis: qui nec diſtincte explicaret, nec reciproce; cum non ſolus conflictus, ſed multa alia ex iſta concertatione oriantur; vt cędes, fugæ, vulnera, & victoria. At ſi diceres, Conflictum militum eſse manuum conſerentium certamen, genus appareret. Tandem

conclu-

concludit, Ciceronem bene fuiſse elocutum, Quinctilianum male. Atque hæc circa ſtatus definitiones dixiſſe ſufficiat: Sequitur vt de numero agamus, de quo multo maior eſt difficultas: quam qui diligenter examinent, paucos inuenies.

Quod ſint ſtatuum genera. Diſputatio V.

QVæſtionem nullam in tota arte dicendi eſſe arbitror, in qua tot, & tam variæ extiterint Rhetorum ſententiæ, atq; in iſta, quam nunc præ manibus habemus. Quare, ait Fabius, cum in alijs omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt, tum præcipue videtur mihi ſtudium quoque diuerſa tradendi fuiſſe: adeo, nec qui ſit numerus, nec quæ nomina, nec qui generales, qui ve ſpeciales ſint ſtatus cõuenit. Quod, etſi verum eſt; tamen quod ad numerum attinet, plures dicendi Magiſtri in eam ſententiam iuiſſe videntur, quæ tres numerat ſtatus; quam plures, & pauciores eſſe demonſtrando, ad hũc modum labefactare poſſes. **Quint. lib. 3. c. 6. Parthaſ. c. 23.**

Primo, tot debent eſſe ſtatus, ſiue quęſtiones, quot ſunt ea de quibus excitatur quæſtio, & oritur controuerſia: at iſta nullo certo numero continentur: male igitur tria ſolum fiunt ſtatuum genera.

Li. 1. poſt. cap. 1. *Deinde, ex certiſſima Ariſtotelis ſententia, quattuor de vnaquaque re quæſtiones fieri poſſunt, cuius opinioni omnes poſteriores Dialectici, & Philoſophi adſtipulati ſunt, non igitur tres, ſed quattuor erunt quæſtionis formæ, An ſit, quid ſit, an ita ſit, & propter quid ſit; quam Rhetores omnes male prætermiſiſſe videntur. Et quod huc facit, idem auctor in rhetoricis, aliarum etiam quæſtionum meminit, quas interdum Oratores tractant; vt ſunt, Quantum, & quam multum.*

Præterea, in genere iudiciali & in foro, ſæpe incidit ea dubitatio, vtrum hac vel illa actione Inſt. li. 4. *agendum ſit, de qua re multa a Iuriſperitis diſputantur: vel apud quem iudicem, vel a quo cauſſa tractari debeat: quod quæſtionis genus ſub nullo ex tribus continetur: alius igitur ab illis diuerſus aſſignandus erit ſtatus, quem Tranſlationis appellant; de quo ſuo dicetur loco.*

Ad hæc, ſæpenumero Oratores ſimplicem quæſtionem de qua acturi ſunt, proponunt, vt de animorum immortalitate, de vi diuina, de gloria, de voluptate: quæ cauſſæ non poſſunt ad vnum ex tribus ſtatibus reuocari, cum ſtatus ſit quæſtio coniuncta, hæ autem ſimplices: igitur.

Iam vero, quidquid de re quapiam quæritur, aut eſt eius natura, aut attributum, ſiue accidens: omnis igitur quæſtio erit, aut definitio-

nis, aut qualitatis.

Denique, vt alias rationes acutis iuuenum ingenijs excogitandas relinquam, nullum eſſe ſtatum hac ratione demonſtro: quidquid dicitur, aut eſt rei conſentaneum, aut diſſentaneum: illud omnino affirmandum, hoc vero prorſus negãdum erit: igitur nihil relinquitur medium de quo dubitare in vtramque partem liceat: omnis itaque tollitur quæſtio, quæ de aliqua re incerta & dubia eſſe debet. Quod attinet ad ſcriptorum opiniones, hos adnotaui in re propoſita diuerſos dicendi modos.

Primus eſt eorum, qui tot exiſtimarunt eſſe Ariſto. in lib. categ.
ſtatus, quot ſunt rerum genera, decem nimirũ; tot enim Philoſophi omnes faciunt eorum quæ ſunt ſumma capita, ſiue genera, quæ categoriæ vocantur. Nam, cum de ſingulis generibus, ſingulæ fieri quæſtiones poſſint, profecto totidem erunt ſtatus. Quare, vt res omnes ad decem genera reuocantur, ita & omnem ſtatuum varietatem ad decem ſtatus reuocare licebit. Omnis itaque ſtatus erit, vel ſubſtantiæ, ſiue, vt Flauius loquebatur, eſſentiæ, vel quantitatis, vel qualitatis, vel relationis, vel actionis, vel perpeſſionis, vel loci:, vel tẽporis, vel ſitus & poſitionis, vel habitus, ſeu integumenti: quas natutas libro de Inuentione primo habes explicatas.

Secundus aliorum, qui nouem numerarunt

ſtatus, ſiue elementa hoc modo; Perſona, de qua quæruntur quæ in animo, corpore, & extra poſita ſunt. Tempus, quo referuntur omnes quæſtiones, quę temporis habent controuerſias. Speciale tempus, ſiue occaſio græce καιρὸν*: in primo ſpatij quęſtio ſpectatur, hic commoditatis ad agẽdum opportunæ habetur ratio. Locus, qui & in coniectura, & in qualitate quæſtionũ materiam præbet; vt liceat ne tyrannum in tẽplo occidere? Actus, græce praxis, quo omnes voluntatis quæſtiones comprehendi volunt; vt ſciens, an imprudens, caſuve egerit. Numerus, qui in quantitate pauca, aut multa ſpectatur. Cauſſa, quo pertinent omnes quæſtiones cauſſarum, in quibus iure quippiam factum eſſe, ratione propoſita defendimus; vt in qualitate præſertim abſoluta, fit. Modus, græce* τρόπος*, cum res in quæſtionem venit propter modum: vt cũ aliquid aliter factum eſſe dicimus, quam oportuit, aut lex præcipit. Factorum occaſiones,* ἀφορμαὶ τῶν ἔργων*, hoc eſt, proximæ factorum cauſſæ, quæ anſam præbent & ad faciendum incitant.*

Tertius eorum, qui octo ſtatus faciunt; quorum tres rationales dicuntur, coniectura, finitio, qualitas; quattuor legales, ſcripti & voluntatis contrarietas, verborum ambiguitas, contrariarum legum diſcrepantia, ſyllogiſmus, ſiue ratiocinatio: quibus addunt, tranſlationem.

Quartus

Quartus aliorum, qui ſeptem eſſe putarunt; & ſunt omnes in tertia ſententia enumerati, dempta translatione.

Quinctus, ſex eſſe contendit; qui ſunt coniectura, qualitas, proprietas, per quã, definitionẽ intelligunt, quantitas, comparatio, et tranſlatio.

Sextus, eorum qui quinque numerant; coniecturam, definitionem, qualitatem, quantitatem & comparationem, cum aliquid comparate tractatur; vt, an honeſtum præferendum ſit vtili. In qua opinione fuit quidam Theodorus, quem Fabius citat. Alij eundem numerũ aſſignant, hoc pacto; coniectura, finitio, qualitas legalis, & rationalis, negocialis.

Septimus, aliorum qui quattuor admittunt ſtatus, ſed tamen varie enumerãt. Fabius olim, vt ipſe fatetur, hos quattuor generales ſtatus aſſignauit, coniecturam, definitionem, qualitatem, & legalem. Alij hoc modo, coniecturam, finitionem, qualitatem, & tranſlationem. Ita Hermagoras, qui primo ſtatum tranſlationis introduxit: quem nonnulli alij poſteriores ſecuti ſunt. Quidam hunc eundem numerum tribuunt Ariſtoteli, ſed quarto loco ſtatum quantitatis collocant. Herm. Trap. Lul. Parrh. c.23.

Octauus, qui eſt communior, eorum, qui tribus contenti ſunt ſtatibus, coniectura, definitione, & qualitate: qui hunc numerum agnoſcãt, inferius docebo.

Nonus eorum, qui duos tantum ſtatus poſuere; ſed hi varie ſuam explicuere ſententiã. Nam alij, in quibus fuit Archidamus, ſtatum coniecturæ, & definitionis admittunt, qualitatis vero reijciunt. Alij, vt quidam Pamphilus, coniecturalem, et iuridicialem, ſiue qualitatem admittunt, finitiuum iuridiciali ſubijciũt: diuidunt tamen qualitatem in plures. Alij eoſdem ſtatus agnoſcunt, ſed alijs verbis exponũt: coniecturam, appellant rem, de qua non cõſtat: & qualitatem rem de qua conſtat: primum vocant ἄϕρον *.i. dubium: alterum* προληπτικόν. *i. præſumptum. Hoc ſenſiſſe videtur Apollodorus, qui hac de re obſcure locutus eſt; & ideo, quid iſte auctor ſenſerit, non eſt omnino exploratum. Alij, vt Theodorus Gadareus, duos faciunt ſtatus, an res ſit, & quæ ſint rei accidentia: primus coniecturam habet, ſecundus qualitatem & finitionem. Alij, in quibus Poſſidonius, omnes ſtatus reuocarunt ad voces; de vocibus quæritur, quid ſignificent: de rebus vero eſt quæſtio coniecturæ, qualitatis, & comparationis. Denique, Celſus Cornelius hos duos ſtatus fecit, an ſit, ſub quo comprehendit definitionem, & quale ſit.*

Lege Pin. in Fab.

Poſtremus dicendi modus fuit eorum, qui vnicum aſſignabant ſtatum coniecturalem, idq; ob hanc rationem, quoniam quidquid quærimus quibuſdam ſignis colligimus: vnicus igitur erit

coniecturæ ſtatus, qui ex ſignorum coniecturis naſcitur. Atque hæ ſunt in propoſita diſputatione ſententiæ, quas ex Quinctiliano collegi. Quid autem in tanta opinionum varietate tenendum ſit, quibuſdam fundamentis et poſitionibus explanabo.

Primum fundamentum, cum de numero ſtatuum quæſtio diſcutienda proponitur, non quot ſint numero, ſpecieve, ſed quot genere ſint, quæritur. Idque vel ex eo patet, quod & qui pauciores, & qui plures aſſignant ſtatus, in alios deinde quaſi in ſpecies & partes ſubdiuidere ſolent: quos in ſingulares, quorum nullus eſt certus numerus, diuideres. Quare, cum ſtatus, ſiue quæſtionum genera quæruntur, ita aſsignanda ſunt, ſiue plura, ſiue pauciora aſſignentur, vt vnum non contineatur ſub alio, & ſub illis cætera; ſicuti ſub virtute quattuor virtutis partes, ſeu formæ. Illa itaque probanda erit ſtatuum diuiſio, quæ ex ijs conſtabit partibus, quæ ſunt inter ſe primo diuerſæ, & vna non continetur ſub alia, & reliquæ omnes, quæ aſſignari poſſunt, ſub illis. Et quod etiam huc facit, nō tam ex ipſis rebus, quam ex modo quærendi ipſa genera aſſignanda ſunt. Rurſus, vt Dialectici tradunt, non quæcunque rei cuiuſpiam diuiſiones probantur, ſed illæ quæ ex rei natura interniſque differentijs ſumuntur: Quare quæ a materia duci ſolent, illæ reijciuntur; vt ſi ſtatus

tus diuideres penes res ſingulas, quæ in quæ-
Porph. c. de differ. *ſtionem veniunt : nec etiam probantur illæ, quæ per differentias communes, & extrinſecas fiunt : quæ & ſi rem omnem interdum complecti poſſunt, vt ſi animal diuideres in volatile, & non volatile, & ſtatum, in abſolutum & relatum; tamen vſurpari non ſolent. Facienda itaque eſt cuiuſpiam rei vniuerſæ diuiſio in ſumma & prima genera, per eas differentias, quæ rem intime attingunt: quæ poſtea, pro opportunitate, in alia membra per alias differentias diuidi, & in ſpecies ſubdiuidi poterit; vt infra de ſtatuum diuiſionibus agendo planius demonſtrabo.*

Secundum fundamentum, cum Dialectici omnes optimi diuidendi artifices, vna cum Ariſtotele, eam approbarunt quæſtionum diuiſionē, quæ quattuor continet membra, an ſit, quid ſit, quod, ſeu quia eſt, vel an ita ſit, & propter quid ſit, quarum duæ priores ſimplices, aliæ poſteriores compoſitæ, ſiue coniunctæ dicuntur, videndum eſt, cur illa quarta quæſtio; ſi tria ſtatuum genera cum meliore Rhetorum ſententia retinere velimus, a dicendi Magiſtris prætermiſſa, vel ſeorſim enumerata non fuerit. Ideo, ni fallor, Rhetores quæſtionem illam, cur aliquid ſit, vel, vt Dialectici loquuntur, propter quid ſit, hoc eſt, quæ ſit rei cauſſa, ſeorſim, tanquam ab alijs diſtinctam, non numerant, quod exiſtimēt,

reuocari

reuocari poſſe ad coniecturam; cum per eam quæ ſit rei cauſſa inueſtigetur: vt cum ambigitur, cur Luna deficiat, vel ob terræ interpoſitionem, vel ob luminis amiſſionem. Illa vero, quæ quæritur, an ita ſit, vel, vt Dialecticorum vulgus loquitur, quale ſit, partim coniectura continetur, vt, cum quæritur, an Luna deficiat, an cælum conuertatur, partim qualitate; vt ſi quæratur, an virtus ſit amabilis, an diuitiæ ſint expectendæ, ſint ne eloquentia vtilis. Ideo autem Philoſophi quartum quæſtionum genus numerant, quod putent, tunc ſe vere ſcire, cum cauſſam rei propriam norint, quam ipſi priuatim inquirunt; Oratores vero non item. En igitur vt illæ quattuor quæſtiones ad tres ſtatus reuocari poſſunt: prima, & quarta coniectura, ſecũda definitione, tertia partim illa, partim hac cõtinetur. Qua autem ratione alijs ſtatus, quos multi tamquam ab his genere diuerſos recenſent, ad hos tres reuocentur, poſtea dicetur.

Tertium fundamentũ, quoniam hæ tres quæſtiones, an ſit, quid ſit, an ita ſit, vel qualis ſit, ſolum cauſſas cognitionis, & infinitas continere videntur, ita vt videantur excludi cauſſæ ciuiles, finitæ, quæ ad agendum referuntur; ideo hoc fundamento omnes tres ſtatus in omnibus cauſſarum generibus reperiri poſſe paucis explicabo. Animaduertendum itaque eſt, in omni quæſtione, quæcunque illa ſit, ſiue cognitionis, ſiue

ſiue actionis, ſemper aliquid de nouo cognoſci, cum explicata fuerit. Quæ autem de quauis re propoſita inueſtigari cognoſciue poſſunt, tria ſunt numero: eius exiſtentia, vt Philoſophi loquuntur, quæ inueſtigatur per quæſtionem, an ſit? eius natura, ſeu eſſentia, per quæſtionẽ quid ſit: einſdem attributa, & accidentia, per quæſtionem qualis ſit, vel an ita ſit. Quare, quidquid in quæſtionem venerit, ſiue ad cognitionẽ, ſiue ad actionem referatur, ad vnum ex tribus ſtatibus pertinere neceſſe eſt; ſiue vniuerſe per theſim, ſiue rem ad tempora & perſonas contrahendo, per hypotheſim quæratur. Quo fit, vt tria cauſſarum genera, quibus omnes quæſtiones oratoriæ continentur, aliquem ex trib. ſtatibus admittant: Immo, in vna eademque oratione omnes interdum reperiuntur, quamuis non omnes ſint præcipui. Huius doctrinæ exemplum habes in ſecunda Philippica, cuius ſtatus præcipuus eſt qualitatis, quæritur.n. an talis ſit Antonius, qualis a Cicerone oſtenditur, de quo potuit eſſe dubitatio, cum Q. Fuſius Calenus Antonij facta, vel excuſaret, vel iure facta eſſe contenderet: & tamen in hanc orationem incidit etiam coniecturæ ſtatus. Et interdum in eadem oratione ab vno ſtatu ad alium tranſitur; vt a coniectura ad qualitatem, & ab hac ad definitionem. Vt ſi quæratur, an occiderit, an iure occiderit, & an ſit ſimplex homicidium,

Dione libro 46. hiſt.Ro.

cidium,

cidium, an vero læſæ maieſtatis crimen. Quo autem pacto, in tria cauſſarum genera hi ſtatus incidant, alio loco demonſtrabitur. Atque pro huius quæſtionis explicatione hæc adnotaſse ſufficiat: nunc quid tenendum ſit poſitionibus quibuſdam ſtatuemus.

Prima poſitio, hæc de numero ſtatuum diſputatio nulla modo eſt parui facienda. Patet hæc poſitio, primum ex grauiſſimorum Rhetorum auctoritate, qui diligenter hanc quæſtionem ſibi examinandam putarunt; idque eam ob cauſſam, quod eius cognitionem vtilem eſſe intelligebant. Deinde, quoniam, ſi ſtatuum notitia, vt ſupra docuimus, eſt neceſſaria, profecto, qui & quot ſint cognoſcere, non modo vtile, ſed etiam neceſsarium erit. Fab.

Secunda poſitio, ſtatuum aliquis certus poteſt aſsignari numerus. Nam, etſi ſingularum quæſtionum quæ in forum, in concionem, aut in Senatum veniunt, nullus ſit certus numerus; tamen eas ad certas ſpecies, vel genera reuocare licet.

Tertia poſitio, ſtatus nullo modo poſſunt reuocari ad vnum tantum coniecturæ genus. Eſt hæc poſitio contra vltimam ſententiam ſuperius citatam, quam iure optimo damnauit Quinctilianus, & ego multis rationibus impugnarem, ſi in re manifeſta multus eſse vellem, hæc vna igitur ſufficiat. Quoniam, quæſtionũ

diſtinctio non eſt ſumenda iuxta rationes, quibus illa tractatur; ſed iuxta varietatem eorū, quę de illa quæruntur; quæ, vt diximus, & per ſe planum eſt, plura ſunt: alias.n.dicerem, vnam eſſe omnium rerum ſcientiam, quia omnia quæ ſciuntur per certas & neceſſarias rationes ſciuntur. Vt omittiam, quod non modo coniecturis, ſed etiam rationibus certis ſæpenumero Oratores decertant.

Quarta poſitio, non eſt vera eorum opinio, qui duos tantum ſtatus faciunt. Quoniam iſti, vt ſummatim dicam, vel vnum ab alijs omnino diuerſum omittunt, vel alteri cui ſubijci non debet, ſubijciunt, vel aliquem ab ijs non diuerſum, tanquam diuerſum ponunt, aut per accidentia remota & extranea ſtatum diuidunt; vt facile quiſque animaduerteret, ſi citatas opiniones vellet diligentius excutere, quod nos facere nolumus,

Quincta poſitio, non eſt vera eorum ſententia, qui quattuor, vel quinque, vel plura ſtatuum genera aſſignant. Quoniam, vt ex ijs quæ dicemus, planum fiet, omnia genera, quæ in alijs opinionibus recenſentur, ad tria optime reuocari poſſunt; & ſpeciatim ad ſtatum qualitatis: ſunt itaque alia omnia potius ſtatuum ſpecies, quam genera: vt ex ſequenti diſputatione patebit.

Sexta poſitio, ſtatus, ſiue quæſtiones Oratoriæ,

toriæ, & quærendi modi, generatim loquendo, ſunt tres, quorum vno quæritur, an res ſit; altero, quid ſit, tertio; an ita, ſeu qualis ſit. Primũ, hæc doctrina eſt conſentanea communi Rhetorum ſententiæ: quam, vna vel altera Ciceronis auctoritate confirmo. Tullius igitur, licet iunior in libris quos ſibi excidiſſe ſcribit, et ętate maturæ indignos eſſe ait, quattuor primos ſtatus fecerit: tamen ſapientior factus, ſententiã mutauit. In primo itaque de Oratore ſermone agens de ijs, quæ in controuerſiam veniunt, dixit, quæri ſolere, aut factum ne ſit; aut ſi eſt factum quale ſit: aut etiam quo nomine vocetur: quamuis hoc loco dicat nonnullos addere ſolere, recte ne factũ eſſe videatur. Alibi, quid factum ſit, aut fiat, aut futurum ſit quæratur: aut quale ſit, aut quid vocetur. Item, Nam quidnam eſt, quod in controuerſia, aut contentione verſetur, in eo; aut ſit ne, aut quid ſit, aut quale ſit, quæritur. Sit ne ignis, quid ſit definitionibus, quale ſit recti prauiq; partibus. Sunt nonnulla alia eiuſdem auctoris teſtimonia, quæ breuitatis gratia miſſa facio. Eundem numerum ex Ariſtotelis verbis aliqui hoc pacto colligunt. Ariſtoteles rhetoricis diuidit omne opus, hoc eſt tractationem, in veritatẽ, per quam coniecturam intelligit; vt in qua, ſit ne res, quæ vera dicitur, diſputatur in appetenda & fugienda, quibus qualitatis vim innuit: Poſtremo, in

Lib. de inu.

Lib. 1. orat. in proem.

Lib. 2. orat.

In Top.

In Part.

Ant. Pin. Melch. iunior. c. 5.

in eiuſdem diuerſique tractatum, vbi de definitionem, haud obſcure indicat; quam tamen ali
Lib. 1. *bi apertius demonſtrauit, cum de facti defenſione meminit, Furtum feci, non tamen ſacrilegium: illum pulſaui, at iniuriam non feci. Quin*
Lib. 3. c. 6 *ctilianus, mutata hac in re ſententia, hoc pacto hunc ſtatuum numerum aſſignat. Defenſori, ſi quippiam ei obijciatur, illa occurrit tutiſſima defendendi ſui ratio, ſi factum neget, vnde oritur coniectura; ſi vere & honeſte negare non poteſt, non id quod obijcitur a ſe factum dicit; vnde naſcitur definitio: denique, ſi nomen, aut ſpeciem mutare non poteſt, recte factum fuiſſe ait; vnde qualitas exiſtit. Illud etiam ſupereſſe videtur refugium, vt dicat, ſibi non iure actionem intendi, quod ad ſtatum tranſlationis pertinet, qui ad qualitatem reuocatur. Accuſatori etiam hæc eadem intendenda ſunt, vt factum probet, hoc eſſe factum, non recte factũ, et iure ſe intẽdere. Adde præterea hanc rationẽ, ex ijs quæ adnotauimus collectam: cum aliquã oritur controuerſia, opus eſt ſubeſſe rem de qua ambigitur: eam vbi eſſe conſtiterit, ſequitur vt quæratur, quid ſit: hoc cognito, reliquum eſt, vt inueſtigemus qualis ſit: In primo valet coniectura, in altero definitio, in tertio conſecutio, in qua quærimus, quid cuiuſque rei vim & naturam conſequatur: quibus cognitis, nihil quærendum ſupereſt. Tres igitur ſtatus eſto, coniecturæ*

vnus,

vnus, definitionis alter, conſecutionis tertius quem communiter qualitatis appellant Rhetores: accepto tamen qualitatis nomine aliter, quam Ariſtoteles in quarta categoria accepit: cum per qualitatem, non ſolum dictæ categoriæ naturam, ſed omnia intelligant accidentia. Ad E1b. *eundem numerum demonſtrandum Victorinus non ignobilis Rhetor, ſimilitudinem adhibet nõ inelegantem. Idem, inquit, accidit in cognitione rerum, quod in aſpectu ſolet accidere. Etenim, cum longe aſpicimus, primum quidem videmur aliquid videre, ſed an aliquid ſit, an fallamur, dubitamus. Vbi vero magis acceſſerimus, et aliquid eſſe perſpexerimus, non continuo ſcimus, an ſit homo, an equus, an arbor. Poſtea, cum propius acceſſimus, & gratia exempli, perſpicimus hominem eſſe; tacite nobiſcum quærimus, ſit ne peregrinus, an ciuis: notus, an ignotus: propinquus, an alienus: amicus, an inimicus: quib. perſpectis, nihil aliud deſideramus. Sic in cognoſcendis rebus, primo quidem illud venit in mentem, ſit ne omnino illud de quo quærimus, vt ſit vllum ius in rerum natura: deinde hoc explorato, inueſtigare conamur, quæ ſit eius rei vis, atque natura; vt quid ſit ius, an quod maxime parti eſt vtile, vel aliquid aliud, hoc vbi perſpexerimus, poſtremo ſcire volumus, quale ſit, an ſit ius vtile, an neceſſariũ ad remp. conſeruandam, & alia generis eiuſdem. An ſit*

ius, coniecturæ, quid ſit, definitionis, quale, conſecutionis, qualitatiſve ſtatus eſt.

Septima poſitio, tres ſtatus reperiri poſſunt in omni quæſtione tum cognitionis, tum actionis: & in omnibus cauſſarum generibus, iudicij, deliberationis, & laudationis. Quoniam, vt ſupra diximus, nulla eſt quæſtio ſine cognitione & ſciẽtia, in qua ſiſtimus, cum cognoſcendi gratia quærimus: non ſiſtimus, cum notitiam ad actionem referimus: & quia ſiue in vno, ſiue in altero genere verſemur, ſemper vnum ex tribus ſtatibus ſumimus, nihil de re vlla cognoſci poterit, quod non ſit vnum ex tribus. Et vt quod docemus exemplis illuſtremus, in ſeptima Philippica quæritur, An pax facienda ſit cum Antonio, hoc eſt, an ſit vtile, an honeſtum, vbi de qualitate inueſtigatur. In eadem oratione diſputatur, An pax cum eodem coaleſcere poſſit; idque per coniecturam. At vero in nona in dubium vertitur, An eſſe cauſſam mortis, ſit mortem afferre? an morbo affectum ad legationem obeundam mittere, ſit eum vita priuare? quod definitione examinatur. Sit igitur hoc certum, tres tantum eſſe quæſtionum gradus; quorum firmiſsimus, in iudicijs eſt coniecturalis, ſiue inficialis: Proximus, definitionis: poſtremus, qualitatis, non tam firmus, quam cæteri, ſed ſpecioſus ad defenſionem, atque præclarus. Quando autem a qualitate ad definitionem

nem peruenitur, imbecilla eſt defenſio, nec tam eſt defenſio, quam mutatio; transfertur.n. actionis genus. Vt ſi reus fateretur ſe rem ſacrã in loco priuato ſuſtuliſſe, nec docere poteſt licuiſſe, contendere tamen non eſſe ſacrilegium, ſed furtum. Sed de his hactenus, quæ adhuc ex argumentorum ſolutione manifeſtiora fient.

Ad primum, iam in fundamentis diximus, ſingulas & priuatas quæſtiones reuocatas fuiſſe ad quædam definita genera, vt de illis certa dari poſſet doctrina.

Ad ſecundum, integro fundamento expoſuimus id, vnde huius argumenti patet ſolutio: nihil igitur eſt, cur aliquid priuatim dicamus.

Ad tertium, quæſtio illa, quæ tranſlatio dicitur, continetur ſub qualitate; vt alio loco infra planius docebitur: propterea non eſt aliud genus ponendum.

Ad quartum, concedimus Oratorem interdum quæſtionem ſimplicem ſibi proponere: ſed tamen, cum ad eam explicandam accedit, ſingulas eius partes, ad quæſtiones coniunctas, quæ vno ex tribus generibus continentur, reuocat.

Ad quinctum, illa enumeratio eſt imperfecta, cum non ſolum naturam, ſed etiam rei exiſtentiam quæramus.

Ad ſextum, verum eſt hoc argumentum, ſi noſtra notitia cum rebus ipſis conferatur: tamẽ

ratione noſtræ intelligentiæ quædam dicuntur eſſe dubia, & probabilia. Licet ergo, quidquid de re quapiam dicitur, ſit ex ſe vel verum, vel falſum: tamen ad humanam cognitionem relatum, dubium, & probabile dici poteſt. Sed de hac difficultate ſatis.

Afferuntur variæ ſtatuum diuiſiones. Diſputatio VI.

HActenus huius tractationis materiã, vtilitatem, rei ſubiectę nomen, naturam, & vniuerſa genera expoſuimus: nunc quaſdam diuiſiones ex accidentibus ſumptas, generumq; partes nonnullas, de quibus poſtea priuatim agendum erit, expoſituri ſumus. Idque ſine vllis argumentationibus, & auctorum citationibus; vt breuitati conſulamus: ſi quid autem aut dubij, aut varietatis occurret, in ipſis poſitionibus attingemus. Has itaque de re propoſita ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, quæſtionum ſiue cauſſarum duo ſunt genera: quædam ſunt quæ nullam habent conſiſtentiam, quæ a Græcis ἀσύστατα; *id eſt non conſiſtentia, inſtabilia, & inconſtantia, vt aliqui loquuntur: quædam, quæ ſtatum admittunt, quæ Græce* συνεστῶτα, *id eſt conſiſtentia, ſiue conſtitutionem & ſtatum habentia nominantur; vt ſunt omnes illæ quæſtiones &*

cauſſæ,

cauſſæ, quæ in iudicium venire poſſunt, quas Orator defendendas poteſt ſuſcipere: illæ inquam in quibus accuſator, & defenſor habent vbi pedem figant, & ad repugnandum inſiſtãt. Prioris generis controuerſiæ, vt Diuus Auguſtinus ait, cauſſæ nomen non merentur, cum non conſiſtant: de quibus multi multa ſcribunt; nos breuiter & perſpicue omnes harum cauſſarum modos numerabimus; plura qui volet, Diuum Auguſtinum libro de principijs, Hermogenem, Chirium, & Trapezuntium in re parum vtili conſulat. Harum quæſtionum modos quattuor numerauit Hermagoras, Hermogenes octo fecit, alij etiam plures; quos nunc recenſebo, ſi prius vniuerſe dixerim, eas quæſtiones eſſe inconſiſtentes, quæ vel intentione, vel depulſione carent, vel æque vtranque habent. Depulſione deſtituuntur, quæ ſunt per ſe nota, quæ in communi ſenſu poſita ſunt, aut opinione & arte; vt Deum eſſe colendum, totũ eſſe ſuis partibus maius. Intentione ſimiliter, quæ ſunt contra ſenſum, contra opinionem, contra naturam, & rumorem: quæ turpem, impudentem & indecoram habent intentionem, quæ cauſſarum genera ideo cognoſcenda ſunt, vel vt ea caueamus, vel ſi in ea inciderimus, quid nobis faciendum ſit, videamus.

Melch. Iun. c. 5. Parrh. c. 21.

Trap.

Parrh.

Primum harum cauſſarum genus Græce dicitur μονομερὲς, *vel* κατὰ ἑτερομερίαν. *Latine,*

vnimembre, mutilum, vel ex vna parte firmũ; cũ ex altera parte nulla eſt defenſio: cuiuſmodi fuit cauſſa Verris; cuius hæc fuit intentio, Abi voluntarie in exilium: vbi aduerſarius non habuit quid reſponderet.

Secundum, quod græce ἰσάζον, *vel* κατὰ ἰσότητα; *id eſt æquale, & ſecundum æqualitatem; vt eſt illud quod vtrinque parem accuſationem & defenſionem habet; vt ſi duo inter ſe furti accuſarent. In hoc genus ſi Orator inciderit, aliquid diſcriminis inuenire conetur; vt in Cœliana fecit Cicero: Clodia erat Scortum, Cœlius iuuenis corruptus; ſed diſſimile inuenit Orator, quod Cœlius iam in alio vitæ genere verſaretur. In Roſciana etiam, quædã animaduerteres* ἄνισα *id eſt inæqualia.*

Tertium, græce ἀντιστρέφον, *latine, reciprocum, conuertibile, retrocõmeans, vel conuerſionem & commutationem habens. exemplum habes apud Gellium in cauſſa Protagoræ Sophiſtæ, & Euthali eius diſcipuli, vbi quid ſit argumentum Antiſtrephon exponit Gellius. Affertur etiam & illud de eo, qui diceret, non eſſe credendum inſomnijs, idque per inſomnium ſe accepiſſe affirmaret. Si Orator in hoc genus incideret, aduerſarij inconſtantem actionem oſtendat: quiddam ſimile in cauſſa Quintiana reperies.*

Lib. 5. cap. 10.

Hermog.

Quartum græce ἀπίθανον, *latine non veriſimile*

mile , non credibile; cum id aſſertur , quod eſt παράδοξον *, hoc eſt præter opinionem, vel omnium , vel aliquorum , tum ex parte accuſatoris, tum rei; vt C. Verrem virum eſſe bonum. Antonium eſſe Reip. ſtudioſum. Quod genus poteſt quidem eſſe contra opinionem, ſed tamen nõ eſt neceſſario contra veritatem .*

Quintum, ἀδύνατον*, latine impoſsibile, nefas, quod fieri non poteſt , quod eſt contra , vel præter naturæ & hominum vires, vt infantẽ puerum commiſiſſe adulterium: Turcas breui temporis ſpatio vniuerſum orbem ſibi ſubijcere poſſe.*

Sextum, ἄδοξον*, hoc eſt, indecorum, inhoneſtum , quod rei turpis, & flagitioſæ petitionem continet , & quod ob pudorem ab auditoribus reijcitur, vt ſi quis mercedem proditionis, aut adulterij , filiæve a ſe proſtratæ apud iudicem poſtularet , Quo genere Orator in vituperatione vti poſſet ; vt Cicero fecit , cum ab Antonio ſe beneficium accepiſſe dixit, Quod ab eo nõ fuerit occiſus : quod beneficij genus latrones conferre ſolent . Huc referuntur omnes cauſſæ , quæ ſunt contra bonos mores , vt non alere parentes, præceptoribus honorem non habere , & aliæ harum ſimiles , & quæ intentionem indignam ac turpem habent .* Phil. 2.

Septimum, ἀπερίστατον *, id eſt ſine circunſtantia, quod eſt omni ratione & confirmatione de-*

ſtitutum, & nugatorium; vt ſi pater filiam bene moratum abdicaret: vel maritus vxorem accuſaret adulterij; nec demonſtraret adulterum.

Octauum, ἄπορον, *hoc eſt, inexplicabile, infinitum, in quo nulla probatio, nulla refutatio, nec exitus vllus apparet: a quo Orator, aut iudex ſe extricare nequit: in quod genus, cum aliquando Areopagitæ incidiſſent, litigatores poſt centum annos redire iuſſerunt. Huiuſmodi fuit cauſſa illa de duabus mulieribus de filio viuo altercãtibus, quam diuina ſapientia præditus diremit Salomon.*

Lib. 3. Reg. c. 3.

Nonum, ἀχρῶμον, *latine, ſine colore, cum nulla apparet facti cauſſa, qua quod factũ eſt, cur fieri debuerit, quaſi colore quodam demonſtretur; vt ſi eo tempore quo prælium committendum eſt, milites ſibi pollices amputarent, de quo tanquam de læſæ maieſtatis crimine accuſarentur.*

Decimum, ἑτερορρεπές, *hoc eſt, impenſum, quod in vnam partem magis inclinat, cũ vnus ex litigantibus tantam vim habet, vt alter nihil habere videatur.*

Vndecimum, παρ' ἱστορίαν *hoc eſt, præter hiſtoriã, erraticũ, quod Hermogenes* κακόπλαστον, *id eſt male fictum vocat; cum id adducitur, quod eſt præter hiſtoriæ fidem: quod in omni circunſtantia perſonæ, loci, & temporis accidere poteſt;*

poteſt; vt ſi quis diceret, Alexandrum non regnaſſe in Aſia, Aeneam non fuiſſe Anchiſæ filium.

Duodecimum, προθιλημένον, id eſt præiudicatum, vt eſt id, quod antequam in forum veniat, omnium iudicio eſt comprobatum. Hæc igitur ſunt, quæ notantur in conſiſtentium cauſſarum genera; & fortaſſe plura notari poſſent. Ex quibus nonnulla quandam habent conſiſtentiã, ſed non ita firmã, ſaltẽ prima fronte; quæ Cacoſiſtata, i. male conſiſtentia vocantur, vt ſunt, erraticũ, & impenſum, & præiudicatũ. Et hinc eſt quod aliqui pauciora genera numerant; vt qui Hermagoræ enumerationem approbãt; qui deficiens, vnimembre, inexplicabile, & æquale aſſignauit. His ita expoſitis, quæſtionibus inconſiſtentibus, quæ in iudicium non veniunt, relictis, de conſiſtentibus, quarum, vt eſt ſtatutum, tria ſunt genera, deinceps agemus. **Natal. Com.**

Secunda poſitio, ſtatuum, alij dicuntur rationales, alij legales. Rationalis is dicitur, qui ex aliqua rei attributione, vt facti, nominis, & qualitatis ſumitur; is vero legalis, qui ex lege, vel ſcripto, dictoue naſcitur. Quare, ſi dubium ſit de re, ſtatus dicetur rationalis; ſi de ſcriptura, aut pronuntiato, ſiue dicto, legalis. An vero quæſtiones ex lege natæ ſint proprie ſtatus, & an ſtatus legalis ſit a trib. generibus ſpecie diſtinctus, inferius late explicabitur.

Tertia

Tertia poſitio, ſtatus duplex eſt, alter qui iuridicialis, alter qui negocialis nominatur. Hãc diuiſionem multi afferunt, ſed in ea explicanda non conueniunt. Nam iuridicialis conſtitutio, quam Græci δικαιολογικὴν *vocant, idem prorſus eſt, quod ſtatus qualitatis, ita vt qualitas & iuriſdictio, ſint tertium conſtitutionum genus. M. Tullius aliquando de conſtitutione generali, hoc eſt de ſtatu qualitatis loquens, hunc in modum hanc diuiſionem expoſuit: Iuridicialis eſt, in qua æqui & recti natura, aut pœnæ ratio quæritur. Negocialis, quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos Iuriſconſulti exiſtimantur. Verum alibi negocialem ſub iuridiciali complexus eſt. Et ſane, cum tam in priuatis, quam in publicis iudicijs de iure, hoc eſt, de æquitate, vt Iuriſconſulti ſolẽt, quæratur, non video, cur ſtatus negocialis hoc modo explicatus, iuridicialis vocari non debeat. Hermagoras & Fabius, negocialem quem Græci pragmaticum appellant, eum eſſe dicunt, in quo de rebus ipſis & negocijs in genere quæritur, remoto perſonarum cõplexu, vt, an diuitiæ ſuperbiam pariant: an debeat a filio necari, quæ virum interfecit. Hermogenes, eum negocialem vocat, in quo de re futura facienda, aut non facienda inueſtigatur; iuridicialem, in quo de præterito diſputatur. Alij denique hoc modo; quando in prima quæſtione*

Lib. 1. de Inuent.

In Top. Part. De Orat.

& cauſſa

& cauſſa ſiſtitur, conſtitutio, vocabulo a iure accepto, iuridicialis dicitur: ſi vero in indicatione & firmamento, negocialis vocatur. Quare, ſi in cauſſarum conflictu conſiſtat quæſtio, iuridicialis appellabitur, ſi in iudicationis diſceptatione, negocialis. Explicant etiam negocialem ſtatum eo modo quo Fabius expoſuit; ita vt neg cialis conſtitutio ſit, cum de negotio in ſe diſceptatur, remotò perſonarum complexu: ob cuius circunſtantiæ ſeparationem, ab iuridiciali ſeiungitur. Dicunt præterea, negocialem pertinere ad diſceptatorem, qui de re ipſa ſine perſona altius philoſophatur, & de iure, non de facto, & ex hypotheſi, hoc eſt, ſi ita res eſt, reſpandet, & quid fieri oporteat, docet: Iuridicialem vero ad iudicem, qui de cauſſa & facto, perſonaque cum negotio coniuncta, cognoſcit, eique officium præſcribit; has cauſſas quidam ab actore appellationē ſumentes, rhetoricas, illas a diſceptatore, philoſophicas vocant. Hinc patet, cur olim Iuriſconſulti, qui ſolum de iure diſceptabant, non inter Oratores & rhetores, ſed inter Philoſophos numerati fuerint: ita vt ijdem eßent, qui apud Græcos pragmatici. Neque exiſtimandum eſt, negocialis ſtatus ſolum in iudicijs inueniri, cum in omni ſcientia & arte reperiri poſſint, & præſertim in politicis, quibus rei gerendæ vocabulum priuatim conuenit: quam ob cauſſam Hermogenes pragmati-

cos ſtatus ad rem futuram contraxit. Nec propterea, quod pragmatici ſtatus rem a perſona auocant, idem ſunt quod theſis, quia ſolum auocant a perſona, & non ab alijs circumſtancijs, & nullam includunt relationem, ſicut theſis, quæ hypotheſim reſpicit. Sed de hac diuiſione hoc loco ſatis: plura infra, cum de negociali ſtatu ſpeciatim agetur.

Quarta poſitio, qualitatis conſtitutio duas habet partes, quarum vna abſoluta, altera aſſumptiua nominatur. Tunc dicitur ſtatus qualitatis abſolutus, quem Græci Antilepſin vocant, cum factũ ex ſe ſuaq; ui defenditur, nihil extrinſecus adiecto: vt, ſi pater accuſatus a filio quod ipſum verberauerit, ſe defenderet, dicendo parentibus licere liberos percutere. Tunc vero qualitatis aſſumptiuæ, quam Antitheſim quaſi contrariam poſitionem & propoſitum diceres, Græci vocant; cum ad factum defendendum aliqua extrinſecus ſumitur ratio: vt in Miloniana, vbi extrinſecus ſumpta eſt ratio ad defendendum factum, quod liceat aggreſſorem, & improbum ciuem occidere. Id autem quod aſſumitur, vel pertinet ad facti defenſionem, quæ defendendi ratio nonnullas ſub ſe habet partes, quas poſtea numerabo, & explicabo, uel ad actionis reiectionem, quæ latine tranſlatio, græce Metalepſis dicitur: quæ ſuas etiam formas habet, ſuo etiam loco explicandas.

Placet

Placet hoc loco antequam vlterius progredior, afferre quæſtionum diuiſiones, a Mar. Tullio diuerſis in locis allatas; quas facilitatis gratia in tabulas redegimus. Suppoſita itaque hac veritate, Rhetoricæ materiam eſſe quęſtionem, & hanc diuidi in theſin, & hypotheſin, theſin hunc in modum in partitionibus ſubdiuiſit.

- **Theſis, alia**
  - **Cognitiua,**
    - An ſit,
      - Poſsit ne res effici.
      - Quomodo fiat.
    - Quid ſit,
    - Quale ſit,
      - Idē res ſit, an diuerſa.
      - Imago rei & deſcriptio.
  - **Actiua,**
    - Qūo adipiſcamur.
    - Qūo utamur.
      - De honeſtate.
      - Aequitate.
      - Vtilitate.

In Topicis, hoc modo.

- **Infinita qō.**
  - **Cognitionis**
    - An ſit,
      - Sit ne res.
      - Vn̄ orta ſit.
      - Quæ cā effecerit.
      - Mutari ne poſsit.
    - Quid ſit,
    - Quale ſit,
      - Notio, proprietas
      - Partitio, diuiſio,
      - Deſcriptio.
  - **Actionis,**
    - Ad officiū
    - Ad motū.
      - Simpliciter
        - De expetēdo, honeſto, & ęquo
      - Comparate.
        - De eodē & diuerſo.
        - De maiore, & minore.

In

In tertio oratorio hoc modo .

Cognitioni ſubijcit.	Coniecturã, ut	Sit ne, mutarine poſsit,
	Definitioné, ut	Cur ſit, unde ſit.
	Conſecutioné.	Quid res, quæ ſpecies, genera, proprium.
Actioni	Ad hortationem .	Simplicem de expetendo æquo, & honeſto .
	O biurgationem .	Comparatam, quid interſit, & utrum melius .

Circa quas diuiſiones , quædam adnotauit Pinus : quæ nos , vt minus vtilia , omittimus .

An in cauſis qualitatis ſtatus ex prima, vel ſecunda conflictione naſcatur. Diſputat. VII.

VT quod in hac diſputatione, in qua duo grauiſſimi dicendi Magiſtri Tullius & Fabius diſſentiũt , in dubium reuocatur , intelligi poſſit , animaduertendum eſt, in coniectura ſtatum & iudicationem non differre, cum in eo ipſo partes inſiſtant , quod in iudicium venit . At vero in qualitate, duplex intercedit conflictio; vna inter intentionem, & depulſionem ; vt occidiſti , occidi , ſed iure occidi: altera inter rationem , & firmamentum ; vt occidere licet hominem aggreſſorem ; non licet priuato ciui , in dicta

cauſſa

cauſſa, quempiam occidere: quæritur modo, an ſolum hęc vltima quæſtio, cum de qualitate quęritur, appelletur ſtatus, illa vero prima minime: ſimiliter, cum de definitione quæritur, intercedit ratio & firmamentum; vt in hoc exemplo, tu es ſacrilegus; non ſum ſacrilegus, ſed fur; ratio, quia rem profanam abſtuli, non ſacram: firmamentum, at ex loco ſacro abſtuliſti: diſceptatio, ſiue iudicatio, & crinomenon, an ſit ſacrilegus qui rem profanã ex loco ſacro aufert. Quod autem illa prima conflictio non poſſit appellari ſtatus, his rationibus demonſtro.

Primo, ſtatus is dicitur, in quo partes conſiſtunt; ſed in hoc cauſſarum genere, in ſola iudicatione, ſiue in ſecunda diſceptatione conſiſtunt igitur.

Deinde, ſtatus eſt id, quo omnia referuntur quæ in cauſſa tractantur; vt ex omnibus fere definitionibus ſuperius allatis colligere licet: atqui omnia quæ in quæſtione de qualitate a litigantibus dicuntur, ad vnã iudicationem confirmandam, aut infirmandam diriguntur: hęc igitur ſola in his cauſſis ſtatum faciet.

Poſtremo in hoc genere, aut prima quæſtio reuocatur ad ſecundam, & in ea ſiſtitur, & tunc natura cauſſæ ſæpe mutaretur, & qualitas migraret in coniecturam: aut ſecunda ad primam; & tunc iudicatio non erit pręcipua, & ad eam non referentur omnia, neque ex ea

totius

totius cauſſæ natura ſpectabitur; quod videtur eſſe contra omnes Rhetores : quare neutra poterit vocari ſtatus.

In hac diſputatione, M. Tullius & Fabius, ſi eorum diligenter perpendantur ſcripta, inter ſe valde diſſentiunt ex qua diſcordia aliæ nata ſunt in hac de ſtatibus materia inter eos diſſenſiones. Eſt ergo in re propoſita prima opinio M. Tullij, qui ſtatum eſſe ait in illa prima contentione: diſceptationem vero in altera: quo fit, vt non nihil diſcriminis inter ſtatum & diſceptationem ponat. Quod autem hoc cenſuerit Tullius, ex ea quam attulit ſtatus definitione, non obſcure intelligitur; ait enim ſtatum ſiue conſtitutionem eſſe primam conflictionem cauſſarum, ex depulſione intentionis profectam.

Lib. 1. de Inu.

Li. 3. c. 6. *Secunda Quinctiliani, qui exiſtimauit illam primam contentionem inanem eſſe; & ideo in ſola indicatione, & extrema conflictione ſtatũ collocauit. Quare, in cauſſa Miloniana ſtatus non erit iſte, Iure ne Milo Clodium occiderit, ſed hic, iure ne inſidiatorem occidere liceat. Quod hoc voluerit Fabius, ex ſtatus definitione ab eo tradita, plane perſpicitur. Siquidem id vult eſſe ſtatum, quod in cauſſa ſit potiſſimũ, id in quo cauſſa ſtet & maxime res tota uertatur : quod vt primum cogitandum ſit, ita non primum exequendum : quæ omnia ſolum indi-*

cationi conuenire videntur; quæſtioni vero ex prima conflictione natæ, non item. Ex quibus facile intelligeres quantum nonnulli errent, qui extra coniecturam ſtatum a diſceptatione ſeiungentes, hanc tamen Fabij definitionem ad ſtatum accommodarunt, qua ſtatus, cum iudicatione coniungitur. Ex hac diſſenſione quædam aliæ inter eoſdem ſcriptores enatæ ſunt diſcordiæ: de quibus infra ſuis locis copioſius dicetur; nunc eas paucis indicabimus. Prima, an quæſtio de actionis tranſlatione, qua quæritur, an aliquis poſſit crimen intendere & accuſare, ſtatus appellari queat: quod Cicero affirmaret, cum ſtatum in prima contentione ponat: Fabius vero pernegaret; cum in hac quæſtione non ſiſtant partes, ſed vlterius ad conflictionem rationis & firmamenti progrediantur: Secunda, circa quæſtiones legitimas, quæ ſemper ex conflictione rationis & firmamenti naſcuntur, ac proinde, non ſtatus, ſed diſceptationes eas appellat Tullius, & a ſtatu qualitatis non ſeiungit. At vero Fabius qui ſtatum in extrema diſceptatione ponit, eas ſtatus vocat; & ex vltima contētione nomen facit vniuerſæ cauſſæ, vt poſtea planius docebitur. Ex his colligeres errare eos, qui ſeparantes tranſlationem a ſtatu, non in ipſa tranſlatione, ſed in cauſſis tranſlationis, ſtatum ponunt. Errauit etiam hac in parte Herennianus auctor, qui legitimum ſtatum conſti

tuit, & diſceptationem, ſiue iudicationem a ſtatu diuerſam exiſtimauit: in quo multi recentiores non bene ſentiunt, qui controuerſias ex lege natas, ſtatus appellant. In eo etiam auctor ille peccauit, quod ſtatum legitimum, a ſtatu qualitatis ſeiunxit: cum omnes legitimæ diſceptationes ad ſtatum qualitatis referantur, ſi primam contentionem ſpectes, vt ille ſpectat. Vult enim conſtitutionem eſſe primam deprecationem defenſoris cum accuſatoris inſimulatione coniunctam. Quid autem de his poſtremis controuerſiis ſit dicendum, poſtea ſtatuetur, nunc ad primam reſpondentes, ita ſtatuimus.

Prima poſitio, in hac dubitatione cuique, per me liceat, quam voluerit opinionem ſequi; modò duas diſcrepantes opiniones non coniungat, ne duos citatos auctores non intellexiſſe videatur, & pugnantia dicat: vt aliqui parum hac in re cauti, dicunt.

Secunda poſitio qui Fabij opinionem defendere vellet, is tres tantum ſtatus eſſe fateatur, coniecturæ, definitionis, & qualitatis: ſed eos interdum rationales eſſe dicat, cum ex ſola ratione & ex rerum natura oriuntur: interdum vero legitimos, quando ex aliquo naſcuntur ſcripto. At vero ſi Ciceronis opinio magis arrideat, eoſdem tres ſtatus faciat, & ſemper rationales: diſceptationes vero in ſtatu qualita

tis interdum legitimas eſſe dicat: eandemque opinionem ſemper in ſuſcepta ſententia perſiſtens, retineat: ne, vt diximus, duas diſcrepantes ſententias coniungat.

Tertia poſitio, quamuis Tullius aliquando ea vſus fuerit communi ſtatus diuiſione, qua in rationalem, & legalem diuiditur: tamen vbi accuratius ſcripſit, eam omiſit, cum ſub tribus generibus contineatur. Neque in Oratore legales quæſtiones ſtatus nominauit, ſed controuerſias, cum dixit, eas interdum ex re naſci, interdum ex verbo, hoc eſt ex ſcripto: quod nomen & ſtatui conuenit, & iudicationi. Controuerſias legitimas, ideo ab illis tribus generibus ſegregauit, cum tamen in illis contineantur; quod priuatam tractationem requirant. Lib. 1. de Inu.

Quarta poſitio, M. Tullij opinio in re propoſita retinenda eſt. Primum, quia ſi accurate ſubtiliterque loqui velimus, aliud eſt criminis depulſio, aliud defenſionis ratio: item, aliud inſimulatio criminis, aliud firmamentum. Quare, cum firmamentum ſit contrarium rationi, & depulſio inſimulationi, in omnibus cauſſis extra coniecturam erunt duæ diuerſæ contentiones: ex quibus duæ item diuerſæ oriuntur quæſtiones. Si itaque vnam quæſtionem, & iudicationem & ſtatum vocaueris, alteram quo appellabis nomine? Deinde, ex communi & veriſſima omnium ſententia, dantur quædam

cauſſæ ſimplices, quæ duas pluresue indicationes habent; quibus aliquod commune caput aſſignandum eſt; ſub quo omnes illæ indicationes continentur, & quo referuntur. Etenim, ſi id non eſſet, iam ſimplices cauſſæ non dicerentur, ſi duobus, vel tribus capitibus continerentur, quorum vnum non referretur ad aliud, & neutrum ad vnum. Quod ſi vere aſſignatur, id eſſe non poteſt, niſi illa prima quæſtio, quæ ex prima conflictione naſcitur; vt in Miloniana oratione, An Clodius iure necatus fuerit: quo illæ quæſtiones indicationes ve, ſeu minus principales ſtatus, reuocantur, inſidiatorem occidere liceat nec ne? Fuerit ne Clodius inſidiator? Liceat ne perniciosum ciuem necare? Fuerit Clodius pernicioſus ciuis? Id autem, ex meliore ſententia, vt alio loco, cum de ratione inueniendi ſtatus agemus, plane dicetur, non eſt indicatio, ſed id, quod tandem in tota oratione concluditur, id nempe quod ex prima conflictione naſcitur. An Clodius iure occiſus fuerit: quod ſi Quinctiliani opinionem ſequaris, minime affirmare poteris: ac proinde nullum habebis ſtatum. Rectius itaque Cicero ſtatum vocat, primam illam quæſtionem ex prima contentione natam: non quod vltra progredi non liceat, ſed quod ibi primum defenſor inſiſtat ad repugnandum. Præterea, ſi Fabij ſententiam amplexus fueris, illam primam contentionem,

vt

vt paullo ante dicebam, quo appellabis nomine? quo pacto res diſtinctas ſuis nominibus diſtingues? Denique, ſi contraria ſententia eſt vera, cauſſa qualitatis poſſet euadere coniecturalis; vt accideret in Miloniana, vbi iudicatio ex coniectura pendet. Commodior itaque cenſenda eſt ad cauſſas conſtituendas Tullij ſententia, quæ omnia ſuis momentis, atque nominibus diſtinguit: contraria vero omnia miſcet atque perturbat. Ad Tullij ſententiam confirmandam accedit grauiſſima doctorum Louanienſium auctoritas, qui orationis ſtatum, eiuſdem concluſionem eſſe affirmant: hæc autem eſt illa quæſtio, quæ ex prima conflictione oritur, vt planius infra dicetur. Sed vt adhuc magis hanc doctrinam corroboremus in contrarium allata argumenta diſſoluamus. **In lib. 2. Top. Ari.**

De primo, primum, licet non ſiſtatur in illa priore contentione; tamen, poſterior ideo tractatur, vt tandem & quærendo & dicendo in illa conſiſtatur; vt in cauſſa Miloniana, in hac iure Clodium fuiſſe cæſum; vbi confirmata conſiſtit oratio, ergo iure occidit. Deinde, diceret Tullius, ſtatum non conſiſtere in ſiſtendo, ſed in inſiſtendo, & quidem in primo congreſſu.

De ſecundo, referuntur quidem omnia proxime ad iudicationem diſceptationemve confirmandam: ſed tandem omnia eo ſpectant, vt prima demonſtretur quæſtio, vt in exemplo ſæpe alla-

to, Clodium iuſte fuiſſe cęſum. Nam, vt in argumentatione complexio præcipuum locum obtinet, ad quam concludendam cætera referuntur; ita in cauſſa, illa prima quæſtio primum locum tenet, cuius gratia reliqua tractantur. Et, ut in argumentatione ambæ ſumptiones, quibus tota vis argumenti continetur, diſputantibus ſpectandæ ſunt, quando his conceſsis, complexionem quoque concedere neceſſe ſit; pari ratione in cauſsis cum ab indicatione ſtatus confirmatio dependeat vtriuſque partis argumentationes, & iudicis cogitatio, in vnam iudicationem proxime tendunt: vnde fit, vt iudicatio in omni cauſſa præcipua dicatur: cum tamen ad ſtatum explicandum tota eius vis adhibeatur. Habet enim complexio ratiocinationis, qua tota cauſſa continetur, ſtatum: propoſitio autem rationem, & aſſumptio diſceptationem, & iudicationem, vt in diſputatione de ratione inueniendi ſtatus latius dicetur.

Atque ex his, quæ in ſolutionem ſecundi argumenti diximus, quid de tertio dicendum ſit, eſt omnino perſpicuum: eo igitur miſſo, ad alia pergamus.

Vter

Vter faciat ſtatum, actor an reus, Diſputatio VIII.

H*Anc propoſitam difficultatem magis difficilem, quam vtilem eſſe, libenter fateor: quam etiam non grauate prætermiſiſſem, ni ſolertium iuuenum reprehenſionem timuiſſem. Ne igitur in re admodum obſcura, atque perplexa laborem ſubterfugiſſe videar, rem difficilem & obſcuram, quantum in me erit, perſpicue explanare conabor. Vt autem id melius efficiam, priore loco ipſum diſputationis titulum explicabo.*

In quacunque ergo cauſſa, vt ſupra docuimus, duæ intercedunt, aut intercedere finguntur perſonæ; vna quæ intendit, & affirmat, altera quæ depellit, & infirmat; actor nimirum & reus, is qui ait, & is qui negat. Quæritur ergo vter ſtatum faciat: qui cum ſit effectus ex contẽtione procreatus ſuam conficientem cauſſam habeat, neceſſe eſt, quam hoc loco inquirimus: cuius inquirendæ ſtatus definitiones ſupra allatæ, occaſionem præbent: quarum alia ex intentione, alia ex depulſione, alia ex conflictione ipſa naſci inſinuat: alia reo, alia actori hunc effectum tribuere videtur. Et vt rem dubitatione non vacare demonſtrem, has ſubijcio dubitandi rationes.

Primo, is dicendus eſt conſtitutionis auctor, qui materiam ad diſputandum proponit; atqui is ſemper eſt qui accuſat & crimen intendit, vt eſt omnino perſpicuum: is igitur erit efficiens conſtitutionis cauſſa.

Deinde, probo ſtatum ortum habere a reo: is ſtatum procreat, qui neceſſitatem inducit ad probandum; cum probationes comparatæ ſint ad id infirmandum, quod alius affirmat: atqui in ſtatu qualitatis cum reus ait, ſe iuſte egiſſe onus imponit actori probandi ipſum non iuſte egiſſe: erit igitur controuerſiæ cauſſa.

Poſtea, probo modo vnum, modo alterũ ſtatum gignere: is ſtatum procreat, qui depellit, cũ ex depulſione, vt Cicero ait, oriatur ſtatus: at modo reus depellit, vt patet in coniectura, cum negat factũ: modo actor, vt in qualitate, qui per firmamentum negat iure feciſſe, modo igitur vnus, modo alius ſtatum faciet.

Contra probo, quod ſemper ab vtroque: ſtatus non oritur ſine intentione & depulſione, & ex conflictione, quæ duas neceſſario requirit perſonas: ab vtroque igitur.

Lib. 44. Pand. *Poſtremo, difficultatem facit in hac diſputatione auctoritas quædam Vlpiani, qui agens de exceptionibus, ait, Agere etiam videtur is, qui exceptione vtitur: & quoniam reus ſeſe exceptione tuetur, cum ait, Non feci, vel, iure feci, actor appellari poterit; quod tamen falſum videtur.*

detur. In hac diſputatione, quam Quinctilianus ſpeciatim examinauit, hæ sũt auctorũ ſentẽtiæ.

Prima, Cornelij Celſi, quam Fabius citat, quæ his explicatur dictis. Primum, ab eo oritur ſtatus, cui ſua propoſitio eſt probanda: is vero probare debet, qui primo de ſuo aliquid proponit, & intendit. Secundum, quoniam in coniectura actor proponit, cum inquit, feciſti, quod reus negat, & actoris eſt factum probare, ideo huius ſtatus auctor, is qui agit eſſe putatur. Tertium, in qualitate, quoniã reus eſt qui proponit, cum ait, ſe iure feciſſe, idque ei probandũ eſt, cum actor eum non iure feciſſe dicat; ideo ſtatus ex defenſione, quæ eſt veluti intẽtio quædam, naſcitur, non autem ex depulſione: reus igitur hunc ſtatum faciet. In ſumma, Celſi opinio in eo ſita eſt; non eum qui depellit, ſed qui proponit, & intendit, ſtatum facere.

Secunda ſententia eſt Quinctiliani, qui hac in parte, vt et in nonnullis alijs eſt ita lubricus, vt vix comprehendi & teneri queat; qui tamen hæc affirmare videtur. Primum, non eſt verũ ſtatum ex ſola intentione naſci, ſed opus eſt etiã depulſione. Secundum, ſi dicendum eſt ab altera parte oriri, potius a depulſione, quam ab intentione proficiſci affirmari debet. quare in vtroque dicto diſſentit a Celſo. Tertium, in coniectura, & ratiocinatione, ſiue ſyllogiſmo, qui eſt vna ſpecies ſtatus legalis, cum id ratioci-

nando

nando in legẽ contineri demonſtratur, quod nullibi expreſſe habetur, ex ijs quæ in lege apertę ſcripta ſunt, magis ſtatum oriri ex depulſione, quam ex propoſitione, ſeu intentione. Quartū cauſſa efficiens ſtatus qualitatis, potius actor quam reus dicendus eſt; quia actor eſt qui depellit, dicendo, Non iure feciſti: atque idem dicendum eſt in definitione. quare, ſtatus nunc a reo, nunc ab actore proficiſcitur. Poſtremum, dum Fabius hunc in modum hac de re diſputat, reo intentionem, & accuſatori depulſionem tribuit: & rationem, qua ſe tuetur reus, intentionem, & firmamentum, depulſionem vocat; ſicuti iudicationem, ſtatum.

Par.c.22.

Tertia poteſt hic eſſe opinio, ſtatum oriri ſemper ex intentione et depulſione: ita vt vtriuſq; partis coniunctio, ſiue conflictio ſit integra ſtatus cauſſa: quo fit, vt & ab actore & a reo oriatur: verum, potius qui defendit, quam qui intendit, actor dicendus eſt: nunquam tamen reo intentio, & actori depulſio tribuenda eſt. Quare male, Ratio, ſiue cauſſa a reo in ſtatu qualitatis allata, dicitur Intentio defenſoria, et firmamentum depulſio, ſicuti & Iudicatio non bene vocatur ſtatus. Poſſem ad hanc difficultatem enucleandam aliquid ſubtilius & accuratius adnotare, ſed ne rem obſcuram plura ſcribendo, obſcuriorem reddam, quid tenendum ſit, quibuſdam poſitionibus breuiter docebo.

Prima

Prima poſitio, ſi proprie loqui velimus, ſemper Intentio accuſatori, & defenſio reo attribuenda eſt. Eſt hæc poſitio contra Fabij doctrinam, quam his rationibus refello. Primo, ex antiquorum Rhetorum ſententia, qui nunquam eo modo locuti ſunt, vt Fabius loquitur. Nam: ſi depulſio aliquando eſſet accuſatoris, & intentio defenſoris, non omnes ſtatus orirentur ex deprecatione defenſoris, cum acuſatoris inſimulatione coniuncta, vt auctor Herennianus ait. Neque ſtatus eſſet accuſatoris refutatio, nec omnis depulſio in accuſationis refutatione poſita, vt Tullius docet.

Secunda poſitio, ſemper depulſio eſt defenſoris ſiue rei, & intentio accuſatoris, ſiue reus inficietur crimen, ſiue illud definiat, & æquitatem opponat. Etenim, intentionem, propoſitionemve, & depulſionem, ſiue inſimulationem, & deprecationem, criminis eſſe dicimus, hoc eſt, ſi proprie loqui velimus, dicimus, crimen intendere, & crimen depellere: At neque defenſor intendit crimen, neque accuſator depellit: igitur ſemper ille depellit, hic vero intendit. Nam cũ reus per inficiationẽ facti ſe tuetur, ex omnium ſententia, ſtatum procreat coniecturæ: quando vero definiendo, hoc eſt, dicendo, gratia exempli, ſe non ſacrilegium ſed furtum, non crimen læſæ maieſtatis, ſed homicidium feciſſe, aut æquitatem opponendo, vt quæſtio, ſiue indicatio In Top.

dicatio

dicatio oriatur, opus eſt vt accuſator inſiſtat, & replicet, non furtum ſed ſacrilegium, non homicidium, ſed læſæ maieſtatis crimen cõmiſiſti, quæ replicatio, ad primam intentionem confirmandam refertur, & non eſt propriè criminis depulſio, ſed potius intentionis firmamentum, & rationis, infirmatio: ex qua non ſtatus, ſed iudicatio naſcitur; iuxta ea, quæ ſupra ſtatuimus.

Tertia poſitio, ſtatus ſemper fit à respondente, & ab eo qui reſiſtit; & ſi de ſtatu propriè ſumpto loquamur, ſemper à reo, & defenſore; vniuerſe autem etiam ab accuſatore, ex cuius replicatione naſcitur iudicatio.

Quarta poſitio, non eſt verum quod Celſus dixit, ſtatum oriri ex ſola intentione, ſeu propoſitione, ſiue ab eo qui proponit, ſed opus eſt vnius intentione, & alterius depulſione. Doctrina eſt Fabij, eſtque per ſe certiſſima: quam ea confirmat ratio; quia ſi quod intenditur non refellatur, ſi partes non congrediantur, ſi pedem ad reſiſtendum non figant, nulla oritur controuerſia. Ex vtriuſque itaque partis conflictione, ſiue ex intentionis, & deprecationis coniunctione, ſtatus, hoc eſt quæſtio in qua ſiſtitur, ortum habet. Verum ſi pro actu inſiſtendi ſumatur, ſolam depulſionem videtur includere, ita vt magis depulſionem, quam intentionem deſignet.

Quinta

Quinta poſitio, etiamſi dicamus ſtatum eſſe eam quæſtionem quæ ex prima intentione, & depulſione oritur, adhuc quæri poteſt, quæ ſit eius efficiens cauſſa. Hoc affirmauerim contra Fabium dicentem, qui talem definitionem tradiderunt, hanc difficultatem fugiſſe: quia adhuc quæri poteſt, quis ſit cauſſa ſtatus, an accuſator qui intendit, per intentionem, an reus per depulſionem: quod ipſemet contra Celſum differendo quæſiuit; ſed de poſitionibus hactenus: nunc ad argumenta dicamus.

Ad primum, ſiue ſtatus ſumatur pro ipſa reſiſtentia & repugnantia, atque conflictione, ſiue pro ipſa quæſtione, quæ inde naſcitur, non ſatis eſt intentio ſola, ſiue propoſitio: ex qua ſola nulla oritur diſceptatio, de qua ſit dicendum, falſum eſt igitur, quod in iſta argumentatione aſſumitur.

Ad ſecundum, ſi perſiſtamus in Tulliana ſententia, fatemur etiam in qualitate ſtatum oriri proxime ex reſponſione rei dicentis, ſe iuſte egiſſe, vnde oritur illa prima quæſtio, in qua tandem ſiſtitur, iure, aut non iure feciſſe. Quod ſi etiam iudicationem, quaſi iuuantem ſtatum voces, non a reo, ſed ab actoris depulſione naſci dicendum erit.

Ad tertium, quo pacto hoc argumentum ſoluendum ſit, manifeſtum eſt ex dictis: propterea nihil eſt cur aliquid ſpeciatim dicamus. Il-

lud tamen ex quorundam ſententia addiderim, intentionem eſſe veluti materiam ſtatus, depulſionem vero quaſi cauſſam efficientem, ſiue formam. Ad eum modum, quo in matrimonio vnius contrahentis verba ſunt materia, alterius vero quaſi forma: vt aliqui Theologi dicunt, ſed male.

Pin.

Ad quartum, illa Vlpiani ſententia nihil aliud ſignificare uidetur, quam reum in exceptione videri quodammodo actorem: & actorem quodammodo reum: idque in omnibus cauſis in quibus de facto conſtat: quoniam in his, depulſio defenſoris, quia definitionem & æquitatem opponit, intentio, & accuſatoris exceptio, propter replicationem videtur depulſio. Quod autem nec in exceptione quidem, reus proprie dici poſſit, actor, perſpicitur ex libro ſecundo Pandectarum, lege ſeptima capite, de pactis: vbi Vlpianus docet, non omnia pacta iuris gentium parere actiones; ſed partim actiones, partim exceptiones: vnde diſcimus, aliud eſſe agere, aliud excipere.

Atque hactenus de ſtatibus vniuerſe diſputatum ſit: nunc de ſingulis ſpeciatim agemus: nã duæ difficultates, quas prætemiſiße videor, quarum altera de ſtatuum ordine, præſtantia, & numero in vna & eadem cauſſa quæritur; in altera, an genus demonſtratiuum proprie & ſemper ſtatum admittat, ex ijsque alijs in lo-

cis

cis dicemus manifeſtæ fient.

De ſtatus Coniecturalis vi, atque natura. Diſputatio IX.

EXpoſitis iis, quæ de ſtatibus vniuerſe dicẽda erant: quæ de ſingulis ſcribenda ſunt eorum facilior explicatio. A coniecturali igitur, qui omnium primus cenſetur auſpicando, quaſdam dubitationes priore loco proponã: deinde varijs poſitionibus, quid de eo ſentiendum ſit, docebo, ac etiam ſi quid inter ſcriptores eſt diſcordiæ, inſinuabo: poſtremo allatas dubitationes diſſoluam. Quod igitur ad primum attinet, has affero dubitandi rationes.

Primum, non videtur hic ſtatus omnium primus; cum in agendis cauſſis illa ſeſe primo offerat dubitatio, poſſit ne quis agere, quæ ad ſtatum Tranſlationis pertinet: qua cum quis poteſt, ſeſe primo loco tueri debet: hic igitur ſtatus primum occupabit locum.

Deinde, probo hunc ſtatum male iis appellari nominibus, quibus paſſim a ſcriptoribus appellari ſolet. Non bene dicitur coniecturalis, quia non ſolum coniecturis, ſed etiam euidentibus argumentis rem aliquam eſſe probare contendimus. Nec etiam bene appellatur, An ſit, quia de re præſenti non eſt coniectura, ſed de præterita & futura, de quibus non quærimus an ſint, ſed an fuerint, & an futuræ ſint: vnde inferres, male etiã appellari quæſtionẽ de facto.

Poſtremo,

Poſtremo, vt quaſdam alias dubitationes amittam, quæſtio, an ſit, hoc eſt an aliquid reperiatur in rerum natura, videtur pertinere ad Philoſophos, qui per cauſſas naturales rem eſſe, vel non eſſe demonſtrāt: non igitur ad Oratores. Vt omittam, quod hæc quæſtio ſupponi ſolet, vt ex Ariſtotele in poſteriore analyſi, libro primo, in initio diſcimus; vbi inter alias ſuppoſitiones ponit hāc, an res ſit: quare, hæc quæſtio non venit in concionem. Hic quoniam nullæ occurrunt opiniones priuatim citandæ, nec vlla neceſſario ponenda ſunt fundamenta ad poſitiones accedo.

Prima poſitio, hic ſtatus his ſolet nominibus appellari, An ſit, de facto, coniecturalis, inficialis, & a quibuſdam nouo vocabulo, & neſcio, an Latino, Realis, quod in eo, an res ſit quæratur. Illa appellatio, an ſit, eſt communiſſima, quæ continet omnes quæſtiones, etiam cognitionis. Dicitur quæſtio de facto propter iudicia, in quibus potiſſimū de re an facta ſit, quæritur. Vbi nota, per quæſtionem, an ſit, duo nos poſſe inueſtigare: alterum an aliquid in rerum natura exiſtat, vt cum quæritur, an vlli ſint populi in hoc terrarum orbe, qui contra nos veſtigia figant: an Pygmęi inueniantur: alterum, cum coniuncte quæritur, an aliquid ab aliquo fuerit factum; vt, An Clodius Miloni inſidias parauerit. Priorem quæſtionem aliqui ſolum

Nicol. Bies.

ad Philoſophos pertinere arbitrantur; poſteriorem vero ad Oratores. Inficialis dicitur ob defenſoris depulſionem, qui negãdo, ſeu inficiãdo, ſe ſuamve opinionem tuetur. At vero ex parte actoris, coniecturæ nomen ſumpſit, quod ipſe ſuam intentionem per coniecturas probare debeat. Et quoniam hæc appellatio eſt valde uſitata, aliquid de ea ſpeciatim dicendum nobis eſt. Coniectura ergo dicta eſt a coniectu: conie- Fab. lib. 3
ctus autem, eſt agitatio mentis ſolers ad veritatem ſignis eliciendam: vnde ſomniorum ominũque, vt etiam ex ſacris literis diſcimus, inter- Gen.
pretes, coniectores a conijciẽdo vocantur. Quod Dan.
nos coniecturam dicimus, Græci eadem fere notatione, στοχασμὸν *dicunt,* παρὰ τοῦ στοχάζεσθαι, *quod eſt ſcopum attingere, & vt aiunt, collimare. Eſt autem coniectura, vt Hermogeni placet, probatio de ſubſtantia, ſiue exiſtentia incertæ rei ex ſigno aliquo manifeſto, vel ex ſuſpicione de aliqua perſona concepta. Vbi animaduerte, coniecturam, interdum ſumi pro ipſo actu, ſiue iudicio, de aliqua re ex ſignis facto: interdum vero pro re ipſa de qua fit coniectura, quo modo ſtatus ipſe, ſiue quæſtio coniectura vocatur; non quod in hoc tantum ſtatu coniectura vtamur, ſed quia in eo præcipue coniectura valet: quæ poteſt eſſe, vel de re aliqua, extra cogitationem exiſtente: vel de animo & cogitatione alicuius. Sed de huius ſtatus appella-*

 tionibus

tionibus hactenus.

Secunda poſitio, ſtatus coniecturalis eſt quęſtio, qua per coniecturas, ſiue ſigna de re aliqua inueſtigatur, an ſit. Hæc deſcriptio, cum eſt per ſe ſatis manifeſta; tum etiã ex ijs quæ dicentur manifeſtior fiet.

Tertia poſitio, ad hunc coniecturæ ſtatum; omnes temporis partes reuocantur; hoc eſt, an fuerit, an ſit, an futurum ſit, & an fieri poſſit, & non ſolum, an quippiam a quopiam factum ſit, ſed etiam an ſit ſimpliciter, hoc eſt, an in rerum natura exiſtat: quod contra quoſdam aſſeuerauerim, eam ob cauſſam, quoniam nulla eſt quæſtio, quę a materia Oratori ſubiecta non cõtineatur; vt, an ſit aliqua vis diuina: an reperiatur locus, in quo improbi cruciantur. continet itaque hic ſtatus controuerſias de præterito, an factum ſit, an fieri potuerit: de præſenti, an fiat, an fieri nunc poſſit: & de futuro, an futurũ ſit, & an fieri poterit.

Quarta poſitio, coniecturę ſtatus non ſolum in iudiciali genere, ſed etiam in deliberatiuo & demonſtratiuo reperiri poteſt: quamuis in illo frequentius. Doctrina eſt M. Tullij & multorũ Libro 2. Orat. *Rhetorum, quos in re ſatis nota nihil eſt cur ſpeciatim citemus: ad quam confirmandam etiam ipſa accedit ratio. Nam quæſtiones illæ, quibus inueſtigatur, an aliquid ſit, aut eſſe poſſit in rerum natura, ad genus pertinent demonſtratiuum,*

tiuum, vel ad didaſcalicũ (em inſtr. [illegible] ſubiectum, vt ſuo loco dicetur: & in conſilijs ſæpe quæritur, an aliquid ſit futurum.

Quincta poſitio, etſi in genere deliberatiuo. Sæpius incidat tempus futurum; tamen etiam alia duo tempora præſens & præteritum incidere aliquo pacto poſſunt; vt in ſubiectis patet Cic.lib.1 *exemplis. Sit ne rex Antiochus æquo animo* Orat. *erga populum Romanum: Moliaturne Catilina perniciem Ciuitati? An P. Lentulus cum Catilina coniurauerit? An dux hoſtium contra fædus ex agro pacato prædas abigi imperauerit? Futuri huiuſmodi ſunt exempla, ſit ne Annibal ſeruaturus fidem Saguntinis, ſi ei ſeſe dederint? Sit ne relicturus Italiam, ſi copiæ in Africam traijciantur?*

Sexta poſitio, in cauſis iudicialibus coniectura potiſſimum eſt de præterito, de futuro raro, cum ſit iudicium de accuſatore conſtituendo; vt, vter ſit melius accuſaturus Verrem, Cicero an Cæcilius? quam ob cauſſam hæ controuerſiæ, Diuinationes vocantur. Cic.lib.1. c. Aſcon. Gel.2.c.

Septima poſitio, In genere iudiciali de facto, & de perſona quęritur, & quidem diuerſis modis. Primo, & hoc frequentius, cum de facto conſtat, ſed quæritur de perſona; vt cum conſtaret Aiacem obijſſe, quærebatur, an ab Vliſſe necatus fuiſſet. In quo genere reus aliquando ſe feciſſe negat: aliquando, in aliam perſo- Fab.lib.7. cap. 2.

nam crimen reijcit; vt patet in Cluentiana, vbi Cicero probat, non a Cluentio datam fuiſſe pecuniam, ſed ab Oppianico: aliquando in ipſum qui accuſat, quem modum Græci, ἀντικατηγορίαν, id eſt mutuam accuſationem vocant: qua ratione Cicero in Oratione pro Roſcio Amerino probat parentem non a filio, ſed ab aduerſario fuiſſe interemptum: aliquando in eum ipſum, qui mortuus eſt, vt in Vliſſis defenſione accidit: aiebat enim Aiacem ſibi mortem conſciuiſſe. Vbi crimen non ideo reijcitur, vt qui peremptus eſt fiat reus, ſed vt coniectura a reo amoliatur. Secundo, cum & de facto & de facti auctore inueſtigatur. Vt, an Verres a Leonide pecunias acceperit: an M. Cœlius mutuatus fuerit aurum a Clodia; an datum fuerit venenum, & a quo. Vbi interdum duæ ſeparatæ fiunt quæſtiones: altera qua negatur factum: altera qua conceſſo facto, negatur ab hoc homine factum. Poſtremo, & hoc qu dem rarius, cum de perſona eſt res certa, ſed de facto dubitatur; vt ſi conſtaret patri datam fuiſſe potionem a filio, cuius parte epota, ille e vita migraſſet; filius vero qui reliquum exhauſiſſet, mortuus non eſſet: tunc enim quæreretur, an filius venenum dediſſet patri.

Ouid. libro 13. Meta.

Octaua poſitio, argumenta quibus tractari ſolet ſtatus coniecturalis, præſertim in iudicijs, ſumuntur ex veriſimilibus & ſignis, ex quibus

Libro 1. rheto. & 1. poſt. c. j.

fiunt

fiunt enthymemata; quæ ſunt Oratoris ſyllogiſmi, vt non ſemel docuit Ariſtoteles. Quid autem ſit ſignum, & veriſimile, non eodem modo ab omnibus exponitur: a Cicerone hoc pacto. Signum eſt quod ſub aliquem ſenſum cadit, & quiddam ſignificat, quod ex ipſo profectum videtur; quod, aut ante fuerit, aut in ipſo negocio, aut poſt ipſum conſecutum, & tamen indiget teſtimonij, & grauioris confirmationis: vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his ſunt ſimilia. Alij hoc pacto, ſignum, ſiue indicium eſt dictum, vel factum, ſic ad negotium ſpectans; vt ex eo facile probetur, vel tanquam cauſſa ex effectis, vel contra Ariſtoteles vero, cum in Rhetoricis docuiſſet Rhetorem potiſſimum vti enthymemate, dixit enthymemata oriri ex probabilibus & ſignis, ac proinde hæc idem eſſe debere. Probabile autem eſt id, quod ſemper ſolet fieri: non ſimpliciter, vt quidam volunt; ſed cum ſit de ijs quæ aliter ſe habere poſſunt, ſic ſe habet ad id quod eſt probabile, ſicut vniuerſale ad particulare. Signorum autem, aliud ſe habet tanquam particulare ad vniuerſale; vt omnes ſapientes eſſe iuſtos; quia Socrates cum eſſet ſapiens iuſtus fuit: Cælius adoleſcens fuit ad libidinem procliuis, igitur & cæteri adoleſcentes: Sinon Græcus inſidiator fecit; quare Græci omnes: aliud tanquam vniuerſale ad particulare; vt ſi quis febricitare hominem di

Lib. 1. de Inu. Auct. rheto. ad Alexan. c. 12.

Lib. 1. c. 2.

Vir. lib. 2.

eat, quia crebro reſpirat: eſt hæc fœmina adultera, quoniam noctu vagatur. Hæc igitur ſigna dicuntur, quæ ſolui poſſunt, etiam ſi vera ſint. Sunt tamen quædam ſigna neceſſaria, ex quibus fiunt ſyllogiſmi, quæ græce τεκμήρια, quaſi extrema, & vltima, latine argumenta vocantur, hoc eſt ſigna certiſſima & euidentiſſima, quæ ſolui non poſſunt: vt ſi dicas, quempiam ægrotare, quia febricitat, & peperiſſe, quoniam lac habet. Huc pertinet illud, quod eſt in diuinis literis, Ieſum ſe ſuis Apoſtolis poſt paſſionem viuum præbuiſſe in multis argumentis, hoc eſt in multis ſignis certiſſimis, & inſolubilibus.

Act.1.

Probabile a M. Tullio ad hunc modum deſcribitur, Probabile eſt id, quod fere fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hæc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum ſit, ſiue verum. Verum in eo genere, quod fere ſolet fieri, probabile huiuſmodi eſt: ſi mater eſt, diligit filium: ſi auarus eſt, negligit iuſiurandum. In eo autem, quod in opinione poſitũ eſt, huiuſmodi ſunt probabilia: Impijs apud inferos pœnas eſſe præparatas: Eos qui philoſophiæ dant operam, non arbitrari Deos eſſe. Quod diuidit in ſignum, credibile, & iudicatũ. Signum eo modo definit, quo ſupra diximus. Credibile, illud eſſe ait, quod ſine teſte, ſola auditoris opinione firmatur; vt, neminem eſſe qui ſuos liberos incolumes & beatos eſſe nolit.

Lib.1. de Inu.

Iudicatum, quod aſſenſione, aut auctoritate alicuius, vel aliquorum eſt comprobatum. Alibi omnem coniecturam in veriſimilia, & in proprias rerum notas id eſt in certa ſigna diuiſit. Veriſimile illud eſt, quod plerunque ita fit; vt adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem. Propriæ autem notæ, argumentum quod nunquam aliter fit, certumque declarat; vt fumus ignem. At vero a Platone id dicitur veriſimile, quod multitudini ita eſſe videtur: quod Fabius credibile vocat, cuius tria facit genera: vnum firmiſſimum, quod fere ſemper accidit; vt, matres ſuos amare filios: alterum propenſius; vt eum qui recte valet peruenturum in craſtinum: tertium non repugnans; vt furtum domi factum ab eis fuiſſe, qui domi erant. Rurſus credibilia, ſeu probabilia quandam habent latitudinem, quod alia magis, alia minus, alia pluribus, alia paucioribus, alia his, alia illis probabilia videantur: quorum varietas in probando animaduertenda eſt.

In part.

In Phæd.

Li. 5.

Nona poſitio, Orator non ſolum vtitur ſignis probabilibus, ſed etiam neceſſariis: quod affirmauerim contra Fabium. Hoc non ſolum docet manifeſtiſſima Ariſtotelis auctoritas, cui etiam ſubſcribit Tullius, qui coniecturam in veriſimilia, & proprias notas diuiſit, ſed etiã omnium bonorum oratorum vſus confirmat. Et cum in ſtatum coniecturalem veniant omnes

Li. 1. c. 2. rhet.

In part.

quæſtiones, quibus an res ſit probari poteſt, quod nec Fabius negaret, cur orator neceſſarijs ſignis ad eas tractandas vti non debeat?

Decima poſitio, ex ſignis non neceſſarijs tum particularibus, tum vniuerſalibus infirmum ducitur argumentum, niſi frequententur, & multo infirmius ex illis, quam ex his. Non enim, quod in vno ſingulari cernitur, neceſſario in toto genere reperitur. Neque neceſſario conclnditur, Roſcium fuiſſe parum gratum patri, quod is, eum rus ablegauerit. At ſi ita argumenteris, Cethegus amicus erat Catilinæ, cum eo frequenter verſabatur, armorum maximam vim parauerat; igitur ſocius coniurationis fuit, firma conficeretur ratio. Item, Clodius inſidiator fuit, quod dixerit Milonem triduo periturum, quod agreſtes ſeruos armaſſet, quod impedimenta domi reliquiſſet, &c. At vero ex ſingulis ſignis neceſſarijs, neceſſaria conficitur conſecutio, quæ ſigna in omnia diducuntur tempora: in præteritum; vt, ſi peperit, coiuit: in præſens; in mari eſt tempeſtas, quia venti magna vi in illud incumbunt: in futurum; cor vulneratum eſt, morietur igitur. Ex probabilibus autem, firmiora ſunt frequentiora, quam quæ raro eueniunt, & frequentiſſime, quam quæ aliquando: & quæ ſunt cum re coniuncta, quam quæ ſunt affecta; & ea quæ non ſolum fidem, ſed etiam motum faciunt.

Cicer. in Part.

Vnde

Vndecima poſitio; coniecturæ, ſiue veriſimilia partim ex rebus, partim ex perſonis ſumuntur: quibus adderes alias circunſtantias, vt locum & tempus: verum, non ex quibuſcunque perſonis, nec rebus petuntur. Nam perſonarum aliæ ſunt quæ in diſceptationem non veniunt, & hæ nullam argumentorum copiam præbent; vt perſonæ infinitæ, nullis attributis deſcriptæ, aut notatæ nominibus. Item perſonæ æquales, vt in Cæliana Cælius & Clodia, ni aliquid inæqualitatis inueniatur, vt defenſione vtamur: in aliorum vero orationibus oppugnare poſſumus; vt in oratione pro Ligario fecit Tullius, vbi neruoſe Tuberonem vrget. Aliæ in diſceptationem venire poſſunt, & argumentorum ſiluam ſuppeditant, & ab his coniecturas ſumere licet. Similiter, rerum quædam ſunt diſceptationis capaces, vt quæ argumenta firma præbent; vt, hæc, Cædes facta eſt in via Appia: quædam, de quibus nulla eſt controuerſia, & nullam præbent argumentandi facultatem; vt ſi filius accuſaret patrem, a quo merito vapulaſſet. Vt autem adhuc melius intelligatur quomodo & quando a perſona, & a re argumenta ſumere liceat, quædam coniecturarum genera ab Hermogene tradita breuiter adſcribam. Cicer. in Part.

Coniectura duplex eſt, altera imperfecta, cũ vel res vel perſona tantũ ſuppeditat argumẽ-

ta;

ta: altera perfecta, cum ex vtraque parte coniecturas promere licet. Rurſus, altera ſimplex, altera duplex ſeu coniuncta. Perfecta ſimplex eſt, cum certa perſona de certa re in iudicium trahitur; vt, ſi Antonius ſtricto, & cruento gladio viſus fuiſſet prodire ex cubiculo, vbi interfectus fuit Franciſcus. Imperfecta ſimplex, quæ certam habet perſonam, rem vero nullam, quæ quoniam non conſiſtit, in iudicium non venit, quidquid aliqui dixerint. Perfecta, ſiue coniuncta, & duplex eſt, cum duæ ſunt perſonæ quæ duas res in iudicium afferunt; vt Demoſthenes, & Aeſchynes a legatione Philippi reuerſi, inter ſe proditionis accuſant: quod ille magni auri pondus reportaſſe inuentus eſt; hic vero orationem ſcripſerit, qua ſe a crimine proditionis defenderet. Vbi vterque confirmabit, & confutabit, ſumendo probationes a rebus & a perſonis: in quo genere præſtabit ſimul confirmare & confutare, quam totam cauſſam confirmare, & poſtea confutare. Imperfecta duplex ex parte perſonarum eſt, cum certæ ac notæ perſonæ non ſubſunt, res vero & ſigna maxime; vt ſi diceres duos quoſdam ſe proditionis accuſare, quod ab hoſtibus redeuntes alter cum magna vi auri inuentus, alter cum oratione qua a proditionis crimine ſe defenderet. Vbi res ſuppeditarent coniecturas, perſonæ minime. Imperfecta duplex ex parte rerum, cum

perſonæ ſunt certæ, res vero nulla, non ſimpliciter, quia non conſiſteret; ſed quia nullum proprium ſignum affertur, quod hanc, vel illam perſonam feciſſe demonſtret; vt ecce quidam habebat ſeruam & nouercam, qui veneno mortuus eſt: illæ inter ſe accuſant; vbi nullos locos a re ſumere licet, ſed ſolum a perſonis. Huic eſt fere ſimilis controuerſia, de inſidiis paratis inter Milonem & Clodium; ni velis dicere, hanc ita eſſe imperfectam & quaſi mediam, vt altera pars ex perſona ſigna ſumat, vt Milo ex factis & dictis Clodij, altera ex re ipſa. Sunt & alij coniecturæ coniunctæ, modi, quos latius explicatos apud Trapezuntium uidere poteris, Li. 2. *nos leuiter attingemus. Primus dicitur coniectura incidẽs, cũ ante tractationem principalis cauſſæ, aliqua ſuperueniens coniectura neceſſario explicanda eſt. Secundus, præprobata coniectura, cum antequam ad principalem cauſſam veniatur, alia quædam coniecturalis expedienda eſt. Tertius, comprobata coniectura, cum ſigna ex quibus ſuſpicio conflatur, non vt in cæteris per ſe conſtant, ſed vnius probatio ex alterius probatione pendet. Horum modorum exempla apud eundem habes. Denique, eſt & alia coniecturæ ratio, cum de animo atque ſententia quæritur, hoc eſt, quo animo aliquid factum fuerit; vt, ſi mater mente capta, filium læſiſſet, & priuignum necaſſet, de cuius animo,*

cum

cum ſana eſſet, quæri poſſet. Illud etiam ex eodem Hermegene adnotauerim, aliquam perſonam vocari in iudicium, vel ob factum ſuum, Cum ipſa ſignum facti præbuit; vt Vlyſes occiſi Aiacis: vel propter factum alterius certi hominis, cum iudicium non naſcitur a reo, ſed a perſona extranea; vocatur tum reus in iudiciũ ob ſuſpicionem aliquam: vel propter factum alterius incerti hominis: vel denique cum nulla perſona eſt nominata, vt cum auctor non apparet. Vt ſi filij prodigi pater nuſquam inueniretur, & filius ab inimico accuſaretur. Rurſus ex eodem illud adiecerim, rerum quæ in iudicio cõſiſtunt quattuor eſſe genera: Primum, cum tam res, quam perſona argumenta ſecum affert: vt in cauſſa Socratis, quod adoleſcentes corruperit: vbi ex perſona philoſophi, & viri boni, & ex re ipſa licet ducere argumenta defenſori. Secundum, cum alterum eorum eſt deſceptabile. Vt an mors Clodij fuerit contra leges facta: ſed de perſona Milonis nulla eſt diſceptatio. In Roſciana de facto non diſceptatur, cum ſit certum, ſed de perſona. Tertium, cum de rationibus ipſis eſt diſceptatio, cum ab vtraque parte probabiliter defenduntur, & nouas quæſtiones pariunt: Vt, ſi occidiſſem, non ſepeliuiſſem: immo quia occidiſti ſepeliuiſti. Quo fit vt argumentorum, ſicut & rerum, quædam conſiſtant, quædam vero minime: vt ſunt illa, quæ reccurrunt,

runt, hoc eſt, quibus vtraque pars vti poteſt. Quartum, quæ iudicationem habent incertam, hoc eſt, cũ iudex quid decernere debeat, ob cauſſæ incertitudinem, ignorat, ac ſcribit, N. L. non liquet. Vt ſi filius per imprudentiam patrem occidiſſet. Quot autem ſint genera cauſſarum, quæ in iudicio non veniunt, ſupra de numero ſtatuum agentes, docuimus. Atque de his hactenus.

Quod ad argumentorum ſolutionem attinet, primi facilis eſt ſolutio: quoniam ſtatus tranſlationis extrinſecus accedit, non ex rei natura ſumitur: & quia eſt ſpecies ſtatus qualitatis, ideo qualitati ſubijcitur; vt ex ijs quæ poſtea dicemus, planius intelligetur.

De ſecundo, ideo hic ſtatus coniecturalis nominatur, quia vt plurimum coniecturis vtitur: & præſertim ſi de rebus quæ ab humana voluntate pendent, ſit cõtrouerſia. Ideo vocatur, An ſit, quia præteritorum & futurorum veritas, vt Dialectici tradunt, pendet ex præſenti: & ita ſub iſta appellatione, An ſit, intelligitur, an fuerit, & an futurum quippiam ſit.

De tertio, quid ad hoc argumentum ſit dicendum, cum ex ijs quæ explicata ſunt, manifeſtum ſit, nihil eſt cur aliquid priuatim dicamus.

De

De locis, ſiue capitibus, quibus tractari, ac diſponi poteſt Coniecturalis ſtatus. Diſputat. X.

QVi hanc de ſtatibus materiam accurate tractant, cum ad ſingulorum expoſitionem veniunt; non ſolum eorum naturam explicant, ſed etiam locos, quibus cauſſæ genus ex ipſo ſtatu natæ probari poteſt, indicant: qua in re omnium diligentiſſimus fuit Hermogenes. Quamuis ergo in libris de Inuentione omnes argumẽtorum locos fuſe, ſed vniuerſe tantum explicuerim: tamen non inutile fore putaui nunc docere qui ſingulis ſtatibus priuatim inſeruiant: & in hac diſputatione, Hermogenis doctrinam potiſſimum explicando, omni remota contentione, qui ad coniecturam tractandam ſint idonei, maiore qua potero breuitate, & claritate, docebo. Et primum quidem locos ipſos qui huic ſtatui inſeruire poſſunt, recenſebo: poſtea, qui priuatim accuſatori, qui reo ſint accommodati, demõſtrabo. Suppoſita igitur diſtinctione, quod loci partim ex perſona finita & certa, quæ in iudicium venit, partim ex re ipſa, vt ſupra docuimus, ſumuntur, has ſtatuo poſitiones.

Cice li. 1. de Inu. Hermog. Nico. Ro. li. 2. c. 7.

Prima poſitio, in perſona hæc omnia conſiderare licet. Primum, conſideratur ipſa perſona finita, & notata nominibus, vt exempli

gratia,

gratia, vt Clodius, Cælius, Catilina, Roſcius, Sup.diſp.
quo referres locos, qui perſonarum vocantur; 1.
vt ſunt natio, patria, educatio, & alij, quos libro citato late expoſuimus. Deinde, perſonæ affectio, qua ad aliã refertur perſonam; vt pater & filius, dux & miles, vxor & maritus; quæ perſonæ ita ſe habent, vt de vna ſine alia cogitare non liceat: quæ perſonarum conſideratio magnam ſuis locis vim habet. Poſtea, conſideratio perſonæ, quæ ſit calumniæ expoſita: quoniam, vbi ſunt plura crimina, multo copioſior eſt oratio; vt in Clodio, in Piſone, in Antonio. Præterea, ſpectantur mores; qui, vel ſunt communes vnius nationis; vt Græcorum, Gallorum, Venetorum: vel priuati; de quibus libro de Diſpoſitione oratoria integra diſputatione egimus. Ex quibus argumenta εἰκότα, *hoc eſt probabilia dumtaxat, ſumuntur. Exempla Roſciana, & Quinctiana oratio tibi ſuppeditabunt. Ad hæc, perſona coniunctim cum facto; vt, quid adoleſcens fecerit: quid Philoſophus egerit. Iam vero, ſimplicia appellatiua, vt Orator, Imperator, Philoſophus; vt, Tu quæſtor Verres prodidiſti Panſam Prætorem &c. Poſtremo, coniunctio duorum attributorum, ſeu appellatiuorum; vt, iuuenis & diues; per quæ intelliguntur cætera. Hæ igitur ſunt ſeptem conſiderationes, quæ de perſona fieri poſſunt.*

Secunda

De locis, ſiue capitibus, quibus tractari, ac diſponi poteſt Coniecturalis ſtatus. Diſputat. X.

Cice li. 1. de Inu. Hermog. Nico.Ro. li.2. c.7.

QVi hanc de ſtatibus materiam accuratè tractant, cum ad ſingulorum expoſitionem veniunt; non ſolum eorum naturam explicant, ſed etiam locos, quibus cauſſæ genus ex ipſo ſtatu natæ probari poteſt, indicant: qua in re omnium diligentiſſimus fuit Hermogenes. Quamuis ergo in libris de Inuentione omnes argumẽtorum locos fuſe, ſed vniuerſe tantum explicuerim; tamen non inutile fore putaui nunc docere qui ſingulis ſtatibus priuatim inſeruiant: & in hac diſputatione, Hermogenis doctrinam potiſſimum explicando, omni remota contentione, qui ad coniecturam tractandam ſint idonei, maiore qua potero breuitate, & claritate, docebo. Et primum quidem locos ipſos qui huic ſtatui inſeruire poſſunt, recenſebo: poſtea, qui priuatim accuſatori, qui reo ſint accommodati, demõſtrabo. Suppoſita igitur diſtinctione, quod loci partim ex perſona finita & certa, quæ in iudicium venit, partim ex re ipſa, vt ſupra docuimus, ſumuntur, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, in perſona hæc omnia conſiderare licet. Primum, conſideratur ipſa perſona finita, & notata nominibus, vt exempli

gratia,

gratia, vt Clodius, Cælius, Catilina, Roſcius, quo referres locos, qui perſonarum vocantur; vt ſunt natio, patria, educatio, & alij, quos libro citato late expoſuimus. Deinde, perſonæ affectio, qua ad aliã refertur perſonam; vt pater & filius, dux & miles, vxor & maritus; quæ perſonæ ita ſe habent, vt de vna ſine alia cogitare non liceat: quæ perſonarum conſideratio magnam ſuis locis vim habet. Poſtea, conſideratio perſonæ, quæ ſit calumniæ expoſita: quoniam, vbi ſunt plura crimina, multo copioſior eſt oratio; vt in Clodio, in Piſone, in Antonio. Præterea, ſpectantur mores; qui, vel ſunt communes vnius nationis; vt Græcorum, Gallorum, Venetorum: vel priuati; de quibus libro de Diſpoſitione oratoria integra diſputatione egimus. Ex quibus argumenta εἰκότα, *hoc eſt probabilia dumtaxat, ſumuntur. Exempla Roſciana, & Quinctiana oratio tibi ſuppeditabunt. Ad hæc, perſona coniunctim cum facto; vt, quid adoleſcens fecerit: quid Philoſophus egerit. Iam vero, ſimplicia appellatiua, vt Orator, Imperator, Philoſophus; vt, Tu quæſtor Verres prodidiſti Panſam Prætorem &c. Poſtremo, coniunctio duorum attributorum, ſeu appellatiuorum; vt, iuuenis & diues; per quæ intelliguntur cætera. Hæ igitur ſunt ſeptem conſiderationes, quæ de perſona fieri poſſunt.* Sup.diſp. 1.

Secunda poſitio, loci, ſiue capita, & vt loquuntur Græci, partes quibus coniectura nititur, hæc ſunt.

Perſona, quæ non eſt ſolitaria, ſed ſecum multa affert, quæ in prima poſitione numerauimus; & præſertim, ea, quibus in genere laudatiuo vti ſolemus: vt, educatio, ſtudia, acta vita, & id genus alia.

Cauſſa, hoc eſt id, quo homines ad aliquid faciendum permouentur, aut a faciendo retrahantur; quas libro ſecundo de Inuentione numerauimus & expoſuimus; vt ſunt hæ duæ ſequentes, quæ ſpeciatim inter coniecturæ capita ponuntur.

Probabile, ſiue probabilis facti ratio, quo referres omnes animi impulſus. eſt autem impulſus aliquis animi impetus ad aliquid faciendum ſine cogitatione: vt cupiditas nimia, iracundia, & cæteræ animi perturbationes, præſertim maiores, quæ rem conſilio & cogitatione videri non ſinunt: de quibus eodem libro abunde egimus: Vt in Miloniana, At valuit odium, fecit iratus: & in Roſciana odium paternum ab Erucio allatum fuit, quod facile confutauit Cicero.

Voluntas, quæ cum temeraria eſſe non debeat, ſed conſulta, conſilium dicitur; quod eſt ad aliquid faciendum, aut non faciendum excogitata ratio: quæ aut commodorum ſpe, aut in-

commodorum euitatione ad maleficium hominẽ impellit. Verum, cauſſa parum valet, niſi perſonæ moribus accommodetur: cauſſæ itaque ad perſonæ attributa accommodandæ erunt. Huc pertinet illud in Miloniana, atque Milone interfecto, Clodius hæc aſſequebatur, & quæ ibi ſequuntur. Accommodat bonus Orator perſonis, quæ dixerat, cum ait, Reliquum eſt, vt iam natura ipſius, conſuetudoq; defendat, &c. Ad inueſtigandam voluntatem conferunt dicta & facta, quæ rem antecedunt.

Poteſtas, ſiue facultas, qua continentur omnia, quibus aliquid effici, aut non effici, bene, aut melius poteſt. Inueſtigatur itaque facultas ſpectando quædam perſonæ attributa, tum ex parte animi, tum corporis, auxiliorum, opum, fortunæque bonorum. Huc referuntur, locus, & eius affectiones, attributionesque, & loci varietates; vt proximus, remotus, publicus, priuatus, latus, contractus, &c. Tempus, in quo ſpatium, ſiue mora, & occaſio, hoc eſt temporis opportunitas ſpectantur. Item qualitates quædam; vt tempus belli, pacis, lætitiæ, mœſtitiæ: tempus ſudum, nubiloſum, & aliæ ad rem accommodatæ qualitates. Spes celandi, & impunitatis, quę ex loco, & tempore, & teſtimonijs inueſtigari poteſt. Quid? quod caput eſt audaciæ, Iudices, quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem, vt eſt

apud Ciceronem. Et denique comparatio perſonarum eius nimirum, qui iniuriam fecit, & eius qui perpeſſus eſt: comparando vtriuſque vires, ſtudia, mores, opes, & id genus alia; vt inde colligatur maior vel minor voluntas & facultas: quæ duo ſi coniungantur, magnam profecto faciunt coniecturam.

De his capitibus eſt luculentus Ciceronis locus, in Partitionibus: vbi primum, duos indicat coniecturæ locos, cauſſam; quam efficiendi rationem appellat, & euentum, hoc eſt, quod effectum eſt. Poſtea primum exponens ait, quamobrem & vtilia illi, quem arguet, & fuiſſe, & ab eo effici potuiſſe demonſtret. Vtilitatis coniectura mouetur, ſi illud quod arguitur, aut ſpe bonorum, aut malorum metu feciſſe dicitur: quod fit acrius, quo illa in vtroque genere maiora ponuntur. Spectantur etiam ad cauſſam facti motus animarum, ſi ira recens, ſi odium vetus, ſi vlciſcendi ſtudium, ſi iniuriæ dolor, ſi honoris, ſi gloriæ, ſi imperij, ſi pecuniæ cupiditas, &c. Et paullo infra, his fere rebus facti ſuſpicio confirmatur, cum & voluntatis in reo cauſſæ reperiuntur & facultas. In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius commodi, vitationeque alicuius incommodi quæritur; vt aut ſpes, aut metus impuliſſe videatur, aut alius repentinus animi motus, qui etiam citius in fraudem, quam ratio vtilitatis impellit.

Coniunctorum, ſiue adiunctorum frequentatio, quæ à Cicerone, continentia cum ipſo negotio dicuntur: Græci auctores, quæ ſunt a principio, vſque ad finem vocant. Spectanda itaque ſunt omnia adiuncta, tum antecedentia, tum comitantia, tum ſequentia; dicta inquam, facta, & euenta: ex quibus varia ſigna ad rē demonſtrandam ſumuntur. Huc reuocantur omnes circumſtantiæ, quis, quid, vbi, quando, quomodo, quamobrem.

Communis qualitas, ſiue quæſtio epilogica, cōmunis inquam locus, quo capite vtimur poſt probationem & concluſionem, vt per antecedentia, conſequentia, ſiue continentia rei magnitudo demonſtretur: qua amplificatione, aut peccati atrocitas augetur, aut ad miſericordiā auditores commouentur.

Sententia, hoc eſt, ſcripti vel dicti explicatio, vel alicuius facti quaſi diuinatio: quid, exēpli gratia, in lege de vi, per vim intelligatur: in edicto de crimine læſæ maieſtatis, quid ſit maieſtatem lædere: quid factum aliquod portendat, & quid ſibi velit, quorſum ve ſpectet. Exemplum ſcripti habes in oratione pro A. Cęcinna; Facti vero in Miloniana, cum Pompeij conſilium exponitur. Sed me recreat, &c.

Fines cauſſarum; vt in iudiciali, iuſtitia & iniuſtitia: in deliberatiuo, vtile & inutile: in demonſtratiuo, honeſtum & turpe; atque horum

partes, quas Ariſtoteles late explicuit, & nos Li.1. c.3. *etiam libro ſecundo de Inuentione paullo latius expoſuimus.*

Euenta, ſiue exitus; quæ ſunt vel præteriti temporis, & hæc ad iudicia pertinent: vel futuri, & hæc ad deliberationes referuntur. Præteritorum exemplum habes in oratione pro Sextio, Cum mecum illum caſum, &c. Futurorum in Roſciana, vt cogitetis iudices; & in extrema exordij parte. Euentorum magna eſt vis, ſi bona vel mala futura, vel inſtantia alta quadam cogitatione prænuntiētur: & præſertim, ſi quid præter expectationem, & aliter quam putamus, caſurum demonſtretur.

Conſequentia ſunt ea quæ ſua vi atque natura rem conſequuntur: vt qui ſacrilegium fecit, idem audebit furtum committere: ſi ſenex, laudator temporis acti: ſi hæreticus, profecto impudens. Hoc modo quidam euenta, & conſequentia diſtinguunt; vt illa ſolum rei finem ſpectent: hæc vero non ſolum finem, ſed etiam quid ex fine ſit conſecuturum. Sed in vtroque capite afferuntur bona & mala præſentia & impendentia; hoc eſt, bona quæ adſunt, amitti poterunt, quæ abſunt, non auerſentur: mala quæ adſunt, non expellentur, quæ imminent, accerſentur.

Hunc locum qui eſt ab euentis, his verbis In Part. *exponit Cicero, Cōſequentia quædam ſigna præteriti, & quaſi impreſſa facti veſtigia: quæ quidem*

dem vel maxime ſuſpicionem mouent, & quaſi tacita ſunt criminum teſtimonia. Atque hæc quidem grauiora, quod cauſſæ communiter videntur inſimulare & arguere omnes poſſe, quorum non interfuit aliquid. Hæc proprie attingunt eos ipſos, qui arguuntur, vt telum, vt veſtigium, vt cruor, vt deprehenſum aliquid, quod ablatum, ereptum videatur, vt reſponſum inconſtanter, vt hæſitatum, vt titubatum, vt cum aliquo viſus, ex quo ſuſpicio oriatur, vt eo ipſo in loco viſus, in quo facinus; vt pallor, vt tremor, vt ſcriptum, aut obſignatum, aut depoſitũ quippiam. Hæc enim, &c.

Teſtimonia, ad quæ referres omnes locos externos, quæſtiones, rumores, tabulas, præiudicia, & iuſiurandum. Atque hæc ſunt duodecim capita ex Hermogene collecta, quæ in coniectura ſpectari poſſunt, & maxime in iudicijs. Ex quibus nonnulla ſunt communia reo & actori, quædam propria vtrique. Et quoniam difficilior eſt defenſio, quam accuſatio, propterea, Hermogenis doctrinam ſequentes, nunc capita, quibus defenſio nititur, priuatim recenſebimus.

Tertia poſitio, capita, quibus defenſio potiſſimum eſt innixa, ſunt iſta. Tranſlatio, ſiue præſcriptiõ; qua vel recuſatur, vel vituperatur actio: quod caput primum in iudicijs obtinet locum; vbi, ſi fieri poteſt, primum eſt conſiſten

dum: ſin minus, actio concedenda erit, & ad aliud remedium confugiendum. Quando, & quibus de cauſsis tranſlatione vti liceat, poſterius dicetur, cum ſpeciatim de hoc ſtatu diſputationem inſtituemus.

Si itaque actio recuſari non poſſit, venitur ad intentionem, & tunc reus ſe iuſiciatione tuetur. In hoc hære, quidã ait, ſta, habita, cõmorare, probationum caſtra fige, nec inde veluti a ſtatiuis, niſi magna cauſſa, exciteris: ſiue ſtatario vtaris genere. ideſt, pondere argumentorum, ſiue motorio, hoc eſt, turbulentis affectibus. Hic ſi accuſator non habet teſtes, poſtulandi ſunt, ſi habet, eos refellat, aut debilitet per διαβολήν, *id eſt, per calumniam. Confutantur teſtes primum per locum communem, dicendo contra omnes teſtes: vt, magis rationibus, quam cuiuſque dictis credendum eſſe: teſtes corrumpi poſſe, ſpe, odio, metu, amore, non ita argumenta: ſed hoc loco vtemur parcius. In teſtibus itaque communiter reprehenditur gratia, ſiue beneficium, odium, neceſſitudo, ſeu familiaritas, quæſtus, & ætas; vt ſi eſſent adoleſcentes, aut decrepiti ſenes. Exempla habes in oratione pro Flacco. Dicimus deinde contra teſtes, qui ſunt in cauſſa; quorum dicta, vel negamus, vel in illis aliquod quod a nobis ſit, conſideramus: vt in Oratione pro A. Cæcinna obſeruare licet. Confutantur etiam per comparationẽ,*

ſi

ſi quos teſtes reus habet, qui ſint fide digniores: vt Cicero loco citato fecit, conferendo Gallos teſtes cum Romanis. Iiſdem obiicienda innocentia vitæ eius qui defenditur; vt in Syllana fecit Tullius, Omnibus in rebus, &c. Præterea, ſi quid in eis erit reprehenſione dignum, id reprehendi poterit, ſed ſine auditorum offenſione fiat. Quod ſi, vt dicebam, accuſator teſtibus deſtitutus ſit, vrgendus erit teſtium poſtulatione, ex cauſſis, ſiue ex rerum & perſonarum attributis. A perſona, quia Ebutius accuſat, non Cato. A re, quia homicidium & parricidium obiicitur; vt in Roſciana: A loco, vbi: a modo, qua ratione, gladio, an telo, punctim, an cęſim: a tempore, & cauſſa.

At vero accuſator hic vtetur cōi loco, contra teſtes, demonſtrādo nō eſſe petēdos. Ad teſtes pertinent quæſtiones, præiudicia, rumores, iuſiurandum, de quibus nihil eſt, cur plura hoc loco ſcribamus; cum iſta nunc a Iuriſperitis repetenda ſint, & alibi nos nonnihil dixerimus. Teſtes itaque & rationes interdum a reo petūtur, aliquando coniunctim, aliquando ſeorſim: cum quibus voluntas & facultas conglobantur; Quod tractationis genus eſt firmiſſimum: quæ a Cicerone in Roſciana ab Erutio petuntur. Omph.

Sequitur aliud caput, in quo voluntas & poteſtas coniunguntur, cum ſine voluntate & poteſtate fiat nihil. Qui duo loci ſunt communes

actori & reo; & diſtinctim, & coniunctim tractari ſolent, vt in cauſa Milonis fecit Tullius, vbi de vtriuſque partis voluntate egit. Hoc caput, vt ſupra dicebamus, nititur perſonæ attributis, genere vitæ, & rebus per omnes ætatis partes geſtis. Quarum, quædam voluntatē indicant, vt animi natura, educatio, vſus: quædã poteſtatem, vt corporis habitus & opes. Huc referres perſonarum multitudinem; vt accuſatoris, rei, diſceptatoris, & auditoris, quæ copiã argumentorum ſuppeditant. In Roſciana varias perſonas, etiam mortuas conſiderauit Cicero: in qua tamen oratione, cum recens e Rhetorum ſcholis veniſſet, non vt oportet & ars docet, artem occultauit. Perſonarum conſideratio, non ſolum confutationi & confirmationi, ſed etiam exordijs, & perorationibus inſeruit. Hi duo loci & coniunctim attinguntur, & cum alijs inartificioſis, copulantur; vt in Roſciana, Occidiſſe patrem, &c. Qui locus eſt lectione dignus.

Quartum caput adiunctorum, ſiue continentium; quod, etſi accuſatori magis, quam defenſori inſeruit; tamen etiam huic vſui eſſe poteſt. Adiuncta, ſiue continentia, vt ſupra diximus, ea complectuntur, quæ in geſtione negotij acciderunt, principia, media, & extrema, facta, & dicta Exempla ex Miloniana, & Roſciana petenda ſunt. Pro Roſ. Amer. *Iſte fuit filius, ſemper frugi, &*

quæ ſequuntur. Hic locus ſparſim tractari ſolet cum diuerſis in locis adiuncta ſparguntur : & coniunctim in peroratione, vbi frequentantur. interdum vero aliqua adiuncta ſeorſim exponuntur.

Quinctum caput, continet qualitatem abſolutam, id eſt coniunctorum directam defenſionē; cum id quod pro ſigno adfertur, non negatur, ſed recte factum fuiſſe defenditur, vt in Oratione pro Milone cum defenditur, ſignum, de ſeruorum manumiſſione. Manu vero cur miſerit, ſi id potius quæris, quam cur parum amplis affecerit præmijs, & quæ ibi ſequuntur.

Sextum, ſignorum negatio, ſeu intentionis depulſio; in eadem oratione negatur non licere ex cauſſa ciuem Romanum occidere: An eſt quiſquam, qui hoc ignoret? cum de homine occiſo quæratur, &c.

Septimum, cauſſæ inuerſio, & veluti transpoſitio, cum vna cauſſa tanquam minus idonea remouetur, & alia melior ponitur. Ita in Roſciana, cum remouetur cauſſa, cur pater filiū prædijs præfecerit, Non vt ex malo bonum, ſed vt induſtrium & frugi redderet. In Miloniana. negatur Milonem feciſſe inſidias, & odiſſe Clodium, ſuæ gloriæ. ſegetem. Clodius dixit, Milonem intra triduum pereinpturum; id refelleres, ſi diceres, non dicta, ſed facta ſpectanda eſſe. Factum ſic refelli poteſt, ſepeliui quidem, ſed

pietatis

pietatis cauſſa. Similiter animi indicia refelli poſſunt; vt ſi lacrymam, lętitiam, vel aliam affectionem, vel aliud quippiam deſignare demonſtretur, quam aduerſarius dicit. Poteſt itaque tranſpoſitio eſſe rerum, verborum, & animi.

Octauum, probabilis defenſio ſigni, cum id quod adducitur tanquam ſignum facti, nos indicium rei non factæ eſſe oſtendimus. Dicitur etiã hic locus, violenta cauſſæ inuerſio: qui firmiſſimus eſt, quo cum Orator deſtituitur, poterit cõfugere ad Antiſtrophen, & oſtendere ſignum cum facto, non retro cõmeare, vt, non quicunq; parat arma, is tyrannidem affectat: licet ſine armorum præſidio affectari non poſſit.

Poſtremum caput, eſt communis qualitas, de qua etiam ſupra in locis communibus mentionem fecimus: quæ nihil aliud eſt, quam amplificata concluſio per communem locum; qua oſtenditur qualis, quantàve res ſit: quæ ſæpiſſime ex ijs fit, quæ ſuperius dicta & explicata fuere.

Cornel. Vltra. *Quod vero attinet ad partes, quibus conſtare debet oratio, in qua hic ſtatus tractatur, breuiter dixerim, conſtabit, vniuerſe loquendo, exordio, narratione, propoſitione, contentione, ſiue confirmatione, et refutatione, atq; epilogo.*

Cauſſarum, quæ in hoc ſtatu verſantur exẽpla apud M. Tullium habes in oratione pro Roſcio Amerino, pro lege Mænilia, vbi de conſtituendo Imperatore per coniecturam quæritur,

pro

pro Flacco, pro Archia, Murena, M. Cælio, Deiotaro, Rabirio, actione ſecunda in Verrem, & in diuinatione, de accuſatore conſtituendo: denique in oratione antequam iret in exilium, poſt reditum ad quirites, & ad Senatum.

Reperiuntur aliquæ orationes miſtæ, quæ plures admittunt ſtatus, vt illa pro M. Marcello, quæ qualitatem & coniecturam cōtinet, et Maniliana: atque idem de nonnullijs alijs diceres. Eoſdem ſtatus adnotare licet in orationibus, quæ apud Poetas leguntur: in odis, in elegijs, in epiſtolis, & in ſumma, in omni fere ſcriptorū genere. Sed de hoc ſtatu hactenus: nunc ad alium explicandum ſtylum conuertamus.

De ſtatu Definitionis, quæ ſit huius ſtatus natura. Diſputatio XI.

Ex omnibus quæſtionibus, eam eſſe præcipuam, qua quid res ſit quæritur, apud omnes ſapientes eſt, in confeſſo. Idque vel ex eo facile intelligi poteſt, quod per eius explicationē, non ſolum id quod eſt in re quauis præſtantiſsimum, natura nimirum ipſa, ſed etiam, quod ex ea perfecta cuiuſque rei pendeat cognitio. Quare, ij meo quidem iudicio recte ſenſerunt, qui inter inſtrumenta cognoſcendi primum locum definitioni dedere. Plat. *Ex quibus intelligi licet, quāti faciendus ſit hic definitiuus ſtatus, quem ali-*

qui,

qui, vel intactum relinquunt, vel leuiter attingunt. De quo miſſis multis, quæ non ſunt huius loci, de quibus libro tertio de Inuentione ſcripſimus, ea ſolum attingemus, quæ ad noſtrum inſtitutum proxime ſunt accõmodata. Quæ autem dicturus ſum ea duabus diſputationibus complectar: in quarum prima huius ſtatus naturã, in altera locos, & capita, diſpoſitionemq; explanabo. Et quoniam nonnullæ dubitandi rationes mihi occurrunt, eas priore loco, vt hunc ſtatum diligentius exponam, paucis ſubijciam.

Cap. 1. & ſeq.

Primum, in hoc ſtatu inueſtigatur rei natura, vt omnes dicendi Magiſtri dicunt; quam ſolum per eã definitionẽ cognoſcere licet, vt dialectici tradunt, quæ per genus & differentiam aſſignatur: atqui hæc definiendi ratio eſt omnino a communi ſenſu remota, & ad iudicia; popularemque ſenſum minime accommodata, & vt Philoſophi docent, ſolum, qui vocantur Metaphyſici, ea vtuntur: igitur definitionis ſtatus non erit Rhetoricæ ſubiectus: vel ſaltem ſolum ad theſes, & ad cognitionis quæſtiones pertinebit.

Deinde, hic ſtatus communi & approbata appellatione vocatur nominis controuerſia: at quærere, quid nomen ſignificet, quæſtio eſt grãmatica: Grammaticis igitur relinquenda erit.

2.

Præterea, definitiones Oratoriæ aſſignantur per attributiones & adiuncta; & non quid, ſed

qualis

qualis res ſit, demonſtrant, & ſępiſſime a legib. ſiue a ſcripto ſumuntur: pertinebunt igitur ad ſtatum qualitatis, & legitimum; ac proinde ſtatus definitiuus nõ erit ab alijs duobus diuerſus. Atque has dubitationes attuliſſe ſufficiat: quibus quaſdã opiniones circa ea quæ in hac quæſtione explicanda nobis ſunt, adijciam.

Quod igitur ad diſtinctionem huius ſtatus ab alijs attinet, quidam, vt ex Quinctiliano colligitur, hunc ſtatum coniecturæ, quidam qualitati, quidam vero legitimis quæſtionibus ſubiecerũt. Quibus communis refragatur ſcriptorum ſententia, quæ tres facit ſtatuum partes inter ſe diſtinctas, vt ſupra docuimus.

De ratione definiendi, quidam a ſcholis rhetoricis illam ſtrictam ac religioſam definiẽdi rationem per genus & differentiam, qua Dialectici & Philoſophi vtuntur, omnino reijciunt: & eas ſolum admittũt definitiones, quæ latius rem per plures attributiones exponunt. Alij vero vtranque ſuis locis adhibitam approbarent. Vt huic diſputationi facilius ſatisfiat, quædam fundamenta nobis ponenda ſunt.

Primum fundamentum, cum nolimus in præſentia latius definitionis naturam exponere, ſupponimus Definitionem nihil aliud eſſe, quam orationem alicuius rei naturam breuiter exponentem, & id quod definitur quid ſit, explicantem; rerum nimirum opertarum patefactio nem Cic. 1. de orat. In Topica Lib. 2. de fin.

nem quandam. qua vel alicuius nominis ſignifi-
Fab.lib.7. c.4. *catio, vel ſubiectæ rei genus & differentia, ſeu cauſſæ & proprietates, effectusve explicantur. Quæ tunc tanquam bona admittitur, cum clare rem exponit, in aliam rem transferri nō poteſt. & nihil ſuperflui aut diminuti habet. Quæ omnia late planeque libro citato expoſita inuenies. Cæterum, in Rhetorum ſcholis, definitionis nomine, quæcunque intelligitur oratio, quæ aliquo pacto rem ſubiectam deſcribit, & prǣſertim per proprietates notas, & effectus manifeſtos. ex quibus colligere licet, definitionem duplicem eſſe: vnam nominis, alteram rei, & hanc triplicem, primam, qua res per ſuum genus & differentiam definitur; vt ſi dicas, homo eſt animal rationis capax: ſecundam, quæ datur per genus & aliquam cauſſam; vt, homo eſt animal ab immortali Deo, ad æternam beatitudinem perfruendam fabricatum: tertiam, per genus & proprietates, effectusque proprios, atq; adiuncta; vt, homo eſt animal ad diſcendum idoneum, ad admirationem propenſum, ad contemplandum natum, & ad ridendum aptum. Duobus primis generibus frequentius vtuntur Philoſophi, hoc tertio Oratores, qui plures proprietates definiendo conglobare ſolent: an vero hoc tantum genere vti debeant, in poſitionibus docebo.*

Secundum fundamentum, definitionis, ſeu

quæſtionis definitiuæ tractatio duplex eſt; altera, qua generatim vniuerſeque explicatur quæ ſit alicuius rei natura, & propria nota: vt, quid ſit eloquentia, quid diuinatio, quid ſtatus, quid furtum, ſeruitus, libertas. Quæ quidem multo melius per rei genus & proprietatem, & per pauciora, quam per multa verba traditur, Ideo M. Tullius, Fabius & alij, dicunt definitionem eſſe orationem, qua quid res ſit, breuiſſime explicatur. Atque hæc tractandi ratio potiſſimum ad theſin pertinet; cum pro fine ſcientiam & cognitionem habeat. Altera, quæ contracte per hypotheſin quæritur, an alicuius rei definitio, certę rei, vel ſubiecto, vel facto conueniat; vt, an alienam rem ex loco ſacro auferre ſit ſacrilegium: an qui aggreſſorem necauit, homicida vocandus ſit. Illa prior tractandi ratio in ſcholis Philoſophorum ſæpius, hæc vero in cauſſis ſæpiſſime adhibetur: illa a rei partibus, genere, & proprietate, hæc a negotij geſtione pendet: illa a ratione potiſſimum petitur, & ad ſtatum rationalem pertinet; hæc etiam a legib. ſumi conſueuit: illa rei, hæc nominis controuerſia nuncupatur. An autem vtraque ratio ſit Oratori ſubiecta in poſitionibus indicabo. Fab.

Tertium fundamentũ, nominis definitio duobus modis tractari poteſt: altero, cum ſolum nominis obſcuri ſignificatio, aut origo & etymologia, quam Cicero notationem appellat, inueſtigatur;

tur;

tur; vt ſi quæreretur, quid vacuũ, quid æuum, quid aueruncare ſignificet; aut vnde cura, ciui tas, & tumultus ſic dicantur: Altero, cũ quæritur, an aliquod nomen cuipiam rei, aut facto, vt paullo ante dicebamus, conuenire poſſit; vt, an qui rem ſuam occulte, poſſeſſori ſubtrahit, fur dici queat. Primus modus ad Grammaticum, ſecundus ad Rhetorem pertinet. Quo loco, ad maiorem eius, quod nunc docemus explicationem, animaduertendum eſt, rei cuiuſpiam nomen totam rei naturã deſignare, ſicuti et eiuſdẽ rei deſinitio, vt.n. hæc oratio ars bene dicendi, totam Rhetoricæ naturam exponit; ita hoc nomen, Rhetorica; ſed tamen illa clare, hoc vero obſcure; illa diſtincte, hoc confuſe. Quo fit, vt cum quæritur, an alicui facto, aliquod nomen conueniat, non de nominis ſignificatione, et notatione quæratur, ſed de tota rei natura, tali nomine ſignificata, an Ebutij factum fuerit deiectio, vel prohibitio. Quare, cum de hoc ſtatu dicitur, eſſe controuerſiam nominis, non eſt intelligendum de ſignificatione, notationeve, quamius interdum etiam iſta quærantur, ſed de rei natura nomine ſignificata; quod pro tota rei ſubſtantia aliquando ſumitur: Quo modo ſumpſiſſe videtur ille qui cecinit.

Pro Cecin.

Auulſumque humoris caput, et ſine nomine corpus; hoc eſt amiſſa prioris naturæ ratione.

Quartum fundamentum, ad ſtatum definitiuum

tiuum non ſolum pertinet quæſtio illa, qua tota rei natura per genus & proprietates coniunctim quæritur; vt ſi inueſtigaretur, an eſſe animal rationis particeps, ſit hominis natura; & eſſe artem bene dicendi, Rhetoricæ; ſed etiam cum alicuius rei genus & attributa ſuperiora intrinſeca, ac etiam differentiæ & propriæ notæ, cauſſæq; internæ quæruntur. Quare, ſi quis inquireret, an rhetorica ſit virtus, an facultas, an ars; an homo ſit ratione præditu, snon eſſet ſtatus qualitatis, vt quidam volunt, ſed definitionis, aut ſaltē huiuſmodi quæſtiones ad hunc ſtatum reuocari dicendum eſſet. Atque hæc adnotaſſe ſufficiat; quæ dicenda reſtant, in ipſis poſitionibus afferentur. Fab.

Prima poſitio, hic ſtatus iure optimo ſecundo loco ponitur. Hæc doctrina eſt manifeſta ex ijs, quę ſupra de ſtatibus vniuerſe docuimus: quam, præter alios, his verbis tradidit Quinctilianus, Nam, qui non poteſt dicere, nihil feciſſe, proximum habebit, vt dicat, non id feciſſe, quod obijcitur. Et vt ſolemus dicere, non feci furtum, non accepi depoſitum; ita, non eſt hoc furtum, non eſt depoſitum. Iure igitur optimo hic ſtatus coniecturam ſequitur. Lib.7.c.4.

Secunda poſitio, hic ſtatus eſt diuerſus a ſtatu coniecturæ, qualitatis, & a legali. Diſtinguitur a coniectura, quia in coniectura quæritur, an res ſit, an aliquid factum fuerit: in definitio-

dum: ſin minus, actio concedenda erit, & ad aliud remedium confugiendum. Quando, & quibus de cauſſis translatione vti liceat, poſterius dicetur, cum ſpeciatim de hoc ſtatu diſputationem inſtituemus.

Si itaque actio recuſari non poſſit, venitur ad intentionem, & tunc reus ſe iuficiatione tuetur. In hoc hære, quidã ait, ſta, habita, cõmorare, probationum caſtra fige, nec inde veluti a ſtatiuis, niſi magna cauſſa, exciteris: ſiue ſtatario vtaris genere. ideſt, pondere argumentorum, ſiue motorio, hoc eſt, turbulentis affectibus. Hic ſi accuſator non habet teſtes, poſtulandi ſunt, ſi habet, eos refellat, aut debilitet per διαβολήν, *id eſt, per calumniam. Confutantur teſtes primum per locum communem, dicendo contra omnes teſtes: vt, magis rationibus, quam cuiuſque dictis credendum eſſe: teſtes corrumpi poſſe, ſpe, odio, metu, amore, non ita argumenta: ſed hoc loco vtemur parcius. In teſtibus itaque communiter reprehenditur gratia, ſiue beneficium, odium, neceſſitudo, ſeu familiaritas, quæſtus, & ætas; vt ſi eſſent adoleſcentes, aut decrepiti ſenes. Exempla habes in oratione pro Flacco. Dicimus deinde contra teſtes, qui ſunt in cauſſa; quorum dicta, vel negamus, vel in illis aliquod quod a nobis ſit, conſideramus: vt in Oratione pro A. Cæcinna obſeruare licet. Confutantur etiam per comparationẽ,*

ſi quos teſtes reus habet, qui ſint fide digniores: vt Cicero loco citato fecit, conferendo Gallos teſtes cùm Romanis. Iiſdem obijcienda innocentia vitæ eius qui defenditur; vt in Syllana fecit Tullius, Omnibus in rebus, &c. Præterea, ſi quid in eis erit reprehenſione dignum, id reprehendi poterit, ſed ſine auditorum offenſione fiat. Quod ſi, vt dicebam, accuſator teſtibus deſtitutus ſit, vrgendus erit teſtium poſtulatione, ex cauſſis, ſiue ex rerum & perſonarum attributis. A perſona, quia Ebutius accuſat, non Cato. A re, quia homicidium & parricidium obijcitur; vt in Roſciana: A loco, vbi: a modo, qua ratione, gladio, an telo, punctim, an cæſim: a tempore, & cauſſa.

At vero accuſator hic vtetur cõi loco, contra teſtes, demonſtrãdo nõ eſſe petẽdos. Ad teſtes pertinent quæſtiones, præiudicia, rumores, iuſiurandum, de quibus nihil eſt, cur plura hoc loco ſcribamus; cum iſta nunc a Iuriſperitis repetenda ſint, & alibi nos nonnihil dixerimus. Teſtes itaque & rationes interdum a reo petũtur, aliquando coniunctim, aliquando ſeorſim: cùm quibus voluntas & facultas conglobantur; Quod tractationis genus eſt firmiſſimum: quæ a Cicerone in Roſciana ab Erutio petuntur. Omph.

Sequitur aliud caput, in quo voluntas & poteſtas coniunguntur, cum ſine voluntate & poteſtate fiat nihil. Qui duo loci ſunt communes

actori & reo; & diſtinctim, & coniunctim tra-ctari ſolent, vt in cauſa Milonis fecit Tullius, vbi de vtriuſque partis voluntate egit. Hoc caput, vt ſupra dicebamus, nititur perſonæ attributis, genere vitæ, & rebus per omnes ætatis partes geſtis. Quarum, quædam voluntatē indicant, vt animi natura, educatio, vſus: quædā poteſtatem, vt corporis habitus & opes. Huc referres perſonarum multitudinem; vt accuſatoris, rei, diſceptatoris, & auditoris, quæ copiā argumentorum ſuppeditant. In Roſciana varias perſonas, etiam mortuas conſiderauit Cicero: in qua tamen oratione, cum recens e Rhetorum ſcholis veniſſet, non vt oportet & ars docet, artem occultauit. Perſonarum conſideratio, non ſolum confutationi & confirmationi, ſed etiam exordijs, & perorationibus inſer uit. Hi duo loci & coniunctim attinguntur, & cum alijs inartificioſis, copulantur; vt in Roſcia na, Occidiſſe patrem, &c. Qui locus eſt lectione dignus.

Quartum caput adiunctorum, ſiue continen tium; quod, etſi accuſatori magis, quam defenſori inſeruit; tamen etiam huic vſui eſſe poteſt. Adiuncta, ſiue continentia, vt ſupra diximus, ea complectuntur, quæ in geſtione negotij acciderunt, principia, media, & extrema, facta, & dicta Exempla ex Miloniana, & Roſciana petenda ſunt. Pro Roſ. Amer. *Iſte fuit filius, ſemper frugi, &*

quæ

quæ ſequuntur. Hic locus ſparſim tractari ſolet cum diuerſis in locis adiuncta ſparguntur: & coniunctim in peroratione, vbi frequentantur. interdum vero aliqua adiuncta ſeorſim exponuntur.

Quinctum caput, continet qualitatem abſolutam, id eſt coniunctorum directam defenſionẽ; cum id quod pro ſigno adfertur, non negatur, ſed recte factum fuiſſe defenditur, vt in Oratione pro Milone cum defenditur, ſignum, de ſeruorum manumiſſione. Manu vero cur miſerit, ſi id potius quæris, quam cur parum amplis affecerit præmijs, & quæ ibi ſequuntur.

Sextum, ſignorum negatio, ſeu intentionis depulſio; in eadem oratione negatur non licere ex cauſſa ciuem Romanum occidere: An eſt quiſquam, qui hoc ignoret? cum de homine occiſo quæratur, &c.

Septimum, cauſſæ inuerſio, & veluti transpoſitio, cum vna cauſſa tanquam minus idonea remouetur, & alia melior ponitur. Ita in Roſciana, cum remouetur cauſſa, cur pater filiũ prædijs præfecerit, Non vt ex malo bonum, ſed vt induſtrium & frugi redderet. In Miloniana. negatur Milonem feciſſe inſidias, & odiſſe Clodium, ſuæ gloriæ. ſegetem. Clodius dixit, Milonem intra triduum perempturum; id refelleres, ſi diceres, non dicta, ſed facta ſpectanda eſſe. Factum ſic refelli poteſt, ſepeliui quidem, ſed

pietatis

actori & reo; & diſtinctim, & coniunctim tractari ſolent, vt in cauſa Milonis fecit Tullius, vbi de vtriuſque partis voluntate egit. Hoc caput, vt ſupra dicebamus, nititur perſonæ attributis, genere vitæ; & rebus per omnes ætatis partes geſtis. Quarum, quædam voluntatē indicant, vt animi natura, educatio, vſus: quædā poteſtatem, vt corporis habitus & opes. Huc referres perſonarum multitudinem; vt accuſatoris, rei, diſceptatoris, & auditoris, quæ copiā argumentorum ſuppeditant. In Roſciana varias perſonas, etiam mortuas conſiderauit Cicero: in qua tamen oratione, cum recens e Rhetorum ſcholis veniſſet, non vt oportet & ars docet, artem occultauit. Perſonarum conſideratio; non ſolum confutationi & confirmationi, ſed etiam exordijs, & perorationibus inſeruit. Hi duo loci & coniunctim attinguntur, & cum alijs inartificioſis, copulantur; vt in Roſciana, Occidiſſe patrem, &c. Qui locus eſt lectione dignus.

Quartum caput adiunctorum, ſiue continentium; quod, etſi accuſatori magis, quam defenſori inſeruit; tamen etiam huic vſui eſſe poteſt. Adiuncta, ſiue continentia, vt ſupra diximus, ea complectuntur, quæ in geſtione negotij acciderunt, principia, media, & extrema, facta, & dicta Exempla ex Miloniana, & Roſciana petenda ſunt. Pro Roſ. Amer. *Iſte fuit filius, ſemper frugi, &*

quæ

quæ ſequuntur. Hic locus ſparſim tractari ſolet cum diuerſis in locis adiuncta ſparguntur : & coniunctim in peroratione, vbi frequentantur. interdum vero aliqua adiuncta ſeorſim exponuntur.

Quinctum caput, continet qualitatem abſolutam, id eſt coniunctorum directam defenſionē; cum id quod pro ſigno adfertur, non negatur, ſed recte factum fuiſſe defenditur, vt in Oratione pro Milone cum defenditur, ſignum, de ſeruorum manumiſſione. Manu vero cur miſerit, ſi id potius quæris, quam cur parum amplis affecerit præmijs, & quæ ibi ſequuntur.

Sextum, ſignorum negatio, ſeu intentionis depulſio; in eadem oratione negatur non licere ex cauſſa ciuem Romanum occidere: An eſt quiſquam, qui hoc ignoret? cum de homine occiſo quæratur, &c.

Septimum, cauſſæ inuerſio, & veluti tranſpoſitio, cum vna cauſſa tanquam minus idonea remouetur, & alia melior ponitur. Ita in Roſciana, cum remouetur cauſſa, cur pater filiū prædijs præfecerit, Non vt ex malo bonum, ſed vt induſtrium & frugi redderet. In Miloniana. negatur Milonem feciſſe inſidias, & odiſſe Clodium, ſuæ gloriæ. ſegetem. Clodius dixit, Milonem intra triduum peremptūrum; id refelleres, ſi diceres, non dicta, ſed facta ſpectanda eſſe. Factum ſic refelli poteſt, ſepeliui quidem, ſed

pietatis

pietatis cauſſa. Similiter animi indicia refelli poſſunt; vt ſi lacrymam, lętitiam, vel aliam affectionem, vel aliud quippiam deſignare demonſtretur, quam aduerſarius dicit. Poteſt itaque tranſpoſitio eſſe rerum, verborum, & animi.

Octauum, probabilis defenſio ſigni, cum id quod adducitur tanquam ſignum facti, nos indicium rei non factæ eſſe oſtendimus. Dicitur etiã hic locus, violenta cauſſæ inuerſio: qui firmiſſimus eſt, quo cum Orator deſtituitur, poterit cõfugere ad Antiſtrophen, & oſtendere ſignum cum facto, non retro cõmeare, vt, non quicunq; parat arma, is tyrannidem affectat: licet ſine armorum præſidio affectari non poſſit.

Poſtremum caput, eſt communis qualitas, de qua etiam ſupra in locis communibus mentionem fecimus: quæ nihil aliud eſt, quam amplificata concluſio per communem locum; qua oſtenditur qualis, quantáve res ſit: quæ ſæpiſſime ex ijs fit, quæ ſuperius dicta & explicata fuere.

Cornel. Vltra. *Quod vero attinet ad partes, quibus conſtare debet oratio, in qua hic ſtatus tractatur, breuiter dixerim, conſtabit, vniuerſe loquendo, exordio, narratione, propoſitione, contentione, ſiue confirmatione, et refutatione, atq; epilogo.*

Cauſſarum, quæ in hoc ſtatu verſantur exẽpla apud M. Tullium habes in oratione pro Roſcio Amerino, pro lege Mãnilia, vbi de conſtituendo Imperatore per coniecturam quæritur, pro

pro Flacco,pro Archia,Murena,M.Cælio, Deiotaro,Rabirio,actione ſecunda in Verrem, & in diuinatione, de accuſatore conſtituendo: denique in oratione antequam iret in exilium,poſt reditum ad quirites,& ad Senatum.

Reperiuntur aliquæ orationes miſtæ,quæ plures admittunt ſtatus, vt illa pro M. Marcello, quæ qualitatem & coniecturam cōtinet, et Maniliana: atque idem de nonnullijs alijs diceres. Eoſdem ſtatus adnotare licet in orationibus, quæ apud Poetas leguntur: in odis, in elegijs, in epiſtolis,& in ſumma, in omni fere ſcriptorū genere. Sed de hoc ſtatu hactenus: nunc ad alium explicandum ſtylum conuertamus.

De ſtatu Definitionis, quæ ſit huius ſtatus natura. Diſputatio XI.

Ex omnibus quæſtionibus, eam eſſe præcipuam, qua quid res ſit quæritur, apud omnes ſapientes eſt,in confeſſo. Idque vel ex eo facile intelligi poteſt, quod per eius explicationē, non ſolum id quod eſt in re quauis præſtantiſsimum, natura nimirum ipſa,ſed etiam,quod ex ea perfecta cuiuſque rei pendeat cognitio. Quare,ij meo quidem iudicio recte ſenſerunt,qui inter inſtrumenta cognoſcendi primum locum definitioni dedere. Plat. *Ex quibus intelligi licet,quāti faciendus ſit hic definitiuus ſtatus,quem ali-*

qui,

qui, vel intactum relinquunt, vel leuiter attingunt. De quo miſſis multis, quæ non ſunt huius loci, de quibus libro tertio de Inuentione ſcripſimus, ea ſolum attingemus, quæ ad noſtrum inſtitutum proxime ſunt accõmodata. Quæ autem dicturus ſum ea duabus diſputationibus complectar: in quarum prima huius ſtatus naturã, in altera locos, & capita, diſpoſitionemq; explanabo. Et quoniam nonnullæ dubitandi rationes mihi occurrunt, eas priore loco, vt hunc ſtatum diligentius exponam, paucis ſubijciam.

Cap. 1. & ſeq.

Primum, in hoc ſtatu inueſtigatur rei natura, vt omnes dicendi Magiſtri dicunt; quam ſolum per eã definitionẽ cognoſcere licet, vt dialectici tradunt, quæ per genus & differentiam aſſignatur: atqui hæc definiendi ratio eſt omnino a communi ſenſu remota, & ad iudicia, popularemque ſenſum minime accommodata, & vt Philoſophi docent, ſolum, qui vocantur Metaphyſici, ea vtuntur: igitur definitionis ſtatus non erit Rhetoricæ ſubiectus: vel ſaltem ſolum ad theſes, & ad cognitionis quæſtiones pertinebit.

2. *Deinde, hic ſtatus communi & approbata appellatione vocatur nominis controuerſia: at quærere, quid nomen ſignificet, quæſtio eſt grãmatica: Grammaticis igitur relinquenda erit.*

Præterea, definitiones Oratoriæ aſſignantur per attributiones & adiuncta, & non quid, ſed

qualis

qualis res ſit, demonſtrant, & ſæpiſſime a legib. ſiue a ſcripto ſumuntur: pertinebunt igitur ad ſtatum qualitatis, & legitimum; ac proinde ſtatus definitiuus nō erit ab aliis duobus diuerſus. Atque has dubitationes attuliſſe ſufficiat: quibus quaſdā opiniones circa ea quæ in hac quæſtione explicanda nobis ſunt, adiiciam.

Quod igitur ad diſtinctionem huius ſtatus ab aliis attinet, quidam, vt ex Quinctiliano colligitur, hunc ſtatum coniecturæ, quidam qualitati, quidam vero legitimis quæſtionibus ſubiecerūt. Quibus communis refragatur ſcriptorum ſententia, quæ tres facit ſtatuum partes inter ſe diſtinctas, vt ſupra docuimus.

De ratione definiendi, quidam a ſcholis rhetoricis illam ſtrictam ac religioſam definiēdi rationem per genus & differentiam, qua Dialectici & Philoſophi vtuntur, omnino reiiciunt: & eas ſolum admittūt definitiones, quæ latius rem per plures attributiones exponunt. Alii vero vtranque ſuis locis adhibitam approbarent. Vt huic diſputationi facilius ſatisfiat, quædam fundamenta nobis ponenda ſunt.

Primum fundamentum, cum nolimus in præſentia latius definitionis naturam exponere, ſupponimus Definitionem nihil aliud eſſe, quam orationem alicuius rei naturam breuiter exponentem, & id quod definitur quid ſit, explicantem; rerum nimirum opertarum patefactio- Cic. 1. de orat. In Topica Lib. 2. de fin.

nem

nem quandam. qua vel alicuius nominis ſignifi
Fab.lib.7. *catio, vel ſubiectæ rei genus & differentia, ſeu*
c.4. *cauſſæ & proprietates, effectusve explicantur. Quæ tunc tanquam bona admittitur, cum clare rem exponit, in aliam rem transferri nō poteſt. & nihil ſuperflui aut diminuti habet. Quæ omnia late planeque libro citato expoſita inuenies. Cæterum, in Rhetorum ſcholis, definitionis nomine, quæcunque intelligitur oratio, quæ aliquo pacto rem ſubiectam deſcribit, & prçſertim per proprietates notas, & effectus manifeſtos. ex quibus colligere licet, definitionem duplicem eſſe: vnam nominis, alteram rei, & hanc triplicem, primam, qua res per ſuum genus & differentiam definitur; vt ſi dicas, homo eſt animal rationis capax: ſecundam, quæ datur per genus & aliquam cauſſam; vt, homo eſt animal ab immortali Deo, ad æternam beatitudinem perfruendam fabricatum: tertiam, per genus & proprietates, effectusque proprios, atq; adiuncta; vt, homo eſt animal ad diſcendum idoneum, ad admirationem propenſum, ad contemplandum natum, & ad ridendum aptum. Duobus primis generibus frequentius vtuntur Philoſophi, hoc tertio Oratores, qui plures proprietates definiendo conglobare ſolent: an vero hoc tantum genere vti debeant, in poſitionibus docebo:*

Secundum fundamentum, definitionis, ſeu

quæſtionis definitiuæ tractatio duplex eſt; altera, qua generatim vniuerſeque explicatur quæ ſit alicuius rei natura, & propria nota: vt, quid ſit eloquentia, quid diuinatio, quid ſtatus, quid furtum, ſeruitus, libertas. Quæ quidem multo melius per rei genus & proprietatem, & per pauciora, quam per multa verba traditur. Ideo M. Tullius, Fabius & alij, dicunt definitionem eſſe orationem, qua quid res ſit, breuiſſime explicatur. Atque hæc tractandi ratio potiſſimum ad theſin pertinet; cum pro fine ſcientiam & cognitionem habeat. Altera, quæ contracte per hypotheſin quæritur, an alicuius rei definitio, certę rei, vel ſubiecto, vel facto conueniat; vt, an alienam rem ex loco ſacro auferre ſit ſacrilegium: an qui aggreſſorem necauit, homicida vocandus ſit. Illa prior tractandi ratio in ſcholis Philoſophorum ſæpius, hæc vero in cauſſis ſæpiſſime adhibetur: illa a rei partibus, genere, & proprietate, hæc a negotij geſtione pendet: illa a ratione potiſſimum petitur, & ad ſtatum rationalem pertinet; hæc etiam a legib. ſumi conſueuit: illa rei, hæc nominis controuerſia nuncupatur. An autem vtraque ratio ſit Oratori ſubiecta in poſitionibus indicabo. Fab.

Tertium fundamentũ, nominis definitio duobus modis tractari poteſt: altero, cum ſolum nominis obſcuri ſignificatio, aut origo & etymologia, quam Cicero notationem appellat, inueſtigatur;

tiuum non ſolum pertinet quæſtio illa, qua tota rei natura per genus & proprietates coniunctim quæritur; vt ſi inueſtigaretur, an eſſe animal rationis particeps, ſit hominis natura; & eſſe artem bene dicendi, Rhetoricæ; ſed etiam cum alicuius rei genus & attributa ſuperiora intrinſeca, ac etiam differentiæ & propriæ notæ, cauſſæq; internæ quæruntur. Quare, ſi quis inquireret, an rhetorica ſit virtus, an facultas, an ars; an homo ſit ratione præditus, non eſſet ſtatus qualitatis, vt quidam volunt, ſed definitionis, aut ſaltē huiuſmodi quæſtiones ad hunc ſtatum reuocari dicendum eſſet. Atque hæc adnotaſſe ſufficiat; quæ dicenda reſtant, in ipſis poſitionibus afferentur. Fab.

Prima poſitio, hic ſtatus iure optimo ſecundo loco ponitur. Hæc doctrina eſt manifeſta ex ijs, quę ſupra de ſtatibus vniuerſe docuimus: quam, præter alios, his verbis tradidit Quinctilianus, Nam, qui non poteſt dicere, nihil feciſſe, proximum habebit, vt dicat, non id feciſſe, quod obijcitur. Et vt ſolemus dicere, non feci furtum, non accepi depoſitum; ita, non eſt hoc furtum, non eſt depoſitum. Iure igitur optimo hic ſtatus coniecturam ſequitur. Lib.7.c.4.

Secunda poſitio, hic ſtatus eſt diuerſus a ſtatu coniecturæ, qualitatis, & a legali. Diſtinguitur a coniectura, quia in coniectura quæritur, an res ſit, an aliquid factum fuerit: in definitio-

ne ſola rei natura. A ſtatu qualitatis, quia definitio non inueſtigat attributa, & quæ rem circunſtant, vt in qualitate fit, ſed quæ ſunt rei intima & maxime propria. A legali conſtitutione, quia poteſt eße controuerſia de rei natura, omni remota lege.

Tertia poſitio, hic ſtatus his fere nominibus vocari ſolet. Hermagoras & Theodorus, de proprietate appellant: alij, quid ſit: alij, ſtatum definitionis, & definitiuum: alij, nominis quæſtionem: alij legitimum, quod non raro in lege fundatur: denique, quidam non ignobiles Rhetores minus vſitato, ſed non incongruo nomine, de eodem & alio, ſiue altero appellarunt. Cuius appellationis ea eſt ratio, quia cum quid ſit id, de quo eſt diſceptatio quæritur, partim idem, partim etiam diuerſum eſſe cum re aliqua magis nota demonſtrandum eſt. Quo loco illud admonuerim, Rhetores nomine definitionis quamcunque intelligere rei deſcriptionem, modo rem definitã ita deſcribat, vt ab alijs reb. ſeiungat.

Cic. Lul.

Quarta poſitio definiẽdi ratio, qua more philoſophico quid res aliqua ſit breuiter per genus & differentiam proprietatemve docetur, non eſt omnino ab vſu oratorio reijcienda. Primũ, quoniam omnia quæſtionum genera ſunt Oratori ſubiecta: igitur, ſi quid interdum religioſius & ſtrictius definiendum erit, vt propoſita recte enucleetur quæſtio, non erit hæc definiendi ra-

tio

tio Oratori interdicta. Deinde, quoniam huius generis definitiones interdum in bonorum oratorum ſcriptis reperiuntur. Adde poſtremo Fabij auctoritatem, qui cum docuiſſet hanc finiendi formulam non eſſe omnino ad vſum oratoriũ accommodatam, quod periculoſum ſit ad certa verba ſe cõſtringere, ne tota periclitetur cauſſa, tandem hæc adiecit verba, Non negauerim tamen, hæc quoque, vt expedit cauſſæ eſſe facienda; & ſi quando firma comprehendi poterit, & breui complexa verborum finitio, eſſe id, tum elegans, tum etiam fortiſſimum, ſi modo erit illa inexpugnabilis. Cæterum illud fatendũ eſt, Oratores vt plurimum amplioribus vti definitionibus. Lib. 7. cit. Cic. pro Cæcin.

Quincta poſitio, illa definitiua cõſtitutio, quæ vniuerſe de ſola alicuius rei natura quæritur, non eſt Oratori ſubtrahenda, quamuis rarius huiuſmodi quæſtiones tãtum generatim tractare ſoleat. Doctrina eſt manifeſta; quia, vt paullo ante dicebam, omnes ſunt Oratori ſubiectæ quæſtiones: igitur, vt is qui omniũ rerum cognitione eſt præditus, poterit de rerum naturis ornate & copioſe diſſerere; vt de honeſti, de virtutis, de fati, fortunæque natura.

Sexta poſitio, ſtatus definitiuus eſt quæſtio cuius explicatio a ſola definitione pendet: per quam quid res ſit, aut quo nomine appellari debet ſtatuitur. Quo fit, vt illa conſtitutio pro-

prie dicatur definitiua, in qua tandem quæ ſit rei natura, aut nomen concluditur. Quare, ſi per definitionis tractationem, non natura, nomenve, ſed qualitas alicuius rei, ſiue facti in aliqua oratione concluderetur, potius ad ſtatum qualitatis, quam definitionis talem orationem pertinere diceres. Atque ex his intelligere licet, cur illi qui omnia ad cauſſas iudiciales transferunt, hunc ſtatum, nominis controuerſiam appellauerint: quaſi Orator nunquam generatim hanc quæſtionē tractet, ſed ſemper ad rem, factumve traducat.

Septima poſitio, ſi hic ſtatus vniuerſe per theſin tractetur, definitio ex ijs ſumenda erit, quæ ſunt naturæ interna & maxime propria, eodem prope modo, quo Philoſophi faciunt: ſi vero per hypotheſim, cum de alicuius facti nomine inquiritur, ab ijs quæ in facto cernuntur; ſed aliter a reo, aliter ab accuſatore. Accuſator ab ijs quæ in negotij expoſitione dixerat, reus ab ijs quæ aliter expoſita, aut prætermiſſa ſunt. definitionem colliget: exemplum habes in oratione pro Cæcinna. Ex adiunctis itaque rerum & factorum definitiones colligere oportet; & eiuſmodi, vt non facile reprehendi poſſint; ſed de hac diſputatione hactenus: nam quæ reſtant de hoc ſtatu dicenda, conſequēti diſceptatione dicemus. Trapez.

Argumentis initio allatis facile ex dictis ſatis fieri poteſt.

Ad

Ad primum, iam docuimus, Oratorem poſſe vti etiã illis definitionibus, quibus preſſius alicuius rei natura explicatur: & cum iſtę ſint rariores, vt plurimum per proprietates & attributiones definire ſolemus; qua definiendi ratione præcipue Oratores vtuntur. Quo fit, vt in omni quæſtionũ genere definitione vti poſſimus.

Ad ſecundum, cum quærimus de rei nomine, non inueſtigamus nominis etymologiam, cuius tamen cognitio interdum vſui eſſe poteſt; ſed inquirimus quo nomine res, ſiue factum appellandum ſit; cuius quæſtionis explicatio, pendet ex definitione rei.

Ad tertium, iam diximus Oratorem poſſe vti iis definitionibus, quæ traduntur per ea, quæ ſunt in rei natura: & ſi quæ dantur per attributiones, modo rem ſubiectam ab aliis differre faciant, non ſunt reiiciendæ: nec proinde ad ſtatum qualitatis pertinebunt, cũ quod in eo quæritur, ex ſe, a definitione non pendeat.

De locis, ſiue capitibus, atque diſpoſitione ſtatus Definitiui. Diſput. XII.

QVæ ad conſtitutionem definitiuam recte tractandam cognitu ſunt neceſſaria, cũ hic nihil dubitandum notandumque occurrat, ea nonullis poſitionibus docebimus.

Prima poſitio; notionis, ſiue controuerſiæ no- Quinct. lib. 7. c. 4.

minis duo ſunt genera. Vnum, cum conſtat de nomine, quo vtraque pars promiſcue vtitur; ſed quod ſubiectum ſit neſcitur, aut dubitatur; vt ecce, Stoicus & Epicureus conueniunt in hoc nomine, Deus; ſed dubitant de re huic nomini ſubiecta, ſit ne ſpiritus vbique exiſtens, an vero natura quædam concreta, certo loco affixa. Alterum, cum res eſt certa, ſed dubium eſt, an hoc, vel illud nomen ei ſit tribuendum. Exempli gratia, quidam vim repellendo hominem necauit, certum eſt de nece, ſed in dubium vertitur, an fuerit homicidium, an vero defenſio, & propulſatio: & cum conſtet quid vtrunque ſit, dubitatur tamen, vtrum nomen huic facto conueniat. Phil. 2. *Eſt etiam tale exemplum ex Cicerone ſumptum, cōſtabat Cæſarem fuiſſe interemptū, ſed dubium erat, an interfectores, maieſtatis rei, an patriæ liberatores appellandi eſſent. Itē, certum eſt ab eo maieſtatem minui, qui aduerſus populum ſuum, vel ſuam Remp. vel magiſtratum, vel Principem, aliquid agit; ſed dubiū eſt, an qui in foro ſeditionem excitauit, maieſtatem minuerit.* Vide l. Sacril. ff. ad leg. Iul. pecul. *Item, quid ſit ſacrilegium, quid furtum quid peculatus ſit, notum eſt; at vero, an is qui rem priuatam in loco ſacro accepit, ſacrilegus, & qui publicam in loco priuato, peculator dicendus ſit, in dubium reuocatur. Atque ex his duobus generibus ſecundum in iudicium venire ſolet; vt ecce, lex eſt, vt qui tyrannum*

occidit,

occidit, aut patriam tyrannide liberat præmiũ referat: quidam ſuaſit tyranno, vt ſeipſum occideret, vel tyrannidem deponeret: iſte tanquam actor (nã in hac facti ſpecie qui petit actoris perſonam ſuſcipit) præminm poſtulat: at qui negat, tanquam reus, ait ei non deberi, quia non fuit tyrannicida: quæritur ergo, an huic tale nomen congruat. Addi etiam poſſet quæſtio de ſolo nomine; vt ſi ſola alicuius nominis notatio, atque origo, ſignificatioq; inueſtigaretur.

Secunda poſitio, quæſtio de facti appellatione duplex eſt; altera ſimplex; vt, minuerit ne Norbanus maieſtatem: vbi vna tantum opus eſt definitione: altera coniuncta ex multis; vt auferre vaſa profana ex loco ſacro, ſit ne furtum an ſacrilegium: vbi, duplici definitione vtendum eſt. Quæſtione ſimplici vtimur, cum a coniectura ad definitionem tranſimus; vt ſi eſſet hæc conflictio, maieſtatem læſiſti, maieſtatẽ non læſi: cum ſcilicet conceſſo facto, negamus eo nomine appellandum eſſe: quo aduerſarius appellat; vt ſi dicatur, hoc non eſt minuere maieſtatem, hoc non eſt ambitus. Coniuncta vero, cũ a qualitate ad definitionem tranſimus; quando ſcilicet, quod obijcitur recte factum dici non poteſt; vt patet in exemplis de ſacrilegio & peculatu ſupra poſitis. Illud primum genus firmum eſt ad defenſionem; hoc vero imbecillum nec adiumentum præbet vllum ad factum defen

Cic. in Part.

dendum, ſed ſolum ad tranſlationem, hoc eſt aliud actionis genus viam aperit, de quo poſtea dicetur.

Fab. lib. 7. cap. 4. *Tertia poſitio, nominis controuerſia tripliciter tractari poteſt. Primo, cum totum crimen negatur, etiamſi factum concedatur: & tunc non eſt neceſſe aliud nomen ſubijcere; vt, ſi is qui alterius vxorem in lupanari cognouiſſet, de adulterio accuſaretur; & ipſe adulterium ſe comiſiſſe negaret. Secundo, cum crimen quod obijcitur, negatur, & aliud ſubijcitur; vt, ui eieciſti, o Ebuti, A. Cęcinnam: eũ igitur eo reſtitue, vnde vi eieciſti: Reſpondet Ebutius, non eieci, ſed prohibui; non itaque reſtituere debeo. Item abſtuliſti pecuniam e loco ſacro, ſacrilegus igitur es: abſtuli, ſed priuatam: quare non ſacrilegus, ſed fur potius. Tertio, cum de rebus inter ſe diuerſis quæritur, an ſint eodem nomine appellandæ: vt, an amatorium carmen vocandum ſit venenum, ſicuti & potio: an tyrannum ad mortem compellere, ſit idem quod tyrannicidium. Addunt quidam hanc aliam definitionis diuerſitatem, num idem diuerſis verbis comprehendatur; vt, an eadem ſit bene dicendi ſciẽtia, quæ eſt bene viuendi: an idem ſit, eſſe cauſſam mortis, & necem facere: poteſt enim quiſpiam eſſe mortis alterius cauſſa, vel proxima, vel remota; vel ex ſe, vel ex accidenti.*

Quarta poſitio, ex Hermogenis doctrina,

hæc

hæc aſſignantur definitionum compoſitarum, ſiue duplicium genera.

Primum, quod definitio pronominans, vel definitio ex nominum conflictione vocatur; cum ſcilicet nomen nomini opponitur: vt patet in exemplo de ſacrilegio & furto; vt ſi reo dicatur, ſacrilegus es, non fur: & ille ſe defendens dicat, non ſum ſacrilegus, ſed fur tantum. Quod genus, vt paullo ante dicebamus, tractandum erit ex adiunctis quæ in re, vel facto eſſe inueniuntur, ex illis hãc vel illam nominis vim colligendo.

Secundum genus, quod definitio colligens, vel ex complexione nominatur, quando a reo contrario nomine propoſito, accuſator eum vtriuſque criminis reum eſſe oſtendit; ut ſi reus dicat, ſum fur, ſed non ſacrilegus; vbi conceſſo genere negatur ſpecies, & aduerſarius probaret eſſe furem, & ſacrilegum. Hoc genus habet cũ ſuperiore ſimilitudinem, ſed in eo differt, quod in hoc accuſator vtrunque probare debet; quod ſit fur & ſacrilegus, quod prohibuerit & deiecerit.

Tertium, perſonas duplicans, ſeu duplex perſonis, cum vna res ad duas perſonas refertur. Exemplo ſit Ciceronis diuinatio in Verrem, in quà quæritur, vter ſit verus accuſator, Cicero, an Cæcilius.

Quartum, definitio incidens, ſiue intercurrens,

rens, & intermedia; cum in aliqua definitione tractanda, alia perfecta definitio intercurrit; vt in oratione Cęcinniana, deiecisti, non deieci, ſed probibui; vbi hæc alia intercurrit; non deijcitur niſi poſſeſſor, tu non eras poſſeßor, igitur non fuiſti deiectus: quæritur an fuerit poßeſſor: Quæ definitio ſuis capitibus, de quibus ſtatim dicemus, tractanda erit, vt & illa prior.

Quinctum, quod duæ definitiones vocatur, cum in vna perſona ſit de duobus nominibus cõtentio, id eſt cum duæ definitiones ad vnam perſonam pertinent; vt ecce, Lex eſt, vt vir mundus e mundo homine natus ſacerdos ſit; quidã occidit ſuum parentem adulterum; qui a petito ſacerdotio repellitur, cum ſit ob parricidium immundus, & immundo natus, quia ex adultero; iſte ſe defendit, quod ex lege occiderit, & parentem non fuiße adulterum, cum ipſe natus eſt: Quæritur, quis purus, & qui ex puro naſci dicatur.

Quincta poſitio, controuerſia definitiua ex Hermogene his capitibus tractatur, quæ nunc breuiter numerabo, & explanabo. Ab eo igitur qui in hoc verſabitur ſtatu, hæc omnia capita, vel ex his plura ſpectanda atque diſtribuenda ſunt.

Intentio, ſiue propoſitio, petitio, ſiue narratio, cauſſæque breuis expoſitio; per ea quæ in negocij geſtione interceſſerunt, a principio vſq;

ad

ad finem; vt ſi exponeres qua ratione ſacrilegus ingreßus eſt in templum, & quid rem auferendo egerit. Huius capitis exemplum habes in oratione Cęcinniana; vbi non ſemel intentionem proponit & exponit Orator.

Definitio, qua totam vim vocabuli breuiter ad noſtram cauſſam accommodamus: quæ ex ijs quæ geſta ſunt colligitur: vt ſi defenſor, ex geſtis in templo, colligeret ſe ſolum furtum feciſſe. Vnde hoc caput, vocari poſſet negatio, & recuſatio eius quod proponitur.

Oppoſita definitio, quæ contra definitionem defenſoris ab accuſatore affertur; quæ ex ijs quę prætermiſſa, aut non recte narrata, expoſitave ſunt colligenda erit. Habes exemplum in eadem oratione ſępe citata.

Ratiocinatio, quæ contrariæ definitioni opponitur, eamque tollit. Cum itaque obſiſtendo per eam quæ rem circumſtant, & maxime per conſequentia, & per ea quæ communi opinione, atque conſuetudine tenentur, contraria definitio repellitur, ratiocinatio dicitur: quæ in eo ab oppoſita definitione differt, quod illa inficiatione, hæc obſiſtentia nititur: illa non colligit, hæc maxime; ac proinde ratiocinatio nominatur: quæ etiam vt definitio refelli poteſt, præſertim ex ijs quæ conſequi debuiſſent. Eadem Tullij oratio huius capitis exemplum ſuppeditabit. Verum, vt quæ diximus planius percipiantur,

planum

planum ſubijcio exemplum. Quidam mentè captus aſcendit arcem & tyrannum occidit: poſtea rationis vſum cum recuperaſſet, præmium tyrannicidæ promiſſum petit. Cui contradicitur per ea quæ deſunt; cum is dicatur tyrannicida qui conſilio, qui ſciens & prudens, pro reip. libertate tyrannum occidit. Contra definitionem opponit accuſator, ſiue is, qui petit: Tirannicida eſt, qui arcem aſcenderit, qui tyrannum occidere auſus eſt, vt ego feci: & nihil differt, quod conſilio, aut ſine conſilio fiat: cum omnia inde conſecuta ſint bona, quæ ex tyranni nece ſequi ſolent. Hac itaque ratiocinatione a conſequentibus ſumpta, oppoſita tollitur definitio: quam tamen ex conſequentibus ſic tolleres. Non eadem conſecuta ſunt, ex temeraria tyranni nece, quæ ex deliberata naſcuntur, laus, gloria, honores, quibus tyranni interfector ab omnibus affici ſolet: Vbi illud adnotauerim, quoſdam per ſyllogiſmum eam intelligere definitionis formam, qua duo inter ſe non differre oſtenditur: vt nihil intereſt; armis, an conſilio patriam liberes: iſtorum aduentus ad vrbem ab hoſtili expugnatione non diſcrepat. Quare, vt definitio finem, ſiue terminum differentiamve formæ, vel nominis oſtendit; ita ſyllogiſmus, qui latine, Par, dici poteſt, parem, ſimilem, eandemque duarum rerum rationem oſtendit. Quibus duabus definiendi formis, alia

eſt

eſt omnino contraria, quæ Violenta dicitur, quæ per inuerſionem totum contrarium conficitur: vt, non eſt hoc ciuitatem defendere, ſed perdere. Violatio itaque & inuerſio contrariam ſpeciem inducunt, vt ſyllogiſmus ſimilem, & definitio pronominans diuerſam. Sed ad capita reuertamur.

Sententia ſiue legiſlatoris & ſcripti interpretatio, ſi fortaſſe incidet; ex qua vterque ad ſuam cauſſam tuendam aliquid ſumet. Vt in exemplo eius, qui cum ſuaſerit tyranno, vt tyrannidem deponeret, præmium petit, ex legiſlatoris intentione facile probaretur huic non deberi præmium, cum non ſit tyrannicida, cum tyrannus impunitus abijerit, & aliud ſit occidere, quam ſuadere: at ille contra, ex lege demonſtraret ſe eſſe tyrannicidam, quia patriam liberaſſet, & nihil differre, quod oratione, vel occiſione liberetur.

Quantitas, ſiue ampliatio, ab accuſatore rei magnitudo, a defenſore paruitas oſtenditur; vt, ſi in exemplo allato petitor diceret, magna commoda accepiſſe ciuitatem ex eo, quod ſine armis tyrannus ſit eiectus. Quæ rei magnitudo, ſiue paruitas a circunſtantijs ſine comparatione petenda eſt. Eadem Ciceronis citata oratio exempla ſuppeditat.

Comparatio, relatiove & amplificatio per collationem, qua vnum factum maius, aut minus

nus alio eſſe oſtenditur, vnum cum altero conferendo; vt, quid maius, quid ſapientius, quam ſine ſanguine, ſine vlla perturbatione, ſine vllius incommodo Remp. liberare? In citata oratione, hoc caput, cum non ſemper incidat, non eſt ita expreſſum: ſed obſeruari poteſt in quadam reſponſione ad aduerſariorum obiectionem.

Aſſumptio, ſeu qualitas aſſumptiua, quæ nõ ſolet ſemper occurrere: quo capite, vel per cõparationem, vel conceſſionem, vel remotionem, vel relationem, de quibus poſtea dicetur, reus factum purgat; vt, occidi, motus eius iniuria: recte occidi, quia commeruit id quod perpeſſus eſt. Eandem orationem conſule.

Repulſio, quæ aſſumptio ſequitur, qua remota, hæc etiam tollitur: vt, tibi occidere non licebat: cui ſubijcienda erit Abſolutio, quæ nihil aliud eſt, quam cauſſæ, vel ſigni contra nos allati ſolutio.

Rurſus qualitas, quæ perſonæ attributa antecedentia, & conſequentia conſiderat.

Item aliud, voluntas nimirum, ſiue intentio; vt, ſi ſacrilegus eſſe nolebas, cur templum furtim es ingreſſus? cur rem non tuam abſtuliſti? Deniq; adhibetur communis qualitas, qua per amplificationem aliquid in fine orationis, ſiue in epilogo tractatur, vt etiam ſupra diximus. Verum, non ſemper enumerati loci in hunc ſtatũ incurrunt, ſed plures, vel pauciores: nec omnes

nes ſunt huius ſtatus, vel ambobus partibus cõmunes; ſed quidam proprij, quidam communes, vt facile quiſque animaduerteret. Potuiſſem hæc capita verbis Ciceronis ex Cęcinniana citatis planius exponere, cũ hæc præcipue oratio huius ſtatus tractationem contineat; ſed nolui eſſe hac in re, ſine maiore neceſſitate, nimius. Th. Freg.

Habes etiam in Ciceronianis paradoxis exẽpla variarum definitionum, ſiue locorum ad hunc ſtatum pertinentium. In primo demonſtratur voluptatem non eſſe in bonis ponendam; idque a coniugatis; cum qui ea fruuntur, meliores non dicantur. In ſecundo, diſputatur contrarie: vbi demonſtratur dolorem, & ea quæ putantur mala, non eſſe mala. In tertio exponitur ſyllogiſmus, ſiue par, dum Cicero probare contendit, ex falſa Stoicorum doctrina, peccata eſſe paria. In quarto per definitionem, ſe exulem fuiſſe negat: quia tunc Roma non erat ciuitas: non fuit in ſceleris pœnam: additque violentam definitionem, & quantitatem. In quincto, ſapientum dicto, ſolum ſapientem diuitem eſſe oſtendit; & in dicti expoſitione verſatur: contrariamque ſententiam refellit. In vltimo, tractatur quantitas, dum pecuniam rem exiguam, & contemnendam eſſe docet. Verum in ſingulis propriam definitionem animaduerteres, & alia nonnulla huius ſtatus capita.

Et

Vltri Et hanc vt diſputationem concludamus, definitionis controuerſia, quod ad diſpoſitionem attinet, ratione & via fere dialectica tractatur. Exordiendum itaque erit: factum narrandum: proponendum, ac partiendum: noſtra definitio confirmanda, & cum facto conferenda erit; vt cum eo conſentaneam eſſe demonſtretur: contrariæ definitionis ratio refellenda, vt falſa, vt turpis, vt iniurioſa: & tandem perorandum. Qua ratione hic ſtatus ab vtraque parte tractari debeat, his verbis diſerte explicuit M. Tullius. En Part. Communia dantur in iſto genere accuſatori defenſorique præcepta. Vterque enim definiendo deſcribendoque verbo magis ad ſenſum Iudicis, opinionemque penetrarit, & vterque ad communem verbi vim, & ad eam præceptionem, quam inchoatam habebunt in animis ijs qui audient, magis & propius acceſſerit, is vincat neceſſe eſt. Non enim argumentando hoc genus tractatur, ſed tanquam explicando, & quæ apud ipſum ſequuntur.

Ad hunc ſtatum pertinet oratio pro Cæcina, vt ſupra diximus: & vt aliqui ſcribunt, etiam oratio pro Murena. Rarior itaque eſt hic ſtatus ſolus: reperitur tamen in quibuſdam orationibus cum alijs coniunctus.

Quid

Quid & quotuplex ſit qualitatis ſtatus: & de qualitate Abſoluta. Diſput. XIII.

DE tribus conſtitutionum generibus tertiũ explicandum reſtat, de quo, cum latius pateat, & frequentius occurrat, multo fuſius ac diligentius nobis agendum eſt: & primum quidẽ vniuerſe, tum ſpeciatim de partibus, quas ſub ſe continet. Et quamuis non deſint aliquæ dubitandi retiones: tamen eas libens prætermitto, & ad poſitiones accedo, cum nullæ occurrant citandæ ſententiæ, nullaque ponenda ſint fundamenta.

Prima poſitio, hic ſtatus eſt ab alijs diſtinctus: tum quia per eum non rei exiſtentiam, non naturam, ſed ſolam qualitatem quærimus: tum etiam, quod illi ſunt ſimplices, hic vero nonnullas habet partes, de quibus poſtea agetur; vt omittam, quod latius patet, cum ſint multa rerum accidentia, natura vero vna, ac proinde ſępius vſurpatur, & in vſum venit.

Secunda poſitio, hic ſtatus iure optimo tertium obtinuit locum. Qualitas enim rei naturam ſequitur, ſicuti natura exiſtentiam: & cum conſtat rem eſſe, & hanc eſſe ſolum de qualitate quærendum reſtat: & qui inficiatione & nomine ſe tueri nequit, hoc vnum habet

refugium, vt qualitate ſe tueatur: de qua nulla eſſet diſceptatio, niſi eſſet dubia.

Tertia poſitio, hæc conſtitutio his fere nominibus ſolet appellari: Status qualitatis, quia de rei factive qualitate quærit: ſed nomine qualitatis intelligitur quidquid ad rei naturam non pertinet; vt, an virtus ſit expetenda, an vitiũ fugiendum; an terra ſit globoſa, an cœlum craſſum: Status conſecutionis, cum hic ea tractentur, quæ naturam ſequuntur; vt ſunt omnia accidentia, & proprietates. Generalis defenſio, ſiue generis conſtitutio, quoniam in ea quæritur, quale ſit genus ipſius rei: Status iuridicialis, quod in iudicijs, vbi eſt frequens, de iure & iniuria ſępius quæratur; obquam cauſſam etiã conſtitutio de recto, cum id, quod obijcitur, recte factum fuiſſe defendatur: Denique ſtatus rationis, vel de ratione, quia in eo, de rationis vi, atq; adiunctione naſcitur controuerſia. Græce, δικαιολογικὴ ποιότης, ideſt, iuridicialis qualitas, & δικαιολογία, dicitur.

Cicer. Parth.ca. 26.

Ci. i ora. Part.

Quarta poſitio, Status qualitatis eſt, cum de re, ſiue de facto, aut de perſona quæritur, qualis illa ſit, in omni cauſſarum genere. In deliberationibus, an aliquid ſit faciendum, differendum, fugiendum, & expetendum: In demonſtratione, ſit ne paupertas laudanda, voluptas vituperanda: In iudicijs, ſit ne aliquid iuſtum vel iniuſtum: in quibus priuatim de facti pœna,

Fab.lib.7 c. 5.

pœna, præmio, quantitateque diſceptatur, vt Quinctilianus ait.

Quincta poſitio, quæſtio qualitatis eſt duplex, altera ſimplex, altera comparata: illic quid æquum ſit, hic quid æquius, aut æquiſſimum; vt, ſit ne eloquentia vtilis, ſint ne honores expetendi, aut virtus magis: ſit ne ſacræ Theologiæ ſtudium magis colendum, quam iuris ciuilis prudentia, expediat ne magis Verrẽ a Cicerone, quem petunt ſiculi, an a Cæcilio, quem reſpuunt, accuſari? Fab. loco citat.

Sexta poſitio, quæſtio ſimplex in iudicijs tripliciter tractari ſolet: vel enim factum ipſum defenditur, vel ſola perſona, aut factum & perſona ſimul.

Septima poſitio, quæſtio qua de facti qualitate ambigitur, dupliciter tractari poteſt: vno modo abſolute, demonſtrando factum ſua vi atque natura eſſe rectum, & præclarũ: altero, aſſumptis extrinſecus auxilijs; cũ ſcilicet quod factum eſt, alioqui turpe eſt, ſed tamen ob aliquam cauſſam facere oportuiſſe, ac debuiſſe oſtenditur: illa vocatur quæſtio iuridicialis abſoluta, græce Antilepſis, quaſi diceres, contraria ſumptio: hæc vero Iuridicialis aſſumptiua, græce Proſleptice, & Antitheſis, hoc eſt contrarium propoſitum. Exemplum prioris habes in Planciana, vbi accuſator ait, Iniuria factus es ædilis, defenſor reſpondet, Iure ſum factus; Quin. lib. 7. c. 5.

ctus; populus enim hoc potuit, qui iure me ædilem creauit: eſt etiam hoc conſtitutionis genus in Archiana, & Quintiana. Sit etiã illud exemplo, ſi quis accuſaretur, quod ſuorum bonorum partem egentibus amicis dediſſet. Poſterioris exemplum habes in Miloniana, vbi Orator nõ ait abſolute, Milonẽ iure occidiſſe Clcdiũ; ſed rem aſſumit extraneã, ideo occidere licuiſſe, quod inſidias paraſſet, quod bonos vexaret, & remp. ſeditionibus conturbaret. Quo fit, vt errent ij, qui dicunt hanc orationem pertinere ad ſtatum abſolutum. Item in Cluentiana, in qua Oppianicum iuſte damnatum fuiße oſtenditur, quod vir malus eſſet; & de eo præiudicia facta fuiſſent. Cum itaque factum eſt per ſe probabile. Abſoluta conſtitutione defenditur: cum vero probari non poteſt, & defenſio ex ſe eſt infirma, ita vt egent extrinſecus aſſumpta probatione, Aſſumptiua conſtitutione tractatur. Et quoniã hæ duæ ſunt pcipuæ huius ſtatus ſpecies, ſingulæ p ſe diligenter explicandæ ſunt.

M. Io. Mer.

Octaua poſitio, qualitatis abſolutæ, ex Hermogene, duo ſunt modi, ſimplex, & duplicatus: Simplex dicitur, cum vna adeſt ſimplex defenſio, vel accuſandi ratio; vt ſupra de coniectura, & definitione diximus. Duplex, cum duæ ſunt coniunctæ, vel diſiunctæ defenſiones. Simplex rurſus duplex eſt: vnus, cum res ipſa geſta, ſeu controuerſia propter factum venit in iudicium:

dicium: alter, cum ob aliquem euentum, qui rẽ conſecutus eſt, oritur controuerſia; vt ſi ex eo quod quis ſuaſit populo, & populus approbauit, ſequeretur aliquod reip. detrimentum, ob quod is qui ſuaſit in iudicium vocaretur. Duplicati etiam duo ſunt genera: vnum, quod fit per complexionem, cum duo facta, quæ ſeorſim non ſunt criminoſa, coniuncta tamen crimine non vacant; vt, ſi quis in ſenatu aliorum ſententiis ſe ſe opponeret, quod licet, vel ſuam non exprimeret, quod ex ſe non eſt malum: at ſi vtrunque coniungas, improbi ciuis eſſe videtur. Huius generis exemplum Quinctiana ſuppeditat oratio. Alterum genus per diuiſionem, cum in cauſſa duo eiuſmodi ſunt crimina, vt vtrunque per ſe dignum accuſatione & pœna videatur: quæ ſi coniungantur, maiorem amplificationem habent: parua enim complexione magna fiunt; vt ſi quis turpis vitæ accuſaretur, quod vxores dimitteret, aliaſque duceret, & multos ſibi filios adoptaret. Primus modus ea methodo & iis capitibus tractandus eſt, de quibus ſtatim dicemus. Secundus illud priuatim habet, quod nemo, (vt in allato exemplo perſiſtam) poteſt futura omnino præuidere, & præſtare: & id eſſe in aliquo damnandum, quod ipſe geſſit: conſilium autem ab omnibus fuiſſe approbatum: quare, aut omnes damnandi, aut ipſe qui ſuaſit abſoluendus erit. Tertius

a reo per ſeparationem, ab accuſatore per coniunctionem tractabitur. Quartus, a reo tractari debet demonſtrando vtrumque licere, & diuortium facere, & filios adoptare. Verum in vltimo modo plura poſſunt notari crimina, ad quæ amplificanda communes inueniendi ſunt loci, qui omnibus accommodari poſſint. Et vt breuiter huius conſtitutionis tractandæ rationem ob oculos ponam, res prius ſtatuenda eſt: deinde argumenta introducenda, quæ oratorio more ſimilibus, comparationibus, exemplis, antecedentium & conſequentium conglobatione, adiunctorum enumeratione, & contrariorum contentione expolienda ſunt: poſtremo oratorio modo terminanda. Verum, vt huius ſtatus tractatio per locos & capita notior fiat, ea nūc ſubijciam, & exponam.

Nona poſitio, in huius conſtitutionis tractatione hi loci, capita ve obſeruari poſſunt. Propoſitio, ſiue facti narratio, & partitio, cum res erit implicata. Vt ſi pictor naufragium in tabula pinxiſſet, eamque in portu poſuiſſet: vnde, aliorum exemplo edocti nautæ, nauigare nollent: ac proinde reſp. hinc detrimentū caperet: quam ob rem pictor in iudicium vocaretur.

Lib. 2. de Inuent. *Iuris partes, quæ ex Marco Tullio ſunt iſtæ, Natura, ius, ſiue lex a natura inſita: cuius partes ſunt, religio in Deum: pietas in parentes, & ſanguine iunctos: gratia,*

hoc

hoc eſt beneficiorum memoria & renumeratio: vindicatio, qua vim propellimus, & acceptam iniuriam vindicamus: obſeruantia, qua ætate, vel dignitate maiores veneramur: veritas, eſt quæ efficit, nequid aliter, quam confirmauimus, fiat, aut factum, aut futurum ſit. Lex, ſiue ius humanum a Principe ſancitum: Conſuetudo, eſt ius, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit. Iudicatum, eſt de re aliqua iam lata & decreta ſententia: quod partim rebus & cauſſis ſimilibus, partim iudicijs ad rem ipſam pertinentibus, quæ præiudicia vocantur partim quæſtione iam iudicata continetur. Pactum, eſt ius inter aliquos, qui inter ſe de re aliqua pepigerunt; vt in fœderibus, & coniugijs accidere ſolet. Aequum, ſiue par, eſt ius pertinens ad veritatem, vel vtilitatem communem vel alicuius perſonæ: vel eſt ius ſpeciale, quod ratione circunſtantiarum legem, conſuetudinē, iudicatum pactumque emendat ad maiorem vtilitatem. Vnde, æquitas, ſeu vir æquus ius emendat, & leges ex adiunctorum conſideratione interpretatur, rationemque perſonæ habet, pro communi vtilitate. Ex hoc capite pictor ille ſe defenderet, quod liceat pictori quidquid velit efficere: ac proinde nullum ius ex hoc facto violatum fuiſſe, nullamque legem hoc factum prohibuiſſe.

Perſona, hoc eſt qualitates quæ ſpectantur

in perſona, ſi quæ ſunt ad rem confirmandam, aut refellendam idoneæ; quæ ad iuris partes accommodandæ erunt; vt, pictor non poteſt arte ſua remp. lædere, vt miles, vel orator poteſt.

Definitio, a facto, vel a perſona ſumpta; vt, pingere non eſt violare remp. ſed naues hoſtibus tradere, ærarium expilare: cui a reo contraria adducetur definitio, ſiue Antonomaſia.

Ratiocinatio, ſiue ſyllogiſmus, qui perſona, & re nititur; quo demonſtrabitur, idem eſſe, aut non differre tabulã naufragij proponere, atque nauigaturis ſuadere, vt a nauigando abſtineant.

Legis intentio, ſi tamen hic locus occurret, quam quiſque ad ſuam cauſſam accommodabit.

Quãtitas, ſiue amplificatio, qua rei magnitudo demonſtrabitur, aut extenuabitur: quod per ironiam aptiſſime fieri ſolet, vt Cicero in oratione pro Milone, dum facti atrocitatem ait augeri ex eo, quod Clodius in monumentis maiorum fuerit interfectus. Relatio, ſiue comparatio, vt in allato exemplo, maius eſſe rebus neceſſarijs carere, quam ærarium expilare, vel pictura, quaſi perpetuo ſermone, quam verbis a nauigatione abſterrere. Vbi res amplificari poterit ex ijs, quæ a principio ad finem ſunt, ſiue ab omnibus adiunctis.

Poſt

Poſt horum locorum tractationem fit reditus ad alios locos qualitatis abſolutæ, ſiue ad abſolutionem, quæ ſic nominatur, quod reum a crimine abſoluat. Reuertitur itaque reus ad qualitatem abſolutam, ſiue ad Antilepſin, ſibique licuiſſe ait, quod nihil contra legem & ius egerit cui ſubiicitur actoris depulſio per Metalepſin, eique non licuiſſe, vel non eo modo licuiſſe dicet.

Accedit ad hæc qualitas aſſumptiua, ſiue Antitheſis, qua factum defenditur aliquid extrinſecus aſſumendo: vt ſi pictor diceret, ſe ideo tabulam expoſuiſſe, vt nautas moneret, ne intempeſtiue nauigarent. Huc pertinent eiuſdem qualitatis partes, quæ ſunt Remotio criminis, Comparatio, Relatio, & aliæ, de quibus ſequenti diſputatione agetur.

Tranſlatio qua ab actore altera Metalepſis opponetur; vt ſi diceret, aliter oportuiſſe nauigantibus conſulere: ad quam reus aliam adiungeret antilepſim, dicendo, nullum artificem prohibendum eſſe, quin ſuam artem exerceat, vt ciuitati proſit: vnde hoc aliud quod ſequitur, enaſcetur caput.

Propoſitum, ſiue theſis, locusve communis, ac generalis quæſtio, vtrum quis liberalibus artibus male vti poſſit: verũ artifices impediri debeant, ne ſua honeſta arte vtantur.

Poſt theſis tractationem, deueniendum erit ad

ad qualitatem de qua ſupra non ſemel facta eſt mentio, quæ ab attributis ſingularis & definitę perſonæ, & ab ijs quæ præceſſerunt, aut euentura ſunt, eueneruntque, ſumenda erit.

Ac denique ſententia, ſiue voluntas, atque intentio perſonarum tractanda erit.

Hæc igitur ſunt capita, quæ conſiderãda proponit Hermogenes: quorum aliqua, vt non ſemper occurrent, ita etiam non omnino diſtincte, ſed coniunctè tractantur: & alia magis actori, quam reo, alia magis reo, quam actori inſeruiunt.

Decima poſitio, qui huius conſtitutionis capita a iure eiuſque partibus tantum ſumunt, imperfectam doctrinam tradere videntur: in quo qui nõ errent, paucos, aut fortaſſe neminem inuenies. Nam, ſi ſolum cauſſæ iudiciales tractarentur, iſta doctrina admitti poſſet: ſed quoniã alia etiam ad hunc ſtatum pertinentia quærun tur, iſta alijs capitibus explicanda erunt; præſertim illis, quæ finalia a quibuſdam vocari diximus; vt ſunt facile, neceſſarium, verum, credibile, conſequens, & iucundum. Quod autem alij docent, dum qualitatem abſolutam ex partibus iuris defendi poße aiunt, ex quibus petita defenſio Abſolutio nominatur, admitti poterit, ſi per iuris partes, alia etiam capita, quaſi per nobiliores intelligere voluerunt: cum locus a iuris partibus, ſit alijs præſtantior. Quod vero

ad orationis diſpoſitionem attinet, oratio quæ ſub hoc ſtatu cōtinetur, omnes admittit partes, exordium, narrationem, propoſitionem cũ partitione, confirmationem cum confutatione, & concluſionem. Exempla huius ſtatus habes in oratione pro Quintio, Plancio, & Cornelio Balbo, de quo hactenus.

De qualitate Aſſumptiua; quę ſint eius ſpecies, & capita. Diſputatio XIIII.

QVæ de abſoluta qualitate dicere habuimus, ea breuiter perſpicueque, quantũ res ipſa tulit, expoſuimus: cum is, qui artem dō cet, non omnia quæ dici poſſunt, ſed ſolum capita auctore Tullio, afferre ac exponere debeat: ſequitur, vt de aſſumptiua dicamus, de qua eadem methodo quibuſdam poſitionibus, quæ tradenda ſunt, exponemus. Libro 2. Orat.

Prima poſitio, hoc conſtitutionis genus conuenienter ſuperiori ſubijcitur. Nam prius, quã tum fieri poteſt, quoduis factum ſeipſo tuendum eſt, quod abſoluta qualitate fit: id, ſi fieri non poteſt, ad aliquod extrinſecum præſidium, ne cauſſa cadamus, confugere oportebit; quod aſſumptiua qualitate fit. Quare illa, vt abſoluta, erit netura prior, hæc vero vt relata, poſterior: Prior inquam, non ſolum tempore, ſed etiam dignitate, & bonitate defenſionis; cum melius &

dignius

augere oportebit; vt demõſtrari poſſit, factũ vtilitatem attuliſſe; vt Cicero in Miloniana fecit. Huic idem auctor ſubijcit illam, qua dicitur, factum fuiſſe aliquid, vt maius malum vitaretur: quam nos ſequenti poſitione explicabimus.

Sexta poſitio, comparatio, græce Antiſtaſis, eſt ea defenſio, qua commodum aliquod obijcimus, ad excuſandum crimen, aut aliquid incommodi ad refellendum. Vt, feci, ſed vt prodeſſem Reip. aut certe profui: honeſtum eſt, quod petis, ſed difficile: vtile, ſed turpe: iucunda ſunt quæ dicis, ſed fabulæ. Hic itaque caput, capiti obijcitur. Quod ſi idem caput ſecum conferatur, hæc defenſio dicetur; Ad aliquid, ita vt conferatur id quod factum eſt, & quod eſt omiſſum: & ita per relationem quantitas augetur: vt liberaui patriam ſuadendo tyranno vt abiret, & hoc melius fuit, quam ſi cum tumultu liberaſſem: feci cum hoſte pacẽ iniquis conditionibus; ſed maiora mala conſecuta, eſſent ni feciſſem: melius itaque fuit hoc pacto diſcordiã componere. quandoquidem minus malum cum maiore comparatum, quandam habet boni rationem.

Septima poſitio, Remotio, græce, Metaſtaſis; id eſt Tranſpoſitio, quæ & purgatio dici poteſt, eſt ea defenſio, qua criminis cauſſam in rem vel perſonam extra litem reijcimus. In perſonam, hoc modo, Accuſatur Dux, quod milites non ſcripſerit: defendit ſe, quia Quæſtor non numeraūit

rauit pecunias: Item Sulpitiū occidiſti, occidi, ſed iuſſu Conſulū, qui rationem cur id iuberent, oſtenderunt. In rem, cum refertur factum in cauſſam cogentem, ſiue in neceſſitudinem, fatū, caſum, ignorantiam, & legem, vt non traduxi exercitum, aquarum vi impeditus: non veni ad diem, tempeſtatibus detentus amiſi copias, non tamen culpa, ſed aduerſa quadam fortuna, vel imprudentia: de libero homine ſupplicium ſumpſi, ſed neſciebam eſſe liberum. Nec me latet, omnes fere Rhetores huiuſmodi cauſſas Cōceſſioni, ſeu purgationi, quæ ab aliqua animi perturbatione & affectione excuſationem quærit, vt ab amore, ira, timore, miſericordia, & alijs ſimilibus ſumitur, ſubijcere; ſed commodius huc referri poſſe exiſtimaui. Cic. 2. de Orat.

Octaua poſitio, Deprecatio, græce ſyngnome, id eſt venia, eſt cum fatemur crimen commiſiſſe, & nulla vtimur excuſatione, aut defenſione, ſed ad ſolam veniæ petitionem & preces confugimus. Deprecamur autem, vel ob ſpem, quam pollicemur melioris vitæ, vel ob merita ante acta, vel amicorum gratiam teſtamur, vel noſtram miſeriam.

Nona poſitio, Deprecatio apud inferiores iudices, quorum eſt ex lege iudicare, locum non habet, niſi ex quadam abundantia, cum factum iuſtam habet excuſationē, cui deprecatio extrinſecus adiungitur; vt, ſi diceretur, licuit quidem

occidere

occidere, et eſto, non licuiſſet, adhuc pro tãtis in Remp. meritis, pro veſtra iudices clementia, & actæ vitæ integritate, eſſet venia dignus. At vero apud Principem, & Senatum, & vniuerſe apud eos, apud quos eſt aliqua iuris clementia, vt Fabius loquitur, hoc eſt apud eos, qui poſſunt æquitate vti, & a legis obſeruatione, ex cauſſa, diſcedere, & maxime apud Deum opt. max. locum habere poteſt. Exemplum copioſe & eleganter tractatum habes in Ligariana defenſione, cum dicitur, Cauſſas, Cæſar, egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio bonorum: certe nunquam hoc modo, Ignoſcite, iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi vnquam poſthac, et quæ ibi ſequuntur. Et regius Vates, cum alia ratione cauſſam ſuam defendere non poſſet, quam deprecatione; ideo ex abrupto a deprecatione orationem ſuam artificioſiſſime auſpicatus eſt, cum dixit, Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: Affert tamen nonnullas rationes, quibus veniam obtinere contendit: quas libro de Inuentione quincto indicauimus. Poſſunt autem in deprecatione ſumi probationes ex adiũctis, tum perſonæ, tum facti, & quidem ex antecedentibus, præſentibus, & conſequentibus. Vt a meritis præcedentibus, a rebus bene geſtis a præſenti animo, & voluntate, ſiue a ſignis, quibus recti et dolentis animi dantur indicia; ab ijs bonis quæ

Fab. Auctor Heren. lib. 2.

Marc.

inde ſecutura pollicemur; & ab ijs incommodis quæ oriri poſſunt ex ſumpto ſupplicio. Huc pertinent exemplorum collatio: atque peccati extenuatio. Vnde talis poteſt hic oriri ſtatus, ſiue controuerſia, ſit ne huic reo deprecanti, qui conſulto peccauit ignoſcendum. Singulare, vt diximus exemplū habes in oratione pro Ligario: cuius artificium, quidam priuatim expoſuit.

Sed peteret hoc loco quiſpiam, cur Cicero in ſecundo de Oratore ſermone, Iudicialis conſtitutionis partes explicans, Deprecationem omiſit? Cui petitioni primum ſatisfieri poteſt, dicendo, ideo omiſiſſe, quod Deprecatio in iudicijs tractari non ſoleat. Quid, quod etiam criminis remotionem, & alias partes prætermiſiſſe videtur? Dicerem, omnes has quattuor partes his verbis complexum fuiſſe, Iure autem omnia defenduntur, quæ ſunt eius generis, aut vt oportuerit, aut licuerit, aut neceſſe fuerit, aut imprudentia, aut caſu facta eſſe videantur. Marc. Beumel. *Rurſus petires, quid nam differt Remotio a Deprecatione? Remotio factum defendit, culpam crimenq; depellit: at Deprecatio non ita.*

Decima poſitio, ex his quattuor partibus firmior eſt Tranſlatio, quam cæteræ: ex quibus firmior eſt Comparatio, & Remotio, quam Deprecatio, quæ eſt omnium infirmiſſima: Remotio vero, pro ratione cauſſæ, poteſt eſſe magis & minus firma. Atque hæc ſunt quattuor aſſum-

ptiuæ qualitatis capita, Relatio, Comparatio, Remotio, Deprecatio, vel vt multi ſcribunt, Conceſsio, quam in Purgationem, cui ſubijciunt fortunam, imprudentiam, & neceſſitatem; & Deprecationem, quæ veniam petit ſubdiuidūt.

Gunt. lib. 1. cap. 22.

Vndecima poſitio, horum capitum, quodcunque per ſe tractari, ſuiſq; locis probari late poteſt, ſicuti & principales ſtatus. Deprecationis exemplum, in quo ad iram placandā gratiamq; conciliandam nonnulla attinguntur capita, vt peccati confeſſio, pœnitentiæ ſignificatio, veniæ petitio, in iram culpæ reiectio, atque gratiæ ſarciendæ per aliquod beneficium promiſſio, habes apud Horatium, libro primo Ode decimaſexta: quos etiam locos Ariſtoteles propoſuit; quibus autem capitibus Aßumptiua cōſtitutio ex Hermogene tractanda ſit, ſequenti diſputatione docebo. Huius ſtatus exempla habes in oratione pro Milone, & pro Ligario.

Lib. 1. od. 16. Ariſt. Parth.

De Aſſumptiuę conſtitutionis locis, ſiue capitibus. Diſputatio XV.

Aſſumptiuæ conſtitutionis partes, vna eademque fere ratione tractantur, ſeque mutuo iuuant: quo fit, vt earum capita ſint omnibus communia, ac proinde ſimul tractari queant: quod nos breuitatis cauſſa, faciemus. Et quamuis alij plures, alij pauciores locos, ſi-

ue capita aſſignent: tamē nos decem & octo numerabimus, & exponemus: quod vt melius efficere poſſim, hanc pono facti ſpeciem. Cum vrbis ab inimicis obſeſſæ, Præfectus nunquam potuiſſet ciuibus perſuadere, vt aduerſus hoſtem egrederentur, & hoſtem fugarent, de nocte murum perfodit, qua fortiſſimi quique egreſſi, hoſtem fuderunt, & vrbem ab obſidione liberarunt. Is reus agitur, & ad Antitheſim cum factum per ſe defendi non poſſit, confugit: ad quam cauſſam tractandā ex Hermogene capita nōnulla adnotare licet, quæ ſunt iſta.

Primum intentio, ſiue propoſitio, & expoſitio, quæ in exordio, vel in fine narrationis, vel in partitione adhibetur.

Secundum definitio, ſi tamē incidat, quæ amplificationis cauſſa adhiberi poteſt: definitur enim factum ipſum, & per definitionem dilatatur; vt, quid enim aliud eſt, noctu murum perfodere, quam ciuitatem hoſtibus tradere?

Tertium, conſequentia, capita alias recenſita, nimirum a definitione vſque ad comparationem.

Quartum, ſententia, ſiue voluntas & conſilium; vt, perfodi, ſed non animo tradendi ciuitatem hoſtibus: occidi, non ſine cauſa: turpitudinis odio, non vt vlciſcerer.

Quinctum, Antitheſis, ſiue qualitas aſſumptiua: quæ continet ſtatū quæſtionis præcipuū:

tum alia capita, ſint veluti loci præparatorij; vt in Miloniana, Fateor occidiſſe Clodium, ſed vi ipſius & actus. Quo loco animaduertendū eſt, eam eſſe ſumendam aſſumptionis ſpeciem, quæ maiorem vim habet, quam aliæ, iuxta ea, quæ ſupra diximus: & ſi opus fuerit, plures aſſume re licebit: quod ſi fiet, tunc multo latius vagabitur Oratio; vt, ſi Præfectus ille aſſumeret re lationem, dicendo, ita ſibi a Prætore imperatum fuiße: comparationem, quod melius fuerit, in hoſtes irruere & ferro potius perire, quam fame enecari: Remotionem, quod neceſſitas coegerit, aut opportunitas ſuaſerit: et denique Deprecationem, vt in ſequentibus capitibus dicetur. Cicero in Miloniana, vt ex ſupra dictis intelligere licet, duas aßumpſit partes: cęterum, in ea erit immorandum quæ plus neruorum habere videbitur. Hoc itaque quincto capite ſtatus quæſtionis præcipuus continetur.

Sextum, comparatio vtilium, & inutilium rerum, commodorum & incommodorum.

Septimum, relatio criminis in aliquam perſonam, cuius conſilio aliquid eſt factum, vel approbatum.

Octauum remotio criminis, in aliquam cauſſam ex illis, quas proxima diſputatione enumerauimus, in neceſſitatem, in caſum, in ignorantiam, & in aliquam animi perturbationem; vt, aliter ſaluti communi conſulere non licebat: fa-

me

me & pudore coactus feci: ciues alias mihi parere noluerunt.

Nonum, Deprecatio, quæ per occupationem introduci poterit, hoc modo, & ſi pro ſumma vtilitate commodoque quod vniuerſa ciuitas, ex ea re de qua in iudicium vocor (ſi quid peccatum eſt) mihi bono communi conſulere volenti, ignoſcendum omnino eſſet; tamen, nunquam illud pro delicto haberi patiar; quod non ſine ſummo conſilio, Deo auctore, ad patriam in ſummo omnium rerum diſcrimine verſantem, liberandam, tam feliciter peregi. Hac eadem arte, etiam adhibita ironia, aduerſariorum capita refelli poterunt. At vero accuſator hoc caput refelleret, dicendo, Debebas quidem communi bono conſulere, ſed non hac ratione.

Decimum, alia ſententia, ſiue voluntatis & conſilij explicatio. Quo etiam referres cauſſarum tractationem, cum ſine cauſſa nihil fiat. In eo autem hoc decimum caput differt a quarto, quod ibi ſimpliciter conſilium, cauſſave proponitur, hic vero vtrunque artificioſe copioſeque tractatur.

Vndecimum, Trāſlatio, ſeu actionis, modive agendi vituperatio; vt, non habes in me actionem: non debebas in dicta cauſſa occidere, non gladio, &c. Exempla tibi ſuppeditant Cœliana, & Quintiana oratio.

Duodecimum, quantitas cōparata: vbi qualitas

in perſona, ſi quæ ſunt ad rem confirmandam, aut refellendam idoneæ; quæ ad iuris partes accommodandæ erunt; vt, pictor non poteſt arte ſua remp. lædere, vt miles, vel orator poteſt.

Definitio, a facto, vel a perſona ſumpta; vt, pingere non eſt violare remp. ſed naues hoſtibus tradere, ærarium expilare: cui a reo contraria adducetur definitio, ſiue Antonomaſia.

Ratiocinatio, ſiue ſyllogiſmus, qui perſona, & re nititur; quo demonſtrabitur, idem eſſe, aut non differre tabulã naufragij proponere, atque nauigaturis ſuadere, vt a nauigando abſtineant.

Legis intentio, ſi tamen hic locus occurret, quam quiſque ad ſuam cauſſam accommodabit.

Quãtitas, ſiue amplificatio, qua rei magnitudo demonſtrabitur, aut extenuabitur: quod per ironiam aptiſſime fieri ſolet, vt Cicero in oratione pro Milone, dum facti atrocitatem ait augeri ex eo, quod Clodius in monumentis maiorum fuerit interfectus. Relatio, ſiue comparatio, vt in allato exemplo, maius eſſe rebus neceſſarijs carere, quam ærarium expilare, vel pictura, quaſi perpetuo ſermone, quam verbis a nauigatione abſterrere. Vbi res amplificari poterit ex ijs, quæ a principio ad finem ſunt, ſiue ab omnibus adiunctis.

Poſt

Poſt horum locorum tractationem fit redditus ad alios locos qualitatis abſolutæ, ſiue ad abſolutionem, quæ ſic nominatur, quod reum a crimine abſoluat. Reuertitur itaque reus ad qualitatem abſolutam, ſiue ad Antilepſin, ſibique licuiſſe ait, quod nihil contra legem & ius egerit cui ſubijcitur actoris depulſio per Metalepſin, eique non licuiſſe, vel non eo modo licuiſſe dicet.

Accedit ad hæc qualitas aſſumptiua, ſiue Antitheſis, qua factum defenditur aliquid extrinſecus aſſumendo: vt ſi pictor diceret, ſe ideo tabulam expoſuiſſe, vt nautas moneret, ne intempeſtiue nauigarent. Huc pertinent eiuſdem qualitatis partes, quæ ſunt Remotio criminis, Comparatio, Relatio, & aliæ, de quibus ſequenti diſputatione agetur.

Tranſlatio qua ab actore altera Metalepſis opponetur; vt ſi diceret, aliter oportuiſſe nauigantibus conſulere: ad quam reus aliam adiungeret antilepſim, dicendo, nullum artificem prohibendum eſſe, quin ſuam artem exerceat, vt ciuitati proſit: vnde hoc aliud quod ſequitur, enaſcetur caput.

Propoſitum, ſiue theſis, locusve communis, ac generalis quæſtio, vtrum quis liberalibus artibus male vti poſſit: verũ artifices impediri debeant, ne ſua honeſta arte vtantur.

Poſt theſis tractationem, deueniendum erit

ad qualitatem de qua ſupra non ſemel facta eſt mentio, quæ ab attributis ſingularis & definitę perſonæ, & ab ijs quæ præceſſerunt, aut euentura ſunt, eueneruntque, ſumenda erit.

Ac denique ſententia, ſiue voluntas, atque intentio perſonarum tractanda erit.

Hæc igitur ſunt capita, quæ conſiderāda proponit Hermogenes: quorum aliqua, vt non ſemper occurrent, ita etiam non omnino diſtincte, ſed coniuncte tractantur: & alia magis actori, quam reo, alia magis reo, quam actori inſeruiunt.

Decima poſitio, qui huius conſtitutionis capita a iure eiuſque partibus tantum ſumunt, imperfectam doctrinam tradere videntur: in quo qui nō errent, paucos, aut fortaſſe neminem inuenies. Nam, ſi ſolum cauſſæ iudiciales tractarentur, iſta doctrina admitti poſſet: ſed quoniā alia etiam ad hunc ſtatum pertinentia quæruntur, iſta alijs capitibus explicanda erunt; præſertim illis, quæ finalia a quibuſdam vocari diximus; vt ſunt facile, neceſſarium, verum, credibile, conſequens, & iucundum. Quod autem alij docent, dum qualitatem abſolutam ex partibus iuris defendi poſſe aiunt, ex quibus petita defenſio Abſolutio nominatur, admitti poterit, ſi per iuris partes, alia etiam capita, quaſi per nobiliores intelligere voluerunt: cum locus a iuris partibus, ſit alijs præſtantior. Quod vero

ad orationis diſpoſitionem attinet, oratio quæ ſub hoc ſtatu cõtinetur, omnes admittit partes, exordium, narrationem, propoſitionem cũ partitione, confirmationem cum confutatione, & concluſionem. Exempla huius ſtatus habes in oratione pro Quintio, Plancio, & Cornelio Balbo, de quo hactenus.

De qualitate Aſſumptiua; quę ſint eius ſpecies, & capita. Diſputatio XIIII.

QVæ de abſoluta qualitate dicere habuimus, ea breuiter perſpicueque, quantũ res ipſa tulit, expoſuimus: cum is, qui artem docet, non omnia quæ dici poſſunt, ſed ſolum capita auctore Tullio, afferre ac exponere debeat: ſequitur, vt de aſſumptiua dicamus, de qua eadem methodo quibuſdam poſitionibus, quæ tradenda ſunt, exponemus. Libro 2. Orat.

Prima poſitio, hoc conſtitutionis genus conuenienter ſuperiori ſubijcitur. Nam prius, quã tum fieri poteſt, quoduis factum ſeipſo tuendum eſt, quod abſoluta qualitate fit: id, ſi fieri non poteſt, ad aliquod extrinſecum præſidium, ne cauſſa cadamus, confugere oportebit; quod aſſumptiua qualitate fit. Quare illa, vt abſoluta, erit netura prior, hæc vero vt relata, poſterior: Prior inquam, non ſolum tempore, ſed etiam dignitate, & bonitate defenſionis; cum melius &

dignius ſit factum ex ſe laudabile & honeſtum tueri, quod a ſeipſo defendi poteſt, quam quod externo eget præſidio.

Secunda poſitio, hoc conſtitutionis genus his fere nominibus vocari ſolet: latine conſtitutio & qualitas aſſumptiua, ob eam cauſſam, quod aliquid extrinſecus aſſumat: a quibuſdam qualitas comparata: græce, Antitheſis, quaſi contraria poſitio; ob hanc rationem quod ſit quodammodo Antilepſi contraria. Nam ſi quis abſolute dicat, quippiam eſſe vtile, illud per Antitheſin infirmare potero, dicendo, eſſe quidem vtile, ſed difficile: ſi abſolute dicatur eſſe bonum, dicam non huic, non hoc tempore: vnde patet, cur Oppoſitio, & Comparatio dici ſoleat. Vel, ideo dicitur Antitheſis, quia poſt confeſſionem, compenſationem habet; vt, feci quidem, ſed inuitus. Sunt etiam qui vocent Chroma, hoc eſt colorem, ob eandem compenſationem, qua factū quodam modo coloratur; & Antilepſin, quaſi ſit ἐναντία λῆψις, id eſt contraria lepſis, quod ſit abſolutę qualitati contraria, quam lepſin vocant.

Tertia poſitio, qualitas aſſumptiua, ſtatus aſſumptiuus, græce Antitheticus, eſt genus quęſtionis, **Cic. 1. de Inu.** *quo rei qualitas per aliquid, extrinſecus aſſumptum defenditur; cum ſcilicet ipſum ex ſe factum probari nõ poteſt, & aliquo foris aſſumpto argumento defenditur. Hoc conſtitutionis*

genus

genus ex ſe, nullam habet propriam quęſtionem, præter eas, quas eius ſpecies ſumminiſtrant, de quibus ſtatim agemus.

Quarta poſitio, qualitas aſſumptiua quattuor ſub ſe habet partes; quæ ſunt Tranſlatio, ſeu relatio criminis, Comparatio, Remotio, & Deprecatio. Hunc numerum omnes fere Rhetores agnoſcunt, quamuis in harum partium collocatione, et appellatione nonnihil diſcriminis inter eos inueniatur. Aliter.n. quã nos fecimus, & alij faciant, auctor Herennianus, & aliquando Cicero has partes diſtribuerunt de quarum ſingulis nunc priuatim agemus. **Cic. lib. 1 de Inu.**

Quincta poſitio, Relatio, ſiue Tranſlatio, græce Antegclema, eſt defenſio qua crimen cauſſa facti defenditur; vel qua crimen in aduerſariũ reijcitur, vt qui dignus fuerit ea perpeti, quæ perpeſſus eſt, & cauſſam faciendi dederit. Confitetur itaque reus crimen, ſed alterius peccato inductus ſe iure feciſſe demonſtrat: vt Oreſtes affirmat ſe iure occidiſſe matrem, quod ipſa nefario ſcelere patrem necauerit. Ad hanc defenſionis formam eam reuocat Fabius, quæ ex facti cauſſis ducitur, vt cum factum defenditur vtilitate publica, aut multorum; vt eſt illa Milonis, qui ideo clodiũ occidere ſibi licuiße aiebat, quia erat turbulentus ciuis: qua ex abundanti copioſus & artificioſus Orator vſus eſt. Sed in vtilitate explicanda, aliena crimina numerare, & **Lib. 7. c. 4**

augere

augere oportebit; vt demõſtrari poſſit, factũ vtilitatem attuliſſe; vt Cicero in Miloniana fecit. Huic idem auctor ſubijcit illam, qua dicitur, factum fuiſſe aliquid, vt maius malum vitaretur: quam nos ſequenti poſitione explicabimus.

Sexta poſitio, comparatio, græce Antiſtaſis, eſt ea defenſio, qua commodum aliquod obijcimus, ad excuſandum crimen, aut aliquid incommodi ad refellendum. Vt, feci, ſed vt prodeſſem Reip. aut certe profui: honeſtum eſt, quod petis, ſed difficile: vtile, ſed turpe: iucunda ſunt quæ dicis, ſed fabulæ. Hic itaque caput, capiti obijcitur. Quod ſi idem caput ſecum conferatur, hæc defenſio dicetur; Ad aliquid, ita vt conferatur id quod factum eſt, & quod eſt omiſsum: & ita per relationem quantitas augetur: vt liberaui patriam ſuadendo tyranno vt abiret, & hoc melius fuit, quam ſi cum tumultu liberaſſem: feci cum hoſte pacẽ iniquis conditionibus; ſed maiora mala conſecuta, eſſent ni feciſſem: melius itaque fuit hoc pacto diſcordiã componere. quandoquidem minus malum cum maiore comparatum, quandam habet boni rationem.

Septima poſitio, Remotio, græce, Metaſtaſis; id eſt Tranſpoſitio, quæ & purgatio dici poteſt, eſt ea defenſio, qua criminis cauſſam in rem vel perſonam extra litem reijcimus. In perſonam, hoc modo, Accuſatur Dux, quod milites non ſcripſerit: defendit ſe, quia Quæſtor non numerauit

rauit pecunias: Item Sulpitiũ occidiſti, occidi, ſed iuſſu Conſulũ, qui rationem cur id iuberent, oſtenderunt. In rem, cum refertur factum in cauſsam cogentem, ſiue in neceſſitudinem, fatũ, caſum, ignorantiam, & legem, vt non traduxi exercitum, aquarum vi impeditus: non veni ad diem, tempeſtatibus detentus amiſi copias, non tamen culpa, ſed aduerſa quadam fortuna, vel imprudentia: de libero homine ſupplicium ſumpſi, ſed neſciebam eſſe liberum. Nec me latet, omnes fere Rhetores huiuſmodi cauſſas Cõceſſioni, ſeu purgationi, quæ ab aliqua animi perturbatione & affectione excuſationem quærit, vt ab amore, ira, timore, miſericordia, & alijs ſimilibus ſumitur, ſubijcere; ſed commodius huc referri poſſe exiſtimaui. Cic. 2. de Orat.

Octaua poſitio, Deprecatio, græce ſyngnome, id eſt venia, eſt cum fatemur crimen commiſiſſe, & nulla vtimur excuſatione, aut defenſione, ſed ad ſolam veniæ petitionem & preces confugimus. Deprecamur autem, vel ob ſpem, quam pollicemur melioris vitæ, vel ob merita ante acta, vel amicorum gratiam teſtamur, vel noſtram miſeriam.

Nona poſitio, Deprecatio apud inferiores iudices, quorum eſt ex lege iudicare, locum non habet, niſi ex quadam abundantia, cum factum iuſtam habet excuſationẽ, cui deprecatio extrinſecus adiungitur; vt, ſi diceretur, licuit quidem occidere

occidere, et eſto, non licuiſſet, adhuc pro tãtis in Remp. meritis, pro veſtra iudices clementia, & actæ vitæ integritate, eſſet venia dignus. At vero apud Principem, & Senatum, & vniuerſe apud eos, apud quos eſt aliqua iuris clementia, vt Fabius loquitur, hoc eſt apud eos, qui poſſunt æquitate vti, & a legis obſeruatione, ex cauſſa, diſcedere, & maxime apud Deum opt. max. locum habere poteſt. Exemplum copioſe & eleganter tractatum habes in Ligariana defenſione, cum dicitur, Cauſſas, Cæſar, egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio bonorum: certe nunquam hoc modo, Ignoſcite, iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi vnquam poſthac, et quæ ibi ſequuntur. Et regius Vates, cum alia ratione cauſſam ſuam defendere non poſſet, quam deprecatione; ideo ex abrupto a deprecatione orationem ſuam artificioſiſſime auſpicatus eſt, cum dixit, Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: Affert tamen nonnullas rationes, quibus veniam obtinere contendit: quas libro de Inuentione quincto indicauimus. Poſſunt autem in deprecatione ſumi probationes ex adiũctis, tum perſonæ, tum facti, & quidem ex antecedentibus, præſentibus, & conſequentibus. Vt a meritis præcedentibus, a rebus bene geſtis a præſenti animo, & voluntate, ſiue a ſignis, quibus recti et dolentis animi dantur indicia; ab ijs bonis quæ

Fab. Auctor Heren. lib. 2.

Marc.

inde

inde ſecutura pollicemur; & ab ijs incommodis quæ oriri poſſint ex ſumpto ſupplicio. Huc pertinent exemplorum collatio: atque peccati extenuatio. Vnde talis poteſt hic oriri ſtatus, ſiue controuerſia, ſit ne huic reo deprecanti, qui conſulto peccauit ignoſcendum. Singulare, vt diximus exemplũ habes in oratione pro Ligario: cuius artificium, quidam priuatim expoſuit.

Sed peteret hoc loco quiſpiam, cur Cicero in ſecundo de Oratore ſermone, Iudicialis conſtitutionis partes explicans, Deprecationem omiſit? Cui petitioni primum ſatisfieri poteſt, dicendo, ideo omiſiſſe, quod Deprecatio in iudicijs tractari non ſoleat. Quid, quod etiam criminis remotionem, & alias partes prætermiſiſſe videtur? Dicerem, omnes has quattuor partes his verbis complexum fuiſſe, Iure autem omnia defenduntur, quæ ſunt eius generis, aut vt oportuerit, aut licuerit, aut neceſſe fuerit, aut imprudentia, aut caſu facta eſſe videantur. Rurſus peteres, quid nam differt Remotio a Deprecatione? Remotio factum defendit, culpam crimenq; depellit: at Deprecatio non ita. Marc. Beumel.

Decima poſitio, ex his quattuor partibus firmior eſt Tranſlatio, quam cæteræ: ex quibus firmior eſt Comparatio, & Remotio, quam Deprecatio, quæ eſt omnium infirmiſſima: Remotio vero, pro ratione cauſſæ, poteſt eſſe magis & minus firma. Atque hæc ſunt quattuor aſſum-

ptiuæ qualitatis capita, Relatio, Comparatio, Remotio, Deprecatio, vel vt multi ſcribunt, Conceſsio, quam in Purgationem, cui ſubijciunt fortunam, imprudentiam, & neceſſitatem; & Deprecationem, quæ veniam petit ſubdiuidūt.

Gunt. lib. 3. cap. 22.

Vndecima poſitio, horum capitum, quodcunque per ſe tractari, ſuiſq; locis probari late poteſt, ſicuti & principales ſtatus. Deprecationis exemplum, in quo ad iram placandā gratiamq; conciliandam nonnulla attinguntur capita, vt peccati confeſſio, pœnitentiæ ſignificatio, veniæ petitio, in iram culpæ reiectio; atque gratiæ ſarciendæ per aliquod beneficium promiſſio, habes apud Horatium, libro primo Ode decimaſexta: quos etiam locos Ariſtoteles propoſuit; quibus autem capitibus Aßumptiua cōſtitutio ex Hermogene tractanda ſit, ſequenti diſputatione docebo. Huius ſtatus exempla habes in oratione pro Milone, & pro Ligario.

Lib. 1. od. 16. Ariſt. Parth.

De Aſſumptiuę conſtitutionis locis, ſiue capitibus. Diſputatio XV.

Aſſumptiuæ conſtitutionis partes, vna eademque fere ratione tractantur, ſeque mutuo iuuant: quo fit, vt earum capita ſint omnibus communia, ac proinde ſimul tractari queant: quod nos breuitatis cauſſa, faciemus. Et quamuis alij plures, alij pauciores locos, ſi-

ue capita aſſignent: tamẽ nos decem & octo numerabimus, & exponemus: quod vt melius efficere poßim, hanc pono facti ſpeciem. Cum vrbis ab inimicis obſeſſæ, Præfectus nunquam potuiſſet ciuibus perſuadere, vt aduerſus hoſtem egrederentur, & hoſtem fugarent, de nocte murum perfodit, qua fortiſſimi quique egreſſi, hoſtem fuderunt, & vrbem ab obſidione liberarunt. Is reus agitur, & ad Antitheſim cum factum per ſe defendi non poſſit, confugit: ad quam cauſſam tractandã ex Hermogene capita nõnulla adnotare licet, quæ ſunt iſta.

Primum intentio, ſiue propoſitio, & expoſitio, quæ in exordio, vel in fine narrationis, vel in partitione adhibetur.

Secundum definitio, ſi tamẽ incidat, quæ amplificationis cauſſa adhiberi poteſt: definitur enim factum ipſum, & per definitionem dilatatur; vt, quid enim aliud eſt, noctu murum perfodere, quam ciuitatem hoſtibus tradere?

Tertium, conſequentia, capita alias recenſita, nimirum a definitione vſque ad comparationem.

Quartum, ſententia, ſiue voluntas & conſilium; vt, perfodi, ſed non animo tradendi ciuitatem hoſtibus: occidi, non ſine caußa: turpitudinis odio, non vt vlciſcerer.

Quinctum, Antitheſis, ſiue qualitas aſſumptiua: quæ continet ſtatũ quæſtionis, præcipuũ:

tum alia capita, ſint veluti loci præparatorij; vt in Miloniana, Fateor occidiſſe Clodium, ſed vi ipſius & actus. Quo loco animaduertendũ eſt, eam eſſe ſumendam aſſumptionis ſpeciem, quæ maiorem vim habet, quam aliæ, iuxta ea, quæ ſupra diximus: & ſi opus fuerit, plures aſſumere licebit: quod ſi fiet, tunc multo latius vagabitur Oratio; vt, ſi Præfectus ille aſſumeret relationem, dicendo, ita ſibi a Prætore imperatum fuiße: comparationem, quod melius fuerit, in hoſtes irruere & ferro potius perire, quam fame enecari: Remotionem, quod neceſſitas coegerit, aut opportunitas ſuaſerit: et denique Deprecationem; vt in ſequentibus capitibus dicetur. Cicero in Miloniana, vt ex ſupra dictis intelligere licet, duas aßumpſit partes: cęterum, in ea erit immorandum quæ plus neruorum habere videbitur. Hoc itaque quincto capite ſtatus quæſtionis præcipuus continetur.

Sextum, comparatio vtilium, & inutilium rerum, commodorum & incommodorum.

Septimum, relatio criminis in aliquam perſonam, cuius conſilio aliquid eſt factum, vel approbatum.

Octauum remotio criminis, in aliquam cauſſam ex illis, quas proxima diſputatione enumerauimus, in neceſſitatem, in caſum, in ignorantiam, & in aliquam animi perturbationem; vt, aliter ſaluti communi conſulere non licebat: fa-

me & pudore coactus feci: ciues alias mihi parere noluerunt.

Nonum, Deprecatio, quæ per occupationem introduci poterit, hoc modo, & ſi pro ſumma vtilitate commodoque quod vniuerſa ciuitas, ex ea re de qua in iudicium vocor (ſi quid peccatum eſt) mihi bono communi conſulere volenti, ignoſcendum omninò eſſet; tamen, nunquam illud pro delicto haberi patiar, quod non ſine ſummo conſilio, Deo auctore, ad patriam in ſummo omnium rerum diſcrimine verſantem, liberandam, tam feliciter peregi. Hac eadem arte, etiam adhibita ironia, aduerſariorum capita refelli poterunt. At vero accuſator hoc caput refelleret, dicendo, Debebas quidem communi bono conſulere, ſed non hac ratione.

Decimum, alia ſententia, ſiue voluntatis & conſilij explicatio. Quo etiam referres cauſſarum tractationem, cum ſine cauſſa nihil fiat. In eo autem hoc decimum caput differt a quarto, quod ibi ſimpliciter conſilium, cauſſave proponitur, hic vero vtrunque artificioſe copioſeque tractatur.

Vndecimum, Trãſlatio, ſeu actionis, modive agendi vituperatio; vt, non habes in me actionem: non debebas in dicta cauſſa occidere, non gladio, &c. Exempla tibi ſuppeditant Cæliana, & Quintiana oratio.

Duodecimum, quantitas cõparata: vbi qua-

litas tractatur comparatione. Eſt enim amplificatio duplex: altera abſoluta, ſiue ſolitaria; abque comparatione: alia ex comparatione ſumpta. Hac ratione, in Roſciana ex pœnæ atrocitate maleficij magnitudinē demonſtrauit Tullius: quod caput tam reo, quam accuſatori eſt commune.

Decimumtertiū, Violenta definitio, qua cōtrarium affertur, & aliquid quod ſit præter hominum opinionem; & quod hyperbolem habeat dicitur: vt, non eſt hoc murum perfodere, ſed potius integrum conſeruare. Quod ſi non omnino oppoſitum inferre liceat, ſatis erit ſi quid diſsimile, & diſparatum inferatur; vt in remotione contingere poteſt. Hoc etiam caput eſt vtrique parti commune.

Decimumquartum, Theſis, ſiue quæſtio infinita, locuſve communis; vt in Roſciana, communis loci tractatio, de violato mandato: vbi theſis duas habet propoſitiones. Solent enim Oratores docilitatis cauſſa, ſemel; iterum, tertium, & quartum eandem rem indicare. In allato exemplo, hæc infinita quæſtio tractari poßet, Liceat ne vrbis Præfecto, quoquo modo poteſt, ſuum præſtare munus, etiā inuitis ciuibus, qui quod expediat, ſæpe non vident: an potius ciuiū arbitrio omnia gerenda eſſe. Huic per Metalepſin obijceret accuſator, poße quidem ſuum tueri munus, ſed non inconſultis omnibus, ſal-

tem

tem magiſtratibus; cui hæc eſt contraria Antilepſis, licet Præfecto ex ſuo officio, nullius conſilium requirere; idque militarem diſciplinam expoſcere.

Itaque Decimumquinctum, caput eſt ſecunda, ſiue altera Tranſlatio, ſiue Metalepſis aduerſarij, in qua eſt reprehenſio modi actionis; vt ecce, Debebat id cum ciuibus, ſiue magiſtratibus communicare: cui, vt dicebam, ſua opponitur a reo Antilepſis.

Decimumſextum qualitas abſoluta, quid autem nomine qualitatis intelligendum ſit, non ſemel ſupra explicatum fuit, præſertim in capitibus conſtitutionis definitiuæ. Hæc igitur qualitas, vt breui dicam, ex ijs ſumitur, quæ in perſona ſpectantur.

Decimumſeptimum, communis qualitas, ſiue epilogus & peroratio, ad eum modum, vt ſupra eſt dictum. Continet ergo qualitas breuem argumentorum repetitionem, animorumque commotionem, cauſſæque commendationem.

Decimumoctauum, repetita ſententia, ſiue voluntas: cum rei, vel actoris voluntas cum animorum tractatione repetitur. Quo loco illud admonuerim, cum plures aſſumptiuę qualitatis partes ſumuntur, illam quæ eſt præcipua a qua cauſſa nomen ſumit, in quarto loco, vt diximus, ponendam eſſe. At vero deprecatio, quando cum alijs aſſumitur, in poſteriore poni-

 tur.

tur. Illud etiam addiderim, cum ſola ſumitur deprecatio, ſeu cum principem habet locũ, poſſe adhiberi aliquo pacto, aliquam ſaltem, ex aliis tribus antitheſis partibus, vt ingenioſus fecit Vates, cum perpetratum peccatum in vitiatam naturam aliquo pacto retulit, cum dixit, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, Neque illud præteribo, deprecationem quattuor præcipuos locos continere, a quibus ducitur, calamitatem, merita præcedentia & dignitatem, innocentiam, ac promiſſionem vitæ melioris, & grati animi ſpem. Vnde regius Vates, Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Deprecationis ſingulare exemplum habes in epilogica qualitate Miloniana. Eſt etiam artificioſa deprecatio illa Illionei apud Virgilium; vbi miſeriam, merita, innocentiam, & pollicitationem animaduerteres. Sed de his capitibus, & de tota hac conſtitutione ſatis.

Libro 1. Aen.

De ſtatu Negotiali. Diſput. XVI.

NEgocialem Statum non vna eademque ratione a dicendi Magiſtris explicari ſolere ſuperius docuimus: de quo, ſi eo declaretur modo, vt Tullius & Fabius fecere, nihil ſpeciatim eſſet dicendum: at vero ſi Hermogenianam explicationem ſequamur, de eo priuata poteſt eſſe diſputatio, quam propoſuimus & fere iuxta Hermo-

Hermogenis doctrinam nonnullis poſitionibus explanabimus.

Prima poſitio, quamuis negocialis conſtitutio non ſit ſpecie diſtincta a ſtatu qualitatis: tamen conuenienter ſeorſim de ea ſcribitur. Quod non diſtinguatur patet: quia in ea ſemper quæritur qualitas; quod ſeorſim conuenienter explicetur, ex eo eſt manifeſtum, quia habet certa quædã capita ab alijs conſtitutionibus diuerſa, vt in ipſa explicatione patebit; Quæ tamen, & fortaſſe magis conuenienter, ad diſputationem de genere Deliberatiuo, de quo alio agetur libro reijci potuiſſet.

Secunda poſitio, ſtatus negocialis eſt quæſtio, quæ de re quapiam facienda, vel non facienda in Senatu, vel cõcione tractatur. Ex qua deſcriptione primũ intelligitur cur hic ſtatus hoc nomine appelletur: cum negocium proprie dicatur de rebus a nobis efficiendis. Deinde ex eadẽ deſcriptione percipitur, quo pacto a Iuridiciali conſtitutione differat, loco nimirum, quia iuridicialis in foro, negocialis extra forum tractatur; & tempore, cum hæc ſit de futuro, illa vero de præterito.

Tertia poſitio, negocialis Status, partim eſt rationalis, partim legalis; hoc eſt, partim ratione, partim lege tractatur. Nam deliberatio interdum ex legis diſpoſitione pendet, indeque totam probationis vim ſumit, interdum vero a

ratione ipſa. Si ergo ex lege oriatur diſceptatio legalis, ſi ex re, rationalis dicetur: illa ex dicto, ſiue ex verbo, & ſententia, hæc extra dictũ nominatur. Legitimę negociationis exemplum ſumere licet ex cauſſa Maniliana; rationalis ex ſeptima philippica.

Quarta poſitio, negocialis & legitima conſtitutio appellari poteſt ea in qua de lege ipſa, vel ſtatuenda, vel non ſtatuenda, conſeruanda, vel abroganda ageretur: quæ conſtitutiones ſua habent capita, vt progymnaſmatum ſcriptores Theon. *docent; de quibus poſtea nonnihil dicetur.*

Quincta poſitio, negocialis ſtatus habet quędam capita communia cum iuridiciali, quæ ſunt iſta. Qualitas abſoluta; vt honeſtum eſt contra Turcas bellũ ſuſcipere; quiquid aliquando quidam ſtultus hæreticus ſomniauerit. Qualitas aſſumptiua, quia ipſi nos prouocarunt, & iniuſte bellum intulerunt. Comparatio, ſatius eſt bellum gerere, quam ſinere religionem euerti, & quotidie aliquid detrimenti capere. Metaſtaſis, ideſt remotio criminis, quia Summus Pontifex id præcipit.

Sexta poſitio, huius Status capita propria ſunt fere iſta. Scriptum, ſiue humanum, ſiue diuinum; & oracula, huc referres conſuetudinẽ: bonorum ſcriptorum, vt Philoſophorum, hiſtoriographorum, & aliorum auctoritates: Iuſtũ, ſub quo ius non ſcriptum continetur: Vtilitas,

id nimirum, quod eſt Reip. cõmodum ad aliquod bonum retinendum, acquirendũ, aut ad malum vitandum, remouendum, minuendumve. Facultas, ſiue fas & poſſibile; nam quod eſt difficile, pro eo habetur, ac ſi fieri non poſſet. Laudabile hoc eſt id, cuius ratio probabilis, iuſta & honeſta reddi poteſt, & honorificum glorioſumque exiſtit Reip. & Deo. Denique, euentus, id videlicet, quod futurum eſt. Atque hæc ſunt capita, quæ ſuaſor ſpectabit: is vero qui diſſuadet, contrarijs vtetur capitibus: vt, malo euentu turpi, difficili, ſiue impoſſibili, & alijs: qui loci a quibuſdam vocantur capita finalia.

Septima poſitio, in negociali conſtitutione, quæ ſcripto nititur. Primũ conſideranda eſt lex ipſa, an alia ſit verborum poteſtas, an alia legiſlatoris voluntas, an iſta duo ſint inter ſe contraria. Deinde, an in contrarium ſit lex aliqua. Poſtea, ſi nulla eſt lex propria, videndum erit, an extet alia par vel ſimilis. Denique an aliquid in lege ſit ambiguum. Quod ſi omnino lege deſtituimur, ad conſuetudinem confugiendum erit: quæ tractatur per intentionem & depulſionem, vel confeſſionem, & compenſationem; vt, ſi dicatur, rem nouam petis, rem nouam non peto: vel rem nouam peto, ſed rem nouam feci.

Octaua poſitio, caput quod ab iure, ſiue a iuſto & æquo ſumitur eas habet partes, quas

de ſtatu iuridiciali agentes numerauimus: quare vna, vel pluribus partibus vti licebit. Habet hoc caput qualitatem, vel abſolutam, vt, iure peto; vel aſſumptiuam; vt, ideo peto, quoniam id ſæpe factum eſt.

Nona poſitio, vtilitas, quæ potiſſimum deliberationibus inſeruit, duas habet partes; vſum, ſiue commoditatem, & neceſſitatem. Commodum id eſt, quod ſi adeſt iuuat, ſi abeſt non plurimum nocet. Neceſſarium vero, quod ſi abſit aliqua calamitas futura eſt. De vtilitate & commodo ſemper eſt diſceptatio, de neceſſitate non ita, modo ſit perſpecta. Quæ duæ partes, vel coniunctim tractantur; vt, cum non ſolum vtilitas, ſed etiam neceſſitas demonſtratur: aliquando per antipariſtaſin, & conceſſionem; vt, cum conceditur aliquid eſſe turpe, ſed bonum neceſſarium. In tractatione primum vtile, tum neceſſarium ponitur: ſed interdum prius neceſſitas demonſtratur; quando nimirum eſt obſcura, vt in Maniliana: quæ varijs modis tractari ſolet, vt plane docebo, cum de locis generis deliberatiui ſequenti libro diſputabo. Vbi etiam priuatim de poſſibili, cuius duæ ſunt partes, facile & difficile, agetur: quod caput tractari poteſt, vel per aſſeuerationem & contrarias ſpecies, dicendo eſt facile, eſt difficile; & tunc, ſi gratia exempli, deliberatio eſſet de bello gerendo, locus, tempus,

Lege Ariſt. lib. 1. Rhetori. c. 17.

pus, iter, hominum induſtria, vires, & id genus alia conſideranda erunt, ex quibus facilitas, & difficultas innoteſcunt: quæ capita partim in rebus, partim in perſonis ſpectantur: quorum conſideratio, vel abſoluta, vel comparata eſſe poteſt; vel per negationem, & conceſſionem, non eſt difficile, & eſto eſſet difficile, tamen eſt valde neceſſarium. Ariſt. lib. 2. Rheto. c. 20. Demoſt. Olynth. 2

Decima poſitio, gloria ſiue laus, commemoratio nimirum præſens, vel futura rei honeſtæ eandem habet conſiderationem cum vtili: pro gloria retinenda, vel acquirenda: pro ignominia repellenda, aut auertenda. Quare, cum omnes homines, vel vtili, ve honeſto commoueantur, eodem modo hæc duo capita tractari poterunt: ſed ſemper videndum erit, vtro auditores magis moueri ſoleant, & illud priuatim vrgendum erit: maiorem tamen vim habebit oratio, ſi vtrunque iungatur.

Vndecima poſitio, euentus, qui maximam vim in deliberationibus, habet, eſt vtilitatis & gloriæ conſecutio, qui locus, etſi re idem eſſe videatur cum vtili & glorioſo: tamen tempore, & tractatione differt. Tempore quidem, quia ſemper conſequitur: tractatione, quia illa alibi attinguntur, hic amplificantur: alibi euentus ad aliorum probationem inducitur, hic ad comprobandum euentum alia afferuntur: et denique, illa alibi ſine complexione, hic cum complexione

plexione tractantur, hoc eſt, per hypotheſin, ſiue dilemmate conditionali, quod non facilè ſolui poſſit; hoc modo, ſiue conſequemur, ſiue non conſequemur quod volumus, expedit nobis vt rem aggrediamur. Circa hos locos illud vniuerſe notandum occurrit, ſi his ad noſtram opinionem per affirmationem firmandam, vti non poterimus, demonſtrare conabimur, id quod nos ſuademus, non eſſe contra legem, contra iuſtum, & honeſtatem, & nihil damni inde contingere poſſe.

Duodecima poſitio, ſi negocialis conſtitutio ſit de lege retinenda, aut non retinenda, ſtatuenda, aut non ſtatuenda, non eſt eadem cum illa quæ ſtatus legitimus appellatur. Nam pragmatica de lege conſtitutio, eſt de lege ipſa: legitima vero, de legis ſententia: ibi ex ſe laudatur, aut vituperatur lex, hic ad vſum traducitur: quamuis qui ea vtuntur, eam interdum laudare & vituperare ſoleant.

Fab. li.2. c.24.

Duodecimatertia poſitio, qui pro lege dicet, eam commendabit: qui contra, dicturus eſt, vel totam, vel partem vituperabit: qui hac methodo vti poterunt. Primum afferenda erit aliqua procataſtaſis, breuis nimirum præparatio & ingreſſio ad rem ipſam. Neque enim lex vlla rogari, aut abrogari debet ſine aliquo exordiolo, & inſinuatione; cum, vt præcipit Plato, non vi, quod tyranni faciunt, ſed ratione

ne

ne & æquitate lex ſuadenda, aut diſſuadenda ſit. Vt omittam, quod legum rogatio & abrogatio honeſtatem obſcuram habent. Vnde apud Locrenſes, nouæ legis ſuaſor laqueo ceruici adligato pro concione legem recitabat: ſi placebat, nihil laudis, aut præmij referebat: ſin tanquam pernicioſa, aut inutilis reprobabatur, ille eo ipſo laqueo, quem geſtabat ſuffocabatur. Quamuis multo facilior erit abrogatio, cuius multæ eſſe poſſunt manifeſtæ rationes, quam innouatio. Deinde attingenda erunt illa eadem capita, quæ ſupra numerauimus, lex, honeſtas, vtilitas, facultas, & euentus: ſi ſit otioſa, vana, & obſcura. Præterea licebit arguere ex legiſlatoris & aliorum voluntate & auctoritate, definitionibus, ſyllogiſmis, & denique communi qualitate. Et vt huic diſputationi ſit finis, pro ſtatibus negocialibus tractandis vſui eſſe poterunt Demoſthenis Olynthiacę, Ciceronis philippicæ, & orationes pro lege Agraria, & nonnullæ aliæ quæ apud Liuium, & alios hiſtoricos leguntur.

De ſtatu Tranſlationis. Diſput. XVII.

NOn eſt inter dicendi Magiſtros, certe de Tranſlatione ſententia, an ſit vnus ex primis ſtatuum generibus, an vero ſub aliquo alio ponatur genere. Quo fit, vt paullo accuratius

Iuriſp. li. 44. Pand. tit. 1. & li. 8 Cod. ti. de excep. Fab. lib. 3 c. 6. & li. 7 c. 5. Cap. 23.

hæc controuerſia explicanda ſit: quamuis quid in hac dubitatione ſentire oporteat, ſupra docuerimus. quod autem ibi dictum fuit, a veritate abſit, his poſſet rationibus perſuaderi.

Primo, auctoritate multorum non infimæ notæ Rhetorum, qui Tranſlationem; ab alijs tribus conſtitutionum generibus ſepararunt: ita M. Tullius libro priore de Inuentione, Trapezuntius libro primo, Lullus libro primo, & nonnulli alij, qui, cum minoris ſint auctoritatis, nihil eſt neceſſe, vt ſpeciatim citentur.

Secundo, in iuridiciali conſtitutione quæritur de qualitate rei, in hoc vero ſtatu nequaquam; ſed de actione ipſa, & ante iudicium: quo fit, vt Tranſlatio non poſſit ſubijci qualitati, cum ea antecedat. Sunt igitur conſtitutiones omnino diuerſæ.

Tertio, ſtatus qualitatis oritur ex depulſione rationis, ſiue ex congreſſu rationis & firmamenti: at vero Tranſlatio, ex prima depulſione naſcitur: quare cum aliam habeat cauſſam, & ſit qualitate prior, ei ſubijci non poterit: ſic enim diſputat Trapezuntius. In hac difficultate hæ ferè ſunt auctorum ſententiæ.

Lib. 3. c. 6.

Prima Quinctiliani, qui hanc conſtitutionem, tum a generalibus, tum a ſpecialibus reijcit: affirmatque Tranſlationem non habere quæſtionem de qua Orator contendat, ſed propter quam contendat. Ideo autem hic auctor exi-

ſtimat

ſtimat Tranſlationem ſtatum non facere, quia in ea non ſiſtitur: & quia ſtatus non oritur ex prima conflictione, ſed ex ſecunda, ex qua proficiſcitur iudicatio: quæ ſemper facit ſtatum qualitatis. Quo fit, vt interdum coniectura, interdum definitione, interdum conſecutione tractetur. Huic opinioni ſeſe oppoſuit Lullus.

Secunda ſententia aliorum, quos citaui in primo argumento, qui exiſtimant Tranſlationem facere genus quęſtionis ab alijs diſtinctum; ita vt quattuor facienda ſint ſtatuum genera. Illud priuate addit Trapezuntius, hunc ſtatum continere quidem qualitatem, ſed tamen non eſſe ſubijciendum qualitati, ob eas rationes, quas attulimus.

Tertia ſententia aliorum, qui putant, Tranſlationem, ſiue exceptionem non facere genus ſtatus diſtinctum; ſed pertinere ad genus qualitatis, cum in ea de qualitate quæratur, quod ſane negari non poteſt. Concedunt tamen habere ex ſe aliquam controuerſiam, in quo diſſentiunt a Fabio: cum etiam ex prima conflictione ſtatus oriri queat. Vt autem quid in hac dubitatione non ſatis aperta tenendum ſit, facile explicemus, vnum, vel alterum ſubijcio fundamentum.

Primum fundamentum, in quo nonnulla proponam exempla, quibus hoc quæſtionis genus, & citatæ ſententiæ melius intelligentur.

Inter alia igitur, quæ ad iudiciorum tractationem requiruntur, ſunt quædam agendi formulæ, quæ litigare volenti ſeruandæ ſunt: quas qui non ſeruat, ab agendo repellitur, & cauſſa cadit; vt ecce, quod agendum ſit aduerſus reum certa actione, apud certum iudicem, certo tempore, & ſic de alijs circunſtantijs. Si ergo aliquis cuipiam diem dicat, non apud eum iudicem, cuius eſt cauſſā cognoſcere, is ab aduerſario per exceptionem, quod non poſſit res a tali Iudice cognoſci, repellitur. Prætor, exempli gratia, non poteſt cauſſam cognoſcere, in qua agitur de maxima pecuniarum ſumma: creditor diem debitori apud iſtum iudicem dicit, is ſe tuetur, non tibi licet, hoc iudice, mecum agere. Et quia hæc depulſio non conſiſtit, niſi reddatur ratio, ideo ſubdit, Maior eſt ſumma, quam iſte cognoſcere, hoc eſt, iudicare poſſit: at vero creditor rationem refellit dicendo, non eſſe maiorem ſummam, vnde naſcitur iudicatio, An maior ſit ſumma, quam quæ ab hoc iudice cognoſci queat. Hæc quæſtio, ideo dicitur Tranſlatio, quia quæritur de transferenda cauſſa in alium iudicem: Vbi duas quæſtiones vides, quarum prima eſt, An iſte ſit legitimus huius cauſſæ iudex: in qua, vt patet, de qualitate quæritur; & de Ciceronis ſententia, hic eſſet totius controuerſiæ præcipuus ſtatus. Altera, an tanta ſit pecuniæ ſumma, de qua Prætori

Cic. lib. 1. de Inu.

tori cognoſcere liceat; & hæc, iuxta Fabij doctrinam ſtatum conſtitueret. Rurſus, cognitor, hoc eſt, vt Aſconius ait, qui cauſſam abſentis tuetur, qui ſolicitator vulgo dicitur, diem alicui dicit, & debitas pecunias repetit, is qui debet, excipit, & ab iſto actionem in alium transfert, dicendo, Non debes mecum agere: atqui hic non eſt ſiſtendum, ſed ratio ſubijcienda eſt, Non potuiſti cognitor fieri, quia infamis es, quæritur, an fieri potuerit. Similiter ſi quis ageret aduerſus quempiam eo tempore, vel loco, vel lege, vel alia ratione, qua non liceret, is qui in iudicium vocatur, ſe per exceptionem, tranſlationemve tueretur. Atque ex his, quid hic quæratur, quid ſibi velint citatæ ſententiæ ſatis planum eſſe arbitror.

Secundum fundamentum, in quo varias huius ſtatus appellationes, quæ hanc controuerſiam obſcuriorem faciunt, recenſebo, & explanabo. Inter alias ergo reſponſiones, quibus reus actoris intentioni ſeſe opponit, eſt illa, quam Græci Metalepſin vocant, latine Tranſumptio, Cicero Tranſlationem & Commutationem nominauit: quidam, Actionis quæſtionem, Quæſtionem de iudicio inducendo: alij, vt paſſim Iuriſperiti, exceptionem, Quinctilianus Præſcriptionem appellauit. Item, finis declinatorius non procedendi, aut non admittendi,

litis ſummotoria exceptio, & explicandæ litis diuerticulum: græce Paragraphicos agon, cui Euthydocia, ſeu Euthia opponitur, lis ſcilicet, cui nihil præſcribi poteſt, iſagogiſmus. Vt autem hæc melius diſcernantur, animaduertendum eſt, exceptionem, aut refellere totam actionem aduerſarij, aut reſponſionem & rationem: idque partim concedendo quod dicitur, partim negando, aliquam afferendo cauſſam, qua alio actionem, rationemve transfert: Actio, vi legis potiſſimum remouetur; reſponſio vero, aliquo facto & cauſſa. Quo fit, vt Metalepſis vniuerſe ſumi poßit pro quacunque exceptione, & priuatim pro illa, qua interimitur actio. Erit igitur duplex, altera, qua vi legis tollitur actio, quam Græci Paragraphen, nos Præſcriptionem vocamus, de qua ſtatim aliquid dicemus: altera, quæ modo agendi eſt contraria; vt, ecce, occidiſti, depulſio abſoluta, iure occidi aggreſſorem: Exceptio, ſiue metalepſis, At non debueras indemnatum. Et hæc rurſus duas habet partes; quarum vna omnino reſiſtit & negat, quam Græci Enſtaſin, & eſt inficiatio quædam; vt, Non licuit tibi iure hominem occidere, etiam aggreſſorem: altera, quæ eſt cum correctione iuncta, quæ græce Antipariſtaſis, latine, inſtantia, & obſiſtentia; vt, Etſi licet, non tamen ſic, non ſine iudicio. Vtraque igitur rationi aduerſatur, tam inficiatio, quam

obſiſtentia. Metalepſis ergo ſiue exceptio, vel adhibetur contra actionem, quod male intentata ſit: vel contra intentionem, ſeu petitionem, quod iniqua: vel contra abſolutionem, quod ſit nulla, & infirma, quæ infirmatio & relatio dicitur, ſicut illa, præſcriptio. Eſt autem duplex præſcriptionis forma; vna perfecta, qua lege, ſcripto, pacto ve penitus tollitur actio, aut certe differtur, & vitatur: altera, imperfecta, quæ aliqua circunſtantia, ſimili, oppoſito, æquo, & bono nititur, & non omnino tollit actionem, reprehendit tamen, & criminatur litem. Et quamuis olim præſcriptio idem eſſet, quod exceptio: tamen nunc apud Iuriſperitos, priuatim eam deſignat exceptionē, qua poſt certum tempus, ea excluditur actio, qua quis rem ſuam repetit, ad quam repetendam, facta iam præſcriptione, a lege non admittitur: de qua nonnihil in Tractatu de rerum reſtitutione ſcripſimus. Dicitur autem hæc conſtitutio græce Paragraphe, quaſi diceres iuxta ſcriptio, vel adſcriptio, adnotatioque: quaſi ſignum & nota in margine adſcripta, qua deſignatur lex aliqua. Vel certe ſic dicitur, quaſi contraria verbo ἐγγράφειν, quod eſt in iudicium ducere, & coram populo ſiſtere. Atque hæc adnotaſſe ſufficiat: quæ dicenda reſtant in ipſis poſitionibus afferentur:

Prima poſitio, Tranſlatio ſtatum quendam

ab alijs diuerſum conſtituit; cuius primus inuentor fertur Hermagoras. Hoc affirmauerim contra primam ſententiam: quam primum communi ſcriptorum auctoritate refelleres: cum omnes meliores ſcriptores hunc ſtatum, ſiue quæſtionem ab alijs ſecreuerint; & re vera ſecerni poteſt, ac debet; tum ob doctrinæ commoditatem, vt ait Trapezuntius, vt priuatim explicetur; tum ob ipſius rei naturam; cum alia ſit de actione, alia de re, de qua inſtituitur, controuerſia. Adde etiam, quod ſi in ſtatibus, aut quæſtionibus poni non poteſt, maxime, quia in ea non ſiſtitur, vt arguit Fabius, ſed vlterius ad aliam quæſtionem itur, vt ex primo patet fundamento: atqui, vt ſupra docuimus, in hoc vehementer errat Fabius, quia illa ſecunda queſtio, vt gratia exempli, An quis Cognitor fieri potuerit, tractatur propter illam, An ſit vere Cognitor: igitur, iſta vere dicetur ſtatus, cum in ea tandem tota conſiſtat oratio.

Secunda poſitio, Tranſlatio, non facit genus quæſtionis per ſe diſtinctum ab illis tribus, de quibus ſæpe diximus, ſed eſt quæſtio qualitatis. Hoc affirmauerim cōtra ſecundam ſententiam, quam hit rationibus impugno. Primo, hic ſtatus, etiamſi in prima quæſtione ſiſtamus, qualitatem continet, quod negari non poteſt, cum de actionis honeſtate, ſiue iuſtitia, rectitudineue

quæratur:

quæratur: atqui iſta expreſſam qualitatem habent: igitur ad qualitatem reuocabitur. Deinde, quoniam rationes, quibus contraria nititur ſententia, nullius ſunt momenti, vt in earum ſolutione patebit. Poſtremo, accedat cõior Rhetorum in hac re conſenſus. Hoc in matura ætate ſenſit Tullius, qui in libris Rhetoricis poſterius ſcriptis, Tranſlationem tanquam diſtinctam conſtitutionem non enumerauit. Et in Partitionibus quæſtiones actionis, ait a iudicijs ſeparari magis tempore, quam generis diſſimilitudine. Exiſtimat enim omnia quæ de iure, aut de ęquo & bono diſputantur, vt ſunt quæ in Tranſlationibus quæruntur, in illud genus cadere, quo, qualequid ſit ambigitur. Idem docet Fabius, qui non modo hanc conſtitutionem a qualitate non diſtinguit, ſed nec vllam quęſtionem ſtatumve facere arbitratur. In eadem ſententia videtur fuiſſe Hermogenes; qui quamuis nec in generali ſtatuum diuiſione, nec in ſubdiuiſione huius conſtitutionis meminerit: tamen de ea poſt ſtatum negocialem, ante ſtatum legitimum diſputauit: ac proinde eam ad ſtatum qualitatis pertinere, exiſtimaſſe, non temere affirmares. Nam, cum qualitatem in rationem & ſcriptum diuiſiſſet, aggrediens Tranſlationem, eam in rationem & ſcriptum diuidit.

Tertia poſitio, Tranſlatio, ſiue exceptio, &

præſcriptio, ſic definiri poteſt, Tranſlatio eſt ſummotio petitionis, qua aduerſario experiundi nobiſcum facultatem adimimus, agendive modum damnamus. Vel, Tranſlatio eſt quæſtio, qua de actionis remotione, aut vituperatione agitur: Vel declinatio rectæ & apertæ defenſionis, aut iudicij: vel fori vitatio, & declinatio; ſic enim aliqui deſcribunt. Quæ deſcriptiones, tum ex ijs quę diximus, manifeſtæ ſunt, tum ex ijs quæ dicentur, adhuc manifeſtiores fient.

Quarta poſitio, Tranſlatio duplex eſt, altera perfecta, altera imperfecta: quæ duæ formæ his modis maxime differunt: illa actionem perimit, & idcirco peremptoria dicitur, iudiciumque declinat: hæc ſolum modum agendi damnat, ex aliqua circumſtantia ſumpta ratione; cuius exempla ſumere licet ex oratione pro Quintio, & pro A. Cæcina: illa lege ſcriptove præcipue innititur; hæc vero ratione. Quo fit, vt in legalem & rationalem diuidi ſoleat. Perfectæ Tranſlationis partes, ſiue quæſtiones, ſunt variæ: alia coniecturalis; vt, non tibi licet agere, quia non es factus cognitor: ſum factus cognitor: quæritur, factus ſit, nec ne. alia definitiua; vt, non potes mecum agere ſacrilegij, quia rem ſacram auferre ex loco profano, ſacrilegium non eſt: quæritur, an ſit ſacrilegium. alia iuridicialis, ſiue conſecutionis;

nis; non licet tibi agere, quia iure cognitor fieri non potuiſti: oritur dubitatio, an iure fieri potuerit: alia negocialis, & denique alia legalis: quæ omnes quæſtiones ſuis capitibus tractantur. Quæ autem ſint ſingularum capita, ſupra docuimus, exceptis capitibus ſtatus legalis, de quibus infra dicetur: qui ſunt, ſcriptum, ſententia, contrariæ leges, & ratiocinatio.

Quincta poſitio, rationalis tranſlatio quæ ſcripto non nititur, ex Hermogene duodecim capitibus tractari poteſt, & ſunt iſta. Intentio, ſeu propoſitio, & diuiſio; vt vxorem occidiſti, ac proinde reus homicidij es: quæ intentio cum quadam amplificatione adhibenda erit. Repulſio, ſiue recuſatio, quæ ſemper legi innititur: non debeo eius cędis rationem reddere, quæ mihi a legibus conceſſa eſt: adulterã enim occidi. Hic quoniam, quod affertur negari non poteſt, ad aliquam circumſtantiam confugiendum erit. Metalepſis, ſiue tranſlatio, non licuit tibi vxorem non deprehenſam in adulterio, occidere. Ratiocinatio, nihil differt, poſt perpetratum adulterium, & in ipſo adulterio occidere. Definitio, qua iſta duo multum inter ſe differre demonſtrabitur. Antitheſis, ſiue aſſumptio, digna eſt nece vxor illa, quæ marito fidem non ſeruat; ſiue in delicto ſit comprehenſa, ſiue non, Alia Metalepſis aſſumptioni oppoſita; non expedit, neque conſentaneum eſt, vt

maritis liceat quocunq; tempore vxorem adulteram necare. Antilepſis, ſiue abſolutio, immo id maxime confert, vt vxores timore perterritæ a tanto facinore abſtineant. Poſitio, ſiue quæſtio infinita, an expediat talem facultatem per leges maritis tradere, vt poſſint adulteras vxores occidere. Totiue negotij qualitas, quæ ex ijs locis ſumitur, de quibus ſupra ſæpe eſt dictum. Denique, poſtremo loco additur voluntas ſiue intentio.

In hoc itaque ſtatu diſponendo, primum exordiendum eſt; deinde narrandum, ſiquid occurret: poſtea proponendum: mox excipiendum, & exceptio confirmanda, & contraria remouenda, ac denique perorandum. Atque hæc ſunt quæ de Tranſlatione nobis dicẽda duximus. Reſtat vt argumenta ſoluantur.

Ad primũ magis tenendũ eſt, quod Tullius in matura ætate docuit, quã quod in iuuenili, in libris quos ſibi excidiſſe ipſe affirmat. De alijs, non eſt tanta eorum auctoritas, vt nobis ſequendi, aut defendendi ſint.

Ad ſecundum, eſto quod in vno ſtatu de rei in alio de actionis qualitate quæratur: tamen ſatis eſt, quod vtrobique qualitas inueſtigetur, vt ſub vno genere poni poßint; idque non impeditur ex eo, quod actio antecedat, & qualitas ſequatur; vt in reſponſione ad tertium planius dicetur.

Ad

Ad tertium, infirma omnino atque imbecilla eſt iſta ratio quoniã, licet tranſlatio priore loco tractanda ſit; tamen quia in ea de rei qualitate quæritur; ideo ad ſtatum pertinet qualitatis. Sicuti, nõ propterea quod cor prius exiſtit, quã animal, ſequitur quod nõ contineatur in eo, neque ſit eius pars. Vt omittam, quod hic non conſiderantur ſtatus, vt in re ſunt, ſed ſecundũ ſuã rationem atque naturam, ex qua habent, vt in hoc vel illo genere collocari debeant.

De Legitimarum quæſtionum ſtatibus. Diſputatio XVIII.

QVoniam vero in cauſſis agendis maxima firmamenta, ex lege & ſcripto ſumuntur; vt optimus cauſſarum actor aliquando affirmauit Cicero; ideo, cum in legum & ſcriptorum vſu dubitationes ſæpenumero exoriri ſoleant, dicendi Magiſtri Statum quendam legitimarum quæſtionum excogitarunt, & de eo ſpeciatim præcepta tradiderunt. In Top.

De quo duo potiſſimum dubitari ſolent: alterum, an ſit genus quoddam ab illis tribus, de quibus ſupra egimus, diuerſum, an vero ad unũ ex illis reuocetur: alterum, an plures ſub ſe habeat partes; &, ſi habet, quot & quæ illæ ſint; quæ omnia hoc ordine explicabo. Primum, de ipſo genere vniuerſe agam: Deinde, eius ſingulas

las partes,percurrẽdo , capita, quibus tractari poſſunt,ex Hermogenis doctrina,indicabo. Quæ autẽ rationes hic dubitationem faciunt, hę ſunt.

Macr. Geor. *Primum, quod ſit ſtatus quidam ab alijs diuerſus multorum Rhetorum auctoritate probare liceret: quam auctoritatem ea confirmat ratio,quia hoc genus quæſtionis plures habet ſub ſe partes,quæ ſub alijs generibus non continentur: eſtque de ſcriptura ipſa,quæ eſt a facto, & a re, quæ in iudicium venit diuerſa: diuerſum igitur faciendum eſt conſtitutionis genus.*

Deinde,quod attinet ad partes,communi ſcriptorum ſententia quattuor partes numerantur; ſcriptum & ſcriptoris voluntas, contrariæ leges,ambiguitas,& ratiocinatio,ſiue par ratio; quas planius poſtea explanabo:atqui ſi quis accurate ſubtiliterq; rem perpendat, facile videbit ratiocinationem non diſtingui a prima, hoc eſt ab ea, quæ naſcitur ex ſcripto & ſcribentis voluntate: quæ ſi duplicetur, eadem eſſe videtur cum ſecunda, ſeu ſecunda cum illa: vt planius poſtea dicetur; non erunt igitur quattuor legitimarum quæſtionum partes.

Praterea illud etiam dubitationem facit, an Metalepſis, ſiue Tranſlatio,ad hunc ſtatũ pertineat; cum,vt ſupra diximus,perfectus tranſlationis ſtatus ſit legitimus: quare tranſlatio ad legitimas quæſtiones reuocanda erit.

Denique, illud quoque nonnihil dubitationis

nis habet, an legitima conſtitutio admittat definitionis, & coniecturæ ſtatum; quod facile quiſpiam affirmaret, ſi quod aliqui ſcribunt animaduerteret.

Atq; ex his, quæ in hac diſputatione ſint auctorum ſententiæ, haud obſcure intelligi poteſt. Nam, quod attinet ad diſtinctionem ab alijs generibus, quidam partem affirmantem ſuſtinent; alij, quorum ſententia eſt cõmunior & verior, negantem defendunt. De partium numero; in eam omnes fere ſcriptores iuere ſentẽtiam, quæ quattuor ſupra recenſitas huic generi ſubijcit partes. Ita Herennianus auctor, & Fabius, Hermogenes, Trapezuntius, & multi alij: at vero M. Tullius in rhetoricis maturiore iudicio ſcriptis, ratiocinationem a ſcripto non diſtinxit: & in contrariarum legum contentione, ſcripti controuerſiam duplicari docuit. Quare, vel duas tantum, vel tres legitimæ quæſtionis partes facere videtur; licet iunior cum alijs quatuor fecerit. Macrop. Lib.1. Lib.3.c.6 lib.7.c.6. 7.& 8. Libro 2. Orat. Lib.1. de Inu.

Quod ad Tranſlationem attinet, ſcriptor ad Herennium, eam in legitimis diſceptationibus collocat; quem nonnulli alij ſequuntur: Quibus quidam non ignobiles Rhetores refragantur. Macrop. Herbet.

Idem auctor, ſicuti & Cicero in ijs libris quos iunior foras dedit, definitionem ad eaſdem legitimas controuerſias pertinere dixit: quam doctrinam alij non approbarunt. De ſtatu coniecturæ

ſturæ, exiſtimarunt aliqui in legitimis quæſtionibus poſſe eſſe coniecturam: ſed hoc a vero abeſſe poſtea demonſtrabimus. Quid de toto hoc genere, & his difficultatibus ſentiendum ſit, ſequentibus poſitionibus explanabo.

Prima poſitio, quamuis hic ſtatus per excellentiam legalis & legitimus a lege nominetur: tamen ab omni genere ſcripturæ naſcitur, vt ſunt Chirographa, teſtamenta, & quodcunque aliud ſcripti genus, quo voluntas, obligatiove
Lib.7.c.6 *exprimitur: immo etiã ex verbis non ſcriptis, vt Quinctilianus docet.*

Secunda poſitio, ſtatus legitimus eſt controuerſia, qua de alicuius ſcripti ſententia quæritur. In ſcripto ait Cicero, verſatur cõtrouerſia, Lib.2. de Inu.
cum ex ſcriptionis ratione aliquid dubij naſcitur. Vbi animaduertendum eſt, non quoties de re quapiam in ſcripto poſita oritur dubitatio, diſceptatio vocabitur legitima, ſed ſolum quando eſt controuerſia de ipſo ſcripti genere, hoc eſt de ſcripti ſentẽtia, vt ex Cicerone, et Fabio, alijsq; Magiſtris diſcimus.

Tertia poſitio, legitima quæſtio, non eſt gene
Vltrai. *re a qualitatis ſtatu diuerſa: Ita M. Tullius, Fabius, & alij fere omnes: quibus ea ſuffragatur ratio, quod in hoc genere, ſemper de qualitate inueſtigatur: vt manifeſtum fiet ex ſequentibus poſitionibus, ac etiam ex ijs quæ de ſingulis legitimarum quæſtionum partibus dicentur.*

Quarta

Quarta poſitio, legitimarum quæſtionũ tres ſunt partes: ita vt omnis legalis controuerſia naſcatur, vel ex ambiguo, vel ex ſcripto & voluntate, vel ex contrarijs legibus: quare ratiocinatio, ſiue ſyllogiſmus ad voluntatem & ſcriptum reuocari debet: Hanc poſitionem ſtatuo pro ſententia Tullij retinenda, quam vnica ratione eaque veriſſima confirmabo. In vtraque controuerſia quæritur de ſcripti & ſcriptoris ſententia: igitur diſtinguendæ non erunt. Quod propoſitum fuit, verum eſſe demonſtro ex illo exemplo, cuius meminit Tullius in Bruto, quo Fabius vtitur in contentione de ſcripto & voluntate, quod tamen ad ratiocinationem pertinet: cum ex eo, quod ſcriptum non erat, aliquid poſſit deduci. exemplum eſt tale. Lib.7.c.6.

Coponius quidam huiuſmodi verba ſcripſit in teſtamento, M. Curius hæres eſto, ſi poſthumus ante tutelæ ſuæ annos deceſſerit. Non eſt natus poſthumus. M. Coponius & propinqui hæreditatem petebant: de qua re L. Craßus, & Scęuola diſputarunt, hic pro M. Coponio; ille pro M. Curio. In hoc exemplo vim habere ratiocinationem certum eſt: pertinere etiam ad contentionem ſcripti patet ex Fabio libro ſeptimo, capite ſexto, & ex Cicerone in Bruto; vbi cum huius cauſſæ mẽtionẽ feciſſet, ſcripti quæſtionem vocat. Verũ inter hos duos agendi modos aliquid diſcriminis aſſignari ſolet. Nam in quæſtione

Conr. in hũc locũ. Boeth in Top.

Fab. loc. cit.

quæſtione ſcripti & voluntatis, qui verba defendit, id fieri vult, quod ſcriptum eſt; verbi gratia, Peregrinum, quia murum aſcendit, necari: qui vero voluntatem interpretatur, id agit, ne quod ſcriptum eſt fiat, & cōtra ſcriptum dicit, verbi gratia, Ne peregrinus vrbis liberator interficiatur. At vero in ratiocinatione vtraque pars, quod verbis continetur, æquum eſſe & fieri oportere contendit: Verbi gratia, filio nato & mortuo antequā ad tutelam Curij perueniret, Curium hæredem eſſe oportere ait, qui voluntati innititur: qui vero verba defendit, nihil addi vult; nec aliud quippiam fieri, præter id, quod ſcriptum eſt; filio non nato, Curium hæredem eſſe poſſe, cum id in teſtamento ſcriptum non ſit. Verum cum hoc diſcrimen ſit pertenue, & ſimilitudo maxima, cum in vtroque genere altera pars verba defendat, altera voluntatem interpretetur, vt Fabius fatetur; prudenter Cicero vno nomine & genere, vtramque legitimam quæſtionem cōprehendit, exiſtimauitq; id eſſe contra ſcriptum verba facere, non ſolum quod ſcriptum eſt euertere conari, ſed omnino oſtendere in verbis non hærendum eſſe, ſed quærendam voluntatem: vt ex Bruto colligere licet, vbi Craſſum in cauſſa Curiana contra ſcriptum dixiſſe teſtatur, cum non id labefactare vetaretur, quod verbis contineretur, ſed ad id aliquid adiungendum eſſe contendere, quod fuiſ-

ſet

ſet a Coponio in ſcribendo præteritum.

Quod ſi velles etiam ſecundã ſpeciem, de qua ſequenti diſputatione dicam, ad primam reuocare, duas faceres partes: uerum docendi gratia, quattuor numerare liceat.

Quinéta poſitio, Tranſlatio non eſt legitimarum quæſtionum pars. Eſt hæc doctrina maniſeſtiſſima, quoniam multæ ſunt de tranſlatione quæſtiones, quæ legitimæ non ſunt, vt patet ex ijs, quæ ſupra ſcripſimus: & exemplo illo quo auctor Herennianus vtitur. Nam, etſi in ea controuerſia de eo quæratur, quod eſt in lege poſitum; tamen, nulla eſt quæſtio quemadmodum ſit intelligendum, in quo vis legalis controuerſiæ ſita eſt. Poſſunt itaq; in tranſlatione, vt demonſtratum eſt, criri legitimæ quæſtiones, ſed tranſlatio non eſt legitimarum quæſtionum forma. Quare, ſi hoc pacto eſſet in teſtamento ſcriptum. Hæres meus dato Paullo ducentos nummos aureos poſt mortem: ſi Paullus ſtatim eos poſt teſtatoris mortem petat, & hæres excipiat, ſe non hoc tempore eſſe obligatum ad pecuniam numerandam, niſi poſt ſuam mortem; oriretur quæſtio ex ſcripti ambiguitate, an ſcriptum de teſtatoris, aut hæredis morte intelligendum ſit. Merito itaque Fabius, cum alias contra ſenſiſſet, ſententiam hac in parte mutauit. Vltra.

Sexta poſitio, quæſtio definitionis non habet locum in ſtatibus legalibus. Nulla enim defini- Lib. 5. c. 6 Trap. li. 1. & 2.

ſtionis quæſtio cōſtitui poteſt, vt in ea quæratur, de ipſo ſcripti genere, ſit ne rectum, an contra: niſi præcipua diſputatio ſit de lege ipſa, iuxta ea, quæ de ſtatu negociali agentes diximus. Hanc doctrinā his verbis tradidit M. Tullius, Ne in definitionem quidem venit, genere ſcripti ipſius. Nam etiamſi verbum aliquod de ſcripto definiendum eſt, quam vim habeat; vt cum ex teſtamentis, quid ſit penus, aut cum ex lege prædij quæritur, quæ ſunt ruta cęſa: non ſcripti genus, ſed verbi interpretatio controuerſiā parit. Cum autē plura ſignificantur ſcripto, etc. Licet ergo per definitionē quæri poſſit, quid ſignificet verbum in lege poſitum, vt quid ſit maieſtas: tamen de lege ipſa, nunquam talis oritur dubitatio. Quo loco illud adnotandum eſt, legitimas quæſtiones nunquam oriri ex prima contentione, ſed ab extrema: nam ſcripta nunquā in contentione, aut depulſione proferuntur; ſed in ratione, aut firmamento. Quare non erit hęc prima quæſtio, ſiue intentio, Teſtamentum dat mihi poteſtatem petendi pecuniam; ſed illa, ius habeo petendi pecuniam; ad quam confirmandam affertur ratio ex teſtamento: quam, qui inficiatur per firmamentum refellit, vnde oritur iudicatio, quæ ſit ſcripti ſententia.

Cic. In part. *Septima poſitio, ſi ſtatus cauſſæ ſit coniecturalis, legitima diſceptatio exiſtere nequit. Nam quod factum negatur, id argui non poteſt ſcripto;*

pto; hoc eſt, nulla lege, nulloque alio ſcripturæ genere id reprehendi poteſt, quod factum non fuit. Afferuntur tamen in coniecturis ſæpenumero ſcripta, vt in quibuſdã actionibus in Verrem obſeruare licet: & interdum quid ſcripto ſignificetur, coniectura inueſtigari ſolet. Ita accidit in cauſſa illa, qua Rutilius a Scauro ambitus accuſabatur. Accuſator enim tabulas protulit, in quibus hæ erant exaratæ literę A. F. P. R. ſignificarique contendebat, Actum, Fide Publij, Rutilij: vnde coniecturam faciebat, P. Rutilij fide et nomine pecuniam Tribubus fuiſſe promiſſam. At vero Rutilius contra, hoc ſignificari aiebat, Ante Factum. Poſt Relatum. Atqui, Caninius quidã per iocum neutrum ſignificari clamauit, ſed hoc potius, Aemilius Fecit, P lectitur Rutilius. Cęterum, cum ſcripta ad quæſtionem facti probandam proferuntur, nunquam continent totam cauſſam: ſed vnum, vel alterum cauſſæ argumẽtum. Etenim in hoc genere indicatio eſt cum ipſo ſtatu coniuncta: neque diſceptationem habet, de ipſo ſcriptionis genere quale ſit, ſed ſolum aliquam coniecturam ad demonſtrandum ac refellendum factum: vt patet in tabulis allatis, vbi non quærebatur, recte ne ſcriptum eſſet, aut quid vis eſſet, aut iniuria, ſed ſolum accuſator inde coniecturam faciebat, quam reus per aliam interpretationem refellebat. Ex his colligere licèt, verum eſſe, quod

Cic. 2. Orat.

in tertia poſitione affirmauimus, quæſtiones legitimas eſſe qualitatis, & in ſolis cauſſis qualitatis ſcripta in rationibus & firmamentis adduci. Colligeres etiam, cur Cicero has controuerſias non ſtatus, ſed diſceptationes, hoc eſt iudicationes, vocat: licet interdum, quaſi quoſdam nouos ſtatus appellet, quæ tamen loquendi ratio, non eſſe ſtatus, ſed quandam ſtatuum ſpeciem & ſimilitudinem habere demonſtrat: & vt loquitur Fabius, propriam quaſi faciem oſtendere.

In Top.

Lib. 3. c. 6

Sed hic obijceret quiſpiam, vt quendam ſcrupulum remoueamus, Cicero aliquando omnes legales controuerſias ad ambiguum, & cōtrarias leges reuocauit, & alibi ad vnum caput, nimirum ad ambiguum, cum omnis de lege dubitatio ex ambiguo oriatur: non igitur tres legalium quæſtionum ſunt faciendæ partes ex Tullij ſententia, vt nos ſupra fecimus. Vt hanc obiectionem tollas, animaduerte, tria eſſe ambiguorum genera: vnum quod in ſingulorum verborum ſignificatione poſitum eſt: cuiuſmodi eſt illud apud Ciceronem, Ius tam nequam eſſe Verrinum; & hoc aliud, Sacerdotem execrabantur qui verrem tam nequam reliquiſſet: alterū in verborum collocatione; vt, ibis redibis non morieris in bello: ait te Aeacidem Romanos vincere poſſe: tertium, cū verba a ſcriptore prætermittuntur, quæ ſubintelligēda ſunt. Si ambiguitas

Libro 2. Orat.

Ibidem.

In Ver. Lib. 1.

guitas ex primo, vel ſecundo oriatur genere, tunc proprie dicitur ambigui controuerſia: ſi ex tertio genere, & in vno ſit tantum ſcripto, naſcitur diſceptatio de ſcripto & voluntate: ſi in pluribus ſcriptis, de contrarijs legibus. Cæterum, licet omnes legitimę contentiones ex aliqua ambiguitate naſcantur: tamen, quoniam in illis non parua cernitur diſſimilitudo; commodius in tres diſtribuuntur partes. Sed iam ad argumenta allata reſpondeamus.

Ad primum, quod attinet ad aliquorum Rhetorum auctoritatem, nos etiam multos pro noſtra ſententia habemus. Nec propterea quod ſub ſe aliquas habet partes, ſequitur eſſe genus quoddam diſtinctum, cum omnes hæ partes ad aliud genus reuocentur. Et licet ſcriptura ſit diuerſa a re, vel a facto: tamen, cum de eius qualitate quæratur, quæ fiunt de ea quæſtiones, qualitati ſubijciendæ erunt.

Ad ſecundum, quid dicendum ſit, ſatis patet ex ijs quæ in poſitionibus docuimus, & probauimus.

Ad tertium, patet ex doctrina in quincta poſitione allata.

Ad quartum, quid de dubitatione in hoc argumento allata ſentiendum ſit, plane in ſeptima poſitione explicatum fuit: nihil eſt igitur, cur aliquid priuatim reſpondeamus.

Explicantur omnes Legitimarum quæſtio num partes. Diſputatio XIX

Legitimarum quæſtionum natura declarata, ſequitur vt de ſingulis partib. agamus. de quibus ſeorſim, miſſis quæ afferri poſſent dubitationibus, quid tenendum ſit, al quot poſitionibus docebimus: & primum de ſcripto & voluntate.

Prima poſitio, prima legalium diſceptationũ ſpecies eſt ſcripti & ſcriptoris ſententia, quæ inter ſe minime conuenire videntur; vt in his exemplis perſpici poteſt. Lex eſt, qui tempeſtatis cauſſa nauim reliquerit, omnia perdat: qui remanſerit, & nauim & omnia retineat, ſi cõſeruata fuerit. Orta tempeſtate, omnes nauim reliquerunt, præter vnum ægrotum; nauis fortuito in portum venit: ægrotus, ex ſcripto nauim petit, cui legiſlatoris videtur obſtare ſententia. Heren. Auct. *Item, lex eſt, hoſpes ſi murum aſcenderit, capite puniatur: aſcendit hoſpes, & præclarum facinus, ciuitatem liberando, perpetrauit: ſcriptum & voluntas ſcribentis pugnant.*

Secunda poſitio, huius quæſtionis aliqui quattuor locos numerant; qui ſunt, ſcriptoris commendatio: cauſſa cur hæc fuerit eius voluntas: Plut. *exempla, quibus ſcriptoris voluntas interpretata fuerit: declaratio periculi, ſi non hanc, ſed aliam partem ſecuti fuerimus: de*

quibus

quibus lege Tullium in partitionibus verſus finem. At vero Hermogenes his capitibus has controuerſias tractari poſſe docuit, quæ nunc recenſebo: ſunt ergo iſta.

Intentio, ſiue propoſitio violatæ legis, ſcriptique recitatio: Murum contra leges aſcendiſti. Qui vero voluntate nititur, eandem legem proponet, ſed per exceptionem a circumſtantijs ſumptam.

Voluntas ſiue intentio rei, qui per præteritionem ſuam voluntatem occupando infert: nõ quod ſcriptum eſt, ſed quid fecerim, & qua mente inſpicite.

Legiſlatoris intentio & voluntas, quæ nihil aliud eſt, quam æquitas, hoc eſt ratio & cauſſa propter quam legem condidit, quæ ex tribus inueſtigatur. Ex verborum interpretatione, ex eorum proprio, & idoneo, cõmodoq; ſenſu, & ex circunſtantijs, videndo quo loco, quo tempore, cur, & qui legem tulerit, an rex, an populus, vbi etiam Reip. ſpecies ſpectandæ erunt: poſtremo ex aliarum legum & locorum collatione.

Inſcriptio, ſeu non definitio, & indiſtinctum, quod caput eſt proprium eius qui ſcripto nititur; cum dicit, ita eſt in lege ſcriptum, nihil diſtinxit legiſlator, ſimpliciter locutus eſt. Quod per exceptionem tolli poteſt, nihil refert, quod hoc, vel illo modo ſcribatur, cum de æquitate

conſtat: & multa a lege vniuerſali præter mittuntur.

Altera ſententia legiſlatoris, quæ vtrique parti eſt communis. Nam actor diceret, Legiſlator expoſuiſſet, ſi aliter ſenſiſſet: at reus, clara & per ſe nota ſcribenda non duxit.

Ratiocinatio, quæ ait nihil differre, quod in lege additum fuerit, vel non additum, quod per ſe clarum & apertum eſt: quæ confirmari poterit exemplis aliarum legum, in quibus nō omnia adduntur, quæ expoſitione, & conſuetudine ſubinrelliguntur. Ratiocinatio itaque non ſcriptum, & intentionem colligit.

Definitio, qua ratiocinatio tollitur, dum demonſtratur, non idem eſſe ſcribere, & non ſcribere.

Antitheſis, ſiue aliqua qualitas aſſumptiua, vel per comparationem, vel per tranſlationem, vel remotionem; vt magis congruum erit: vt, etſi iſta differant; tamen id quod feci, in vtilitatem publicam feci.

Repulſio, ſiue tranſlatio, modi agendi, qui vituperatur: vt, poteras aliter reip. conſulere, quam legem violando.

Relatio, ſiue comparatio, qualitasve comparata, maius emolumentum conſecutum eſt, ex eo, quod præter legem egerim, quam fuiſſet commodum, ſi legem ſeruaſſem: magis profuit hoſpes hoc pacto murum aſcendendo, quam ſi inco

la

la idem fuiſſet auſus: magis profuit hoc facinus, quam murorum cuſtodia ex lege.

Violenta definitio, non eſt hoc legem tollere, ſed conſtituere; non preuaricari, ſed ſeruare: murum conſcendere, eſt hoſtes profligere.

Locus communis, ſiue theſis, An ſit ſemper verbis legis inhærendum, cum multæ leges ſi verba ſpectemus, ſint iniquæ: Contra, leges ſanctæ ſeruandæ ſunt: vel de officio militari: legem non eſſe audiendam, vbi neceſſitas clamat. L. Nō aliter. ff. de legat. 3.

Altera tranſlatio, per obſiſtentiam, poteras intra murum pugnare, poteras remp. iuuare, ſed non ſine populi conſilio.

Abſolutio, licet, etiam conſilio non petito, omnia facere, quæ ſunt reip. ſalutaria: & eſto non liceret, ob temporis anguſtias, ob hoſtium impetum, non potui conſilium petere.

Qualitas communis, hoc eſt perſonarum & voluntatis criminationes, coniecturæ eorum quæ futura ſunt; locique communes: æquitatem eſſe ſpectandam, voluntatem, non verba.

Et denique voluntas, eo modo, vt alias ſæpe dictum eſt, per amplificationem & epilogum. Lege Quinct. li. 7. c. 6. Vlt.

In ſumma, in hoc genere exordiendum eſt, ſubijcienda ſcripti recitatio, quæ narrationis, ſiue propoſitionis loco erit: accedet deinde confirmatio, quam ſuis locis munire oportebit: & tandem perorandum. Atque de ſcri-

pto

pto & voluntate hactenus: nunc de contrarijs legibus.

De contrariarum legum controuerſia, illa occurrit dubitatio, an ſit a ſuperiori diſtincta. Nam aliqui eandem eſſe putant; hæc enim de contrarijs legibus diſceptatio, eſt duplicata de ſcripto & voluntate ſententia, cum duo ſcripta, duæ ſcriptoris voluntates conferantur.
Lib. 2. Orat. *Hoc ſenſiſſe videtur Cicero, qui aliquando dixit, in contrariorum ſcriptorum contentione, cauſſam de ſcripto & voluntate duplicari: ac ſi dixiſſet, nihil aliud eſſe contrariarum legum quæſtionem, quam duplicem de ſcripto & voluntate controuerſiam. Nam cum ſint duo ſcripta contraria, vtraque pars contra ſcriptum ſibi aduerſum diſputat, & ſcriptoris interpretatur voluntatem. Quare, in vtraque lege inueſtigatur, ſequenda ſint ne verba, an voluntas. Idem docuit Fabius, qui rem hanc ac-*
Lib. 7. c. 7 *curate expoſuit. Quare, hæ duæ controuerſiæ non ſpecie, ſed modo inter ſe different.*

Lib. 2. *At vero Trapezuntius, has duas legitimas quæſtiones ſpecie differre arbitratur: & pro ſua ſententia has rationes affert.*

Primo, quoniam ſtatus fluit ab eo, quod probatur: quare, vbi quæ probantur erunt diſtincta, ſtatus quoque diſtinctus erit; vt in his duabus controuerſijs accidit, in quibus diuerſum eſt id quod probatur.

Deinde,

Deinde, in prima legitima quæſtione, vnum eſt ſcriptum, vna voluntas; in hac vero vtrunque duplicatur: atqui vnius rei, & multarum rerum non poteſt vna eſſe definitio, vnaque natura: erunt igitur iſtæ quæſtiones diuerſæ.

Adhæc, in prima contentione, vnus ſcripto nititur; alter ſententia, at vero in altera vterque ſcripto eius legis, quam defendit, & voluntate contrariæ legis vtitur: diuerſa igitur eſt in vtraque tractandi ratio, ac proinde ſtatus diuerſus.

Denique, in cõtrarijs legibus vſum habet locus ille, quem ſupra, Cõtinentiã, appellari diximus: at locus diuerſus, eorum quæ probantur diuerſitatem demonſtrat: igitur. Nos de hac controuerſia ita ſtatuimus.

Tertia poſitio, hæc legalis contentio, græce antinomia, ideſt δυοῖν νόμοιν μάχη, *duarum legum pugna, latine, contrariæ leges: cum ſcilicet duæ leges, aut vna in plures ſententias diuiſa, inter ſe pugnare & contraria ſtatuere videntur: Ideo dixi videntur, quia nunquam, vt ait Fabius, vna lex eſt alij contraria iure ipſo, quia vna aboleret aliam; ſed caſu fit, vt diuerſæ leges inter ſe collidantur; quod varijs modis contingere poteſt; de quibus Fabium conſule.*

Quarta poſitio, hæc legitima controuerſia non ita differt a prima, vt ſpecie ſit ab ea diuer-

ſa,

ſa, quamuis aliquo pacto differant. Quod differant, ex Trapezuntio allata demonſtrant argumenta: quod autem non ſint ſpecie diuerſæ, M. Tullij & Fabij auctoritate conſtat, & ratio idem confirmat: quoniam antinomia eſt duplicata ſcriptorum controuerſia: at quod duplicatur, non differt a ſeipſo ſpecie; igitur: vt hic omittam, quod allatæ a Trapezuntio rationes non probant eſſe diuerſas ſpecies: quarum ſolutionem ſciens omitto; quoniam etiam, homo dialecticę ignarus, eas facile ſolueret: ſolum enim quandam accidentariam, & extrinſecam diſtinctionem probant. In antinomia itaque dicitur contra verbum vnius legis pro ſententia alterius; & contra ſententiam vnius, pro verbo alterius: quo fit, vt ſit ſtatus compoſitus ex duplici ſcripto & ſententia. Ex quibus colligere licet, cur conuenienter de antinomia poſt ſcriptum agatur.

Sed, vt quæ docemus melius intelligantur, vnum vel alterũ antinomiæ ſubijciamus exemplum. Lex eſt, Abdicatus nihil ex bonis paternis habeat. eſt alia; Qui in naui remanſerit in tempeſtate, nauim habeat: abdicatus filius in naui paterna remanſit, eam ex lege petit. Item, Tyrannicidæ imago in Gymnaſio ponatur: huic videtur hæc alia contraria, Mulieris imago in gymnaſio non ponatur: accidit, vt mulier tyrannum occidat. Item, vna lex ſtatuit,

vt nemo ferrum in quempiam in arte regali ſtringat: alia vero decernit, Furem nocturnum occidere fas eſt: quidam in regia talem furem occidit.

Quincta poſitio, antinomia iiſdem capitibus & aggreſſionibus tractatur, vt controuerſia ſcripti: ſed in antinomia omnia geminantur, quæ etiam vnum proprium admittit caput. Cæterum ex illis communibus capitibus tria ſunt, quæ rariſſime in hac controuerſia inueniuntur, cum illis eodem modo aduerſarij vti poßint, & ita tractationem habent nugatoriam; ſunt autem iſta, Non definitum, vel vt Trapezuntius loquitur, Inſcriptio, alij præteritionem & exceptionem vocant, Ratiocinatio, & Definitio. Cauendum itaque eſt a communibus argumentis, & ab iis, quæ conuerti poſſunt; ne aduerſario tela ſubminiſtraße videamur. Caput vero propriũ, græce περιέχον, καὶ τὸ περιεχόμενον *ideſt continens & contentum, & continentia dicitur. Hæc igitur erunt antinomiæ capita.*

Propoſitio, ſiue expoſitio, voluntas, altera ſcripti propoſitio, altera voluntas, vt ſupra diximus: hic omittuntur illa tria capita, de quibus paullo ante meminimus, quæ fere nunquam, & non niſi difficillime incidere poſſunt, ſequitur qualitas aſſumptiua, tranſlatio, ſiue præſcriptio, quantitas comparata, ſiue ad aliquid, violenta definitio, locus communis, altera

tranſlatio; qualitas abſoluta, communis, ſeu cauſſæ qualitas, conſilium & voluntas reorum. Illud vero proprium huius controuerſiæ caput, quod continens nominari diximus, nihil aliud eſt, quam duarum legum comparatio, qua oſtenditur vtri minus derogetur, ſeruata altera: Quare, illud maxime in hoc ſtatu ſeruandum eſt, vt demonſtretur ex vnius obſeruatione, alteram non perire, immo vtranque ſeruari & adimpleri poſſe, quod tamen eſt inuentu difficile. Vt, ſi nauim aſſequor, ex aliis bonis nihil peto: ſin minus, omnino vana lex erit. Proponet itaque is qui nauim ſeruauit: ſuam cauſſam cum legis accommodatione, in ſummo periculo, non immemor legum patriæ, nauim ſeruaui; peto igitur, &c. Contra qui aduerſatur: qui vel tacite, vel expreſſe legem, vel legiſlatorem reprehendet. Vterque ſententiam legum proponet, laude, aut vituperatione, & legum comparatione adhibita, quæ octo modis fieri poteſt.

Liu.li.9. *Que ſit antiquior, & quæ magis obſeruari ſoleat: Vtram ſapientior legiſlator condiderit, ſapientior inquam in ea ra de qua ſtatuit: Vtra ad remp. aut ad priuatas pertineat vtilitates: vt in propoſito exemplo, pluris facienda eſt lex publica, quam priuata teſtatoris diſpoſitio: Vtra de rebus maioribus caueat; vt, de religione, de regno, de redditibus: Vtra agat de præmio,*

&

& pœna, vtraue prohibeat, permittat, aut puniat: Maioris namque auctoritatis eſt, quæ præcipit, quam quæ permittit, & quæ prohibet, quam quæ iubet: Vtra honeſtior, & vtilior, magisque neceſſaria patriæ; vt, Vir fortis quod volet poſtulato; Tyrannicida, quod volet poſtulato, vterque idem petunt: vtilius eſt reip. vt Tyrannicidæ detur: Vtra magis communis, & plura complectatur: quoniam ea magis eſt ſeruanda, quæ magis definite loquitur. Poſſem ſingula capita percurrendo hoc genus cauſſæ planius exponere, quod ſane facerem, ſi ex ſupra ſcriptis res non eſset per ſe clara. Illud tamen dixerim, proprium illud caput, poſt comparationem tractari. Habet itaque hæc controuerſia cum ſuperiore capita communia, ſed geminata, ex quibus tria, aut non incidunt, cum ſint aſiſtata, aut caute adhibenda ſunt, & vnũ proprium. In ſumma, hic exordiendum eſt, recitandum, videndum, an adſit aliqua interrogatio: noſtra lex exponenda, & ſi fieri poteſt, ambæ conciliandæ: ſin minus altera omnino reijcienda. Sed iam de ſyllogiſmo dicamus.

Sexta poſitio, ſtatum, quem græci ſyllogiſmum vocant, latini rationalem, & ratiocinationem appellant: aliqui extenſiuam interpretationem, Fortunatianus, collectiuam, quia ex eo quod eſt ſcriptum, colligimus quod non eſt ſcriptum: qui nihil aliud eſt, quam cum res ſine

propria

Auct. Heren. lib. 1. Cic. lib. 1. de Inu. Fab. lib. 7 c. 8.

propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab alijs legibus ſimilitudinem quandam aucupatur: vel, cum ex eo quod ſcriptum eſt, aliud quoque, quod non eſt ſcriptum inuenitur. Cum ergo leges vniuerſe ferantur, nec ſingula complecti poſſint, ſæpe contingit, vt per ratiocinationem, æquum & bonum ex ijs quæ ſancita ſunt, quærendum ſit. Ratiocinatio autem ex locis topicis, ex genere, coniugatis, ſimilibus, cauſſis, totis, alijsque ſumenda erit; vt ecce, lex eſt, ne quis lanam extra territorium ferat, quidam oues eduxit, quæritur, an quicquam peccauerit. Item, qui patrem occidit, culeo inſuatur: quidam matrem occidit, eadem ne eſt obligatus pœna? Item, lex eſt, ne cui liceat in comœdia ciuem nominatim proponere: Poeta neminem nominat, ſed habitu eum oſtendit ciuem, quem cupit carpere.

Septima poſitio, huius ſtatus capita ex Hermogene ſunt hæc. Prouole, ſiue rei propoſitio, vt contra legem ciuem lædis. Scriptũ ſiue legis expoſitio, qua reus vtitur: Neminẽ nominaui, quod eſt lege prohibitum. Syllogiſmus, ſiue accommodatio, nihil ſane differt, quod nomine me traduxeris, an alio quouis modo: Quod caput, nunc a ſimili, nunc a contrario, nunc a comparatis, & ſæpe a conſequentibus ſumitur. Definitio, qua hic reus ſe tuebitur; multum iſta inter ſe differunt. Voluntas legiſlatoris

com-

communis: Noluit ſcriptor, vt priuatorum vitia populo patefierent: alter contra, Noluit, vt ad poſteros tradita peruenirent. Quantitas, tanta eſt contumelia, vt iam in medium prodire non audeam. Violenta definitio, quæ hic firmiſſima eſt, quid aliud eſt hoc, quam me nominatim oſtendere? Comparatio, ſiue ad aliquid, Hoc multo grauius eſt, quam ſi me nominaſſes: cum paucis de nomine notus ſim, habitu vero, & imagine pluribus. Antitheſis, quando tamen incidet: & Metalepſis, quam neceſſario ſequitur Antilepſis. Generalis qualitas, ſiue peroratio ex finalibus capitibus, hoc eſt, ex iuſto, æquo, vtili, & ex aliis ſumpta. Hoc non modo meum, ſed etiam reip. eſt incommodum. Sententia, ſiue coniectura voluntatis, quo animo factum ſit. Poſſet etiam tractari communis locus, An ſimilibus legibus ſcelera punienda ſint. Ait Hermogenes eadem ratione diuidi ſyllogiſmum, ſicuti & definitio diuiditur: quamuis capitum ordo non ſit idem. His numeratis capitibus eadem ratione accuſator & reus vtuntur, hic tamen ſyllogiſmo definitionem opponit vt eſt dictum. Et quãuis aliqui multos attingant ſyllogiſmi, locos; tamen Hermogenes ſolum quattuor numerat, ἀπὸ τοῦ ἴσου, ideſt a pari: τοῦ μείζονος, ideſt a maiori, τοῦ ἐναντίου, ideſt a contrario, & ἐκ τοῦ ἐλάττονος, ideſt ex minore. Atque de ratioci-

tiocinatione hactenus; reſtat ambiguum.

Octaua poſitio, controuerſia legitima ambigui oritur ex ſcripto, quod duas, aut plures res ſignificat. Ambiguitatis ſiue Amphiboliæ (corrupte & barbare dicitur, amphibologiæ, ἀπὸ τοῦ ἀμφιβάλλειν, quod in vtramq; partem verbi ſignificatio et poteſtas reijciatur) modos innumeros eſſe ait Fabius; quos tamen ad certa genera reuocat, Nam, vel oritur ex ſingulis, vel ex coniunctis vocibus: ex ſingulis tripliciter: primo, cum vna vox plura ſignificat: ſecundo, cum alium ſenſum facit vox integra, alium, ſi diuidatur; vt armamentum, & arma mentum: coruinum, & cor uinum: tertio, in compoſitis. In coniunctis vero, varijs fit modis; vt per caſus, per productionem, flexionem, & multos alios. Theon in ſuis progymnaſmatis nouem recenſet ambiguitatis modos: Ex pronunciatione, ſiue accentu: ex nomine nimis antiquo & inuſitato: ex multiplici ſignificatione, quæ magnas parit controuerſias, ex multiplici appellatione, cum vna res pluribus vocibus nominatur: ex varia constructione: ex compoſitione & diuiſione: ex abundantia, & deficientia, & ex repugnantia. Huius controuerſiæ hæc ſunt exempla: Pater teſtamento iuſſit ſibi in foro poni ſtatuam auream haſtam habentem: filius ligneam, cum aurea haſta poſuit: accuſatur, quod non auream ſtatuam

Ca. de legibus.

tuam poſuerit. Item, meretrix coronam auream ne habeto: ſi habuerit publica eſto: dubium eſt, an ipſa debeat eſſe publica, an corona in publica bona ſit referenda: an δημοσία, an vero δημόσιος legendum ſit. Sic, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe: quo a dicto Pyrrhus deceptus fuit; vt Oroſiis refert. Lib.4.

Ex Hermogene, hæc conſtitutio his capitibus tractatur. Propoſitione; vt, contra patris ſcriptum facis, qui auream ſtatuam ſibi poni iuſſit, tu ligneam poſuiſti. Altera ſcripti propoſitione contraria. Intentione ſiue ſententia legiſlatoris, quæ ex circumſtantijs inueſtiganda erit, & ex verbis ſcripti. Continentia, qui locus accuſatoris eſt; ſi fortaſſe ſolam haſtam intellexiſſet pater, non faceres contra eius voluntatem, ſi etiam ſtatuam auream poneres: at vero, cum ſolam haſtam auream ponis, cum totam velit auream, certe eius voluntati aduerſaris. Antitheſi, ſiue aſſumptione, compelli debes, quod ex tantis facultatibus, nihil adhuc egeris. Metalepſi, quæ antitheſim tollit. Loco communi, æquitatem magis eſſe ſequendam, quam verborum vim. Epilogica qualitate, contra auaritiam, perfidiam, & animi ingrati vitium. Denique voluntate & ſententia, vt alias eſt dictum. In ſumma, adhibeatur exordium, recitetur ſcriptum, exponatur, & perſpicuum eſſe doceatur quod nos

 dicimus,

dicimus, & cum natura, lege, & conſuetudine conuenire demonſtretur. Atque hæc de legitimis quæſtionibus dixiſſe ſufficiat, quando etiam pauciora fortaſſe ſatis fuiſſent: quæ ſi quis vellet, exemplis a diuinis literis petitis illuſtrare poſſet.

Sint ne plures in vna cauſſa ſtatus, deque Iudicationis inuentione. Diſput. XX.

E*X illis vtilitatibus, quas ex ſtatuum cognitione percipi poſſe diſputatione ſecunda diximus, ea eſt præcipua, vt ſtatu cognito, quę nobis inuenienda ſint & quæ inuenta ſunt, quo referri debeant, tandem cognoſcamus. Et quoniam ſemper difficile exiſtimatum fuit, ab ijs qui rhetorica tractant, aut aliorum orationes exponunt, ſtatum inuenire, illud nobis in hoc de ſtatuum libro, poſtquam omnia eorum genera, & partes late expoſuimus, explicandum reſtat, vt qua ratione conſtitutio inuenienda ſit, doceamus. Verum, cum in cauſſa qualitatis non modo ſtatus, hoc eſt vltima ac præcipua quæſtio ad quam probandam tandem omnia referuntur, ſed etiam indicatio, quam ſolam aliqui ſtatum eſſe volunt, inuenienda eſt, ideo primum de iudicationis, tum de ſtatus, quem nos diſtinctum a indicatione ponimus, inuentione agemus. Sed*

cum

cum neutrum explicari plane poſſit, niſi prius doceatur, an in vna cauſſa plures ſtatus eſſe queant, hoc priore loco, omiſſis dubitaodi rationibus, explanabitur.

Prima poſitio, in vna cauſſa plures conſtitutiones, & cõſtitutionum partes eſſe poſſunt. Doctrina eſt certiſſima, quam omnes dicendi Magiſtri tradunt, & in bonorum ſcriptorum orationibus facile obſeruares. Et hinc eſt quod cauſſæ in duo diuiduntur genera: nam aliæ dicuntur ſimplices, quæ vno conſtant capite & ſtatu: aliæ coniunctæ ſiue copulatæ; quæ ex pluribus; in quibus numerantur etiã illæ quæ comparate tractantur; vt, vter debeat Verrem accuſare Cicero, an Cæcilius? quæ diuiſio in omnia cadit cauſſarum genera: ita vt tam deliberationis & laudationis cauſſæ poſſint eſſe coniunctæ & ſimplices, quam iudicij. **Her. Auꝺo.lib.1. in fine.**

Secunda poſitio, plures ſtatus eſſe in vna cauſſa duobus modis poteſt contingere: vno, vt vnus ſit proprius & præcipuus, alius vero inſeruiens, ſiue minus principalis, quem aliqui, incidentem vocant: altero vt omnes ſint principales; & vnus non ſit alterius cauſſa. Rurſus, duæ vel plures conſtitutiones in eadem cauſſa, vel ſunt eiuſdem rationis, vel diuerſæ: eiuſdem rationis, hoc modo, An Verres pecunias acceperit a Leonide, An a Mamertinis, An ab Apollonio; vbi ſunt tres ſtatus coniecturales:

ſimiliter, Verres, multa furatus eſt. Diuerſæ rationis, hoc pacto, quidam in iudicium vocatur, quod hominem necauerit, eiuſdemque bona ſurripuerit, is fatetur ſe necaſſe, ſed iure, furtum tamen ſe feciſſe negat: vbi ſunt duo ſtatus diuerſi; qualitatis vnus, coniecturæ alter. Simplex & vnius ſtatus eſt cauſa Miloniana, An iure Clodius occiſus fuerit, ad quam probandam, etſi alij aſſumantur; ille tamen eſt primus & præcipuus, quidquid dicat Fabius, ad cuius probationem alij adhibentur. Quare etſi vtile ſit, vt Cicero docuit, ad aliquam cauſſam tractandam plures gradus ad reſiſtendũ capere: tamen, in vno maxime inſiſtendnm eſt, qui ſit cæteris firmior: Vt ſi ita diceretur, ſi necaſsẽ iure necaſſem, ſed non necaui; vbi duo ſunt ſtatus, ſed poſterior multo firmior, in quo tota defenſionis ſpes collocãda eſt. Talis eſt oratio Ligariana; in qua etſi Orator deprecatione vtatur: tamen in vno ſtatu purgationis potiſſimum inſiſtit, & neceſſitatem adducit. Simplicis cauſſæ in genere deliberationis exemplum habes in ſeptima Antoniana, vbi quæritur; An pax facienda ſit cum Antonio: & oratione prima in Catilinam, ſit ne Catilinæ ex Vrbe proficiſcendum? Coniunctæ vero oratione nona in Antonium, ſit ne Sulpitio ſtatua ponenda, & publicum ſepulchrum dandum. Simplicis in genere laudationis exemplum habes in oratione

In Part.

Cic. lib. 1. de Inu.

Quin. lib. 3. c. 6.

pro

pro M. Marcello, & in ea, quæ eſt ad Quirices, poſt reditum. Verum in genere exornationis, tot agnoſcendi ſunt ſtatus, quot ſunt res. Quæ laudantur, vel vituperantur: vt, ſi cuiuſpiam diuerſas res geſtas, diuerſasve laudares virtutes, aut vituperares vitia, vt in ſecunda Antoniana fecit Orator. Ad cognoſcendum, qui nam ſtatus ſit principalis, & qui minus principalis, hanc quidam adhibent regulam, vt videamus, quid ſit id quod comprehẽdat, & quod comprehendatur, & quaſi membrum accedat, ad aliud confirmandum: ibi præcipuus latebit ſtatus, hic minus præcipuus. Quod ſi, vnum non complectatur alterum, ſed vnum quaſi imperet, alterum ſeruiat, vt patet in quæſtione illa ſuperius allata de bono mortis, & de animorum immortalitate, ille vt primarius continebit, hic vt ſecundarius continebitur. Atqui ſi nulla eſt comprehenſio, nulla ſeruitus, vterque erit primus, vnde coniuncta enaſcetur cauſſa. His hunc in modum expoſitis, de Iudicationis inuentione agamus: quæ, vt non ſemel diximus, extra coniecturam, eſt a ſtatu diuerſa. parrh. c. 28.

Tertia poſitio, Iudicatio eſt illa quæſtio, quæ tandem poſt partium conflictum in iudicium venit, quam tanquã ſcopum, Orator & iudex ſpectare debent: quare, omnino inuenienda & cognoſcenda erit. Statu ad cuius confirmationem Parrh. c. 30.

ſimiliter, Verres, multa furatus eſt. Diuerſa *rationis, hoc pacto, quidam in iudicium voca- tur, quod hominem necauerit, eiuſdemque bona ſurripuerit, is fatetur ſe necaſſe, ſed iure, fur- tum tamen ſe feciſſe negat: vbi ſunt duo ſta- tus diuerſi; qualitatis vnus, coniecturæ alter. Simplex & vnius ſtatus eſt cauſa Miloniana, An iure Clodius occiſus fuerit, ad quam pro- bandam, etſi alij aſſumantur; ille tamen eſt primus & præcipuus, quidquid dicat Fabius, ad cuius probationem alij adhibentur. Quare etſi vtile ſit, vt Cicero docuit, ad aliquam cauſ- ſam tractandam plures gradus ad reſiſtendũ ca pere: tamen, in vno maxime inſiſtendnm eſt, qui ſit cæteris firmior: Vt ſi ita diceretur, ſi necaſsẽ iure necaſſem, ſed non necaui; vbi duo ſunt ſta- tus, ſed poſterior multo firmior, in quo tota de- fenſionis ſpes collocãda eſt. Talis eſt oratio Liga riana; in qua etſi Orator deprecatione vtatur: tamen in vno ſtatu purgationis potiſſimum inſi ſtit, & neceſſitatem adducit. Simplicis cauſſæ in genere deliberationis exemplum habes in ſe- ptima Antoniana, vbi quæritur; An pax fa- cienda ſit cum Antonio: & oratione prima in Catilinam, ſit ne Catilinæ ex Vrbe proficiſcen- dum? Coniunctæ vero oratione nona in An- tonium, ſit ne Sulpitio ſtatua ponenda, & pu- blicum ſepulchrum dandum. Simplicis in ge- nere laudationis exemplum habes in oratione*

In Part.

Cic. lib. 1. de Inu. Quin. lib. 3. c. 6.

pro

pro M.Marcello, & in ea, quæ eſt ad Quirites, poſt reditum. Verum in genere exornationis, tot agnoſcendi ſunt ſtatus, quot ſunt res. Quæ laudantur, vel vituperantur: vt, ſi cuiuſpiam diuerſas res geſtas, diuerſasve laudares virtutes, aut vituperares vitia, vt in ſecunda Antoniana fecit Orator. Ad cognoſcendum, qui nam ſtatus ſit principalis, & qui minus principalis, hanc quidam adhibent regulam, vt videamus, quid ſit id quod comprehēdat, & quod comprehendatur, & quaſi membrum accedat, ad aliud confirmandum: ibi præcipuus latebit ſtatus, hic minus præcipuus. Quod ſi, vnum non complectatur alterum, ſed vnum quaſi imperet, alterum ſeruiat, vt patet in quæſtione illa ſuperius allata de bono mortis, & de animorum immortalitate, ille vt primarius continebit, hic vt ſecundarius continebitur. Atqui ſi nulla eſt comprehenſio, nulla ſeruitus, vterque erit primus, vnde coniuncta enaſcetur cauſſa. His hunc in modum expoſitis, de Indicationis inuentione agamus: quæ, vt non ſemel diximus, extra coniecturam, eſt a ſtatu diuerſa. parrh.c. 28.

Tertia poſitio, Iudicatio eſt illa quæſtio, quæ tandem poſt partium conflictum in iudicium venit, quam tanquā ſcopum, Orator & iudex ſpectare debent: quare, omnino inuenienda & cognoſcenda erit. Statu ad cuius confirmationem Parrh. c.30.

Quare hæ voces in ſcriptoribus legendis animaduertendæ erunt. Sed rem hanc vno, vel altero illuſtremus exemplo. Intentio, ſacrilegus es: Depulſio, Non ſum ſacrilegus, ſed fur: hinc oritur ſtatus, ſiue quæſtio, quo nomine ſit appellandus. Sed quoniam illa depulſio, ſine ratione non ſubſiſtit, ideo adhibenda eſt Ratio, Rem profanam ſuſtuli, redditurus quadruplum. Refellitur ab accuſatore hæc ratio per firmamentũ, ex ęde ſacra depoſitam pecuniam ſurripuiſti: hinc naſcitur Iudicatio, hoc eſt quæſtio, quæ in iudicium venit, ſacrilegium ne fecerit, an furtum, qui pecuniam profanam ex æde ſacra ſuſtulit. Item, Occidiſti Clodium: Occidi, ſed iure; vnde oritur ſtatus, ex noſtra & vera ſententia, An iure occiderit; Ratio, inſidiatorem occidere fas eſt: Firmamentum, hominem indemnatum occidere tibi non licuit: vnde naſcitur Iudicatio, An inſidiatorem indemnatum occidere liceat. Ex quibus colligeres, Iudicationem eam habere vim, vt quæſtionem late patentem in anguſtum adducat. Nam antea, vniuerſe quærebatur, An necare licuerit, poſtea cõtracte, An ob hanc cauſſam, Hæc tamen finita quæſtio, perſonis, locis, & temporibus detractis, infinite tractatur; vt, An inſidiatorem liceat occidere: An maieſtatem minuat, qui rem gratam populo ipſius voluntate per vim agit? Quare, cum omnis cauſſa in Iudicatione ſita ſit, nõ ex perſonis

Cic. in Part.

Cic. in Par. 2. Orat.

&

& temporibus, locíſque, ſed ex generibus vniuerſis cauſſas pendere Tullius & Fabius recte docuerunt: excepta tamen coniectura, in qua, quoniam nulla ſubeſt ratio, controuerſia ad generis naturam reuocari non poteſt. Quamquam etiam in coniecturis de facto, defenſionis & criminum argumenta, ad communes generũ ſummas, locosvę reuoluantur; vt, an is qui ex nulla arte viuit furtum fecerit. &c.

Quarta poſitio, Indicatio, non ſolum in ſtatu qualitatis, & in iudicijs, in quibus magis apparet, ſed etiam in definitione, & deliberationibus & exornationibus inuenienda eſt. Doctrina eſt certiſſima, & quod attinet ad ſtatum definitionis, patet in exemplo de re in loco ſacro ſublata, paullo ante allato. In deliberationibus, in ſeptima Antoniana, Status eſt, An pax facienda ſit cum Antonio: ratio eius qui diſſuadet, quia turpis, periculoſa, eſſe non poteſt: Firmamentũ, immo honeſta, ſine periculo, fieri poteſt ex qua diſceptatione oritur Iudicatio, ſit ne turpis, & periculoſa pax, & quæ effici non poſſit? In laudationibus, Status, An venia data M. Marcello, ſit magna laude digna? Ratio, quia bellicam gloriam vincit: Iudicatio, An vincat. Atqui in coniectura, vbi negatur factum, cum nulla afferatur ratio, & firmamentum nullum; iudicatio & ſtatus idem ſunt.

Quincta poſitio, in vno & eodem ſtatu mul-

tæ eſſe poſſunt iudicationes, ſiue diſceptationes· Doctrina eſt Fabij & certiſſima, quam omnes dicendi Magiſtri approbant. Poteſt enim defenſor multas afferre rationes, & accuſator multa firmamenta, etiam contra vnam tantum rationem: vnde neceſſario multæ naſcentur Iudicationes; vt in Miloniana, An Clodius fuerit inſidiator: An homini priuato liceat ciuem perniciosum occidere: & in Verrina ſeptima, An de militibus Sertorij ſumere ſupplicium liceat: an illi fuerint Sertorij milites: ſed vna, vt dicebamus, ſemper erit præcipua, de qua Iudices pronuntiare debent: Vt in Miloniana, An Clodius fuerit inſidiator: & in Verrina proxime citata, An illi fuerint milites Sertorij, quos Verres ſupplicio affecit: cęterę, quaſi ex abundanti adduntur: vt quæ non ſint ſatis firmæ ex ſe; afferunt tamen aliquid adiumenti. In ſumma, vt hanc diſputationem cõcludamus, In cauſſa coniuncta tot ſunt præcipuæ Iudicationes, quot ſtatus: in ſimplici vna tantum; licet in vtroque genere minus præcipuæ plures eſſe poſſint.

Lib.6.c.5 Vltr.

Qua ratione ſtatus in aliqua cauſſa, ſiue Oratione inueniri poſsit. Diſputatio XXI.

EXplicata itaque ratione qua Iudicatio inuenienda eſt, reſtat vt de via inueſtigandæ

Ant. Luſ. in orat. pro Planc. *conſtitutionis agamus: quam paucos inuenies, qui plane perſpicueque demonſtrent: quod nos, quantum in nobis erit, facere nitemur: id, vt efficiamus, quæ dicenda occurrunt, quibuſdam poſitionibus complectemur.*

Prima poſitio, volenti propoſitæ cauſſæ, ſiue orationis ſtatum inueſtigare, videndum primũ erit, an cauſſa ſit ſimplex, vel coniuncta. Nam, ſi erit ſimplex, vnica ratiocinatione ſtatus inueniendus erit: ſi vero cõpoſita, pluribus. Vbi illud animaduertendum eſt, eodem modo inueniendum eſſe ſtatum in cauſſa ſimplici & coniuncta, quando erit coniuncta ex comparatione.

Secunda poſitio, ſi cauſſa fuerit ſimplex, aut coniuncta ex comparatione, tota oratio ad vnã ratiocinationem, ſiue ſyllogiſmum reuocanda

Vltr. *erit: cuius complexio, vel vt Dialectici loquuntur, concluſio ſtatum continebit: propoſitio rationem, qua vſus eſt defenſor, & aſſumptio, ſiue minor propoſitio iudicationem ex conflictione rationis & firmamenti natam. Hanc doctrinam his declaro exemplis, Orationem pro Archia ad hunc ſyllogiſmum reuocares, Qui ciuis eſt, & ciuitate dignus, non eſt a ciuibus ſegregandus: At Archias eſt ciuis, & ciuitate dignus: non eſt igitur a ciuium numero ſegregandus. Status itaque huius orationis erat, An Archias eſſet a ciuibus ſegregandus. Comparatæ exemplum ſumo ex diuinatione in Verrem.*

Is actor

Is actor eſt eligendus, quem Siculi maxime velint, & Verres nolit, & ille reijciendus, quem velit Verres, Siculi nolint: At Siculi Ciceronē expetunt, quia eum idoneum agnoſcunt, Verres metuit, tanquam grauem & diſertum accuſatorem, Cęcilium tanquam ſuſpectum & ſocium Verris nolunt, Verres expetit, ut accuſatoris præuaricatione liberetur: In hac igitur Sicilienſi cauſſa Cicero eligendus eſt actor, & Cęcilius reijciendus. Quare ſtatus erit, vter actor ſit præferendus cauſſæ Siculorum. Ratio Ciceronis, quia Siculi eum eligunt, Verres timet: Cæcilij firmamentum, quod ipſe fuerit a Verre læſus, eiuſque Quæſtor in prouincia. Vnde apparet extrema diſceptatio, iudicatioue, An Siculi Ciceronem velint, & eundem Verres timeat, & nolit.

Tertia poſitio, quādo omnis de ſimplici cauſſa oratio vno ſyllogiſmo comprehendī non poteſt, ſed plures adhibendi erunt, ſi omnium vna & eadem erit complexio, tot erunt rationes & firmamenta, quot ſunt argumentationes, quibus tota oratio fuerit comprehenſa; vnus tamen ſtatus, & vna præcipua iudicatio. Declaratur hæc poſitio, exemplo ex Miloniana ſumpto, Tota hæc oratio his duabus ratiocinationibus cōprehenditur. Inſidiatorem licet occidere: Clodius inſidiator: iure igitur occiſus: Perniciosum ciuē necare fas eſt: Clodius erat Reip. perniciosus

niciosus : iure igitur necatus. Hæ duæ ratiocinationes eandem habent complexionem, vnde vnus ſtatus, An Clodius iure fuerit occiſus: Rationes duæ, quia inſidiator, quia perniciosus ciuis: Vnde duę Iudicationes, Fuerit ne Inſidiator: Fuerit ne improbus ciuis: Sed hæc firmior, quam illa.

Quarta poſitio, quando tota cauſſa, duabus, vel pluribus comprehēditur ratiocinationibus diuerſas complexiones habentibus, tunc nō modo rationes & firmamenta, diſceptationeſque erunt diuerſæ, ſed etiam ſtatus, & tot erunt, quot ſunt complexiones: vt ſi in eadem cauſſa defenſor hunc in modum aduerſario reſponderet, ſi Milo occidit Clodium, iure occidit, quia inſidiator, & improbus erat: Sed non occidit, vnde oriretur alia argumentatio, cuius concluſio ſtatum faceret coniecturalem.

Quincta poſitio, quando cauſſa eſt coniuncta, hoc eſt, cum pluribus conſtat capitibus, quaſi partibus & membris, idem dicendum erit de ſingulis capitibus, quod de cauſſa ſimplici diximus: cum capita ſingula ſint veluti ſimplices cauſſæ. Et quoniam quæ dicta ſunt non modo in iudicijs, ſed etiam in deliberationibus & laudationibus locum habent, ideo quædam de harum cauſſarum generibus ſubijciam exempla. Pompeianam, ſiue Manilianam orationem ad hāc ratiocinationem reuocares: Ad neceſſariū

& ma-

& magnum bellum conficiendum optimus Imperator eſt eligendus : at Mithridaticum bellum eſt neceſſarium & magnum, et Pompeius optimus Imperator : Pompeius igitur ad hoc bellũ conficiendum eſt eligendus. Ex huius ratiocinationis concluſione, cauſſæ ſtatus apparet, An Pompeius bello Mithridatico ſit, præponendus Imperator. Ratio continetur in propoſitione, quia eſt bellum neceſſarium & magnum : Iudicatio in ſumptione, An bellum Mithridaticum ſit tale, & An Pompeius optimus Imperator. Poteſt etiam adduci exemplum non ſemel allatũ ex ſeptima Philippica, quæ hac vna ratiocinatione continetur. Pax turpis, pericuſa, & quæ eſſe non poteſt; non eſt facienda : Pax cum Antonio talis : non facienda igitur. Hæc concluſio ſtatum indicat. Prima propoſitio continet tres rationes: altera vero, iudicationem. Oratione pro M. Marcello, quæ laudationem habet, in hunc ſyllogiſmum cõplicares : Illa eſt magna Cęſaris laus, quæ omnium rerũ ab eo geſtarum gloriam ſuperat: at M. Marcello veniam dando quandam adeptus eſt laudem, quæ res eius geſtas vincit : magnam igitur gloriam ex hac clementia adeptus eſt Cæſar. Hæc itaque cauſſæ, quæ gratiarum actionem continet, & in genere exornationis verſatur, vt alio loco dicetur, hac ratiocinatione continetur: ad cuius ſumptionis probationem tota oratio

confertur

confertur. Nam, quæ de Marcelli, & aliorum quibus peperciſſet dignitate, & excuſatione extra cauſſam dicitur, ad conciliandam gratiã pertinent: quæ tamen victoris clementiam cõmendant. Illud etiam, an ſit qui vitæ Cæſaris inſidias ſtruat, licet extra cauſſam uideatur; tamen ad rem facit; Quoniam hac de re queſtus fuerat Cæſar. Hæc igitur purgationem quandam & confutationem habet: vt tali ſuſpicione ſublata, melius concilietur gratia. At vero gratiarum actio quam Cicero habuit, ad Quirites, in duos ſyllogiſmos contrahitur; quorum vnus ſic conficitur, Beneficium quod eſt maius alijs, parentum, Deorum, & P.R. beneficijs, eſt maximum; & grata memoria colendum: atqui hoc reſtitutionis beneficium eſt maius, &c. maximum igitur, & grata memoria dignum. Alter hoc modo, Magnum eſt illud beneficium & gratiarum actione, memoriaque dignum, quod ſummo ſtudio, ſumma voluntate collatum eſt: at huiuſmodi eſt hoc reſtitutionis beneficium; memoria itaque æterna conſeruandum. Quare, cum vna ſit ambarum ratiocinationum complexio, vnus erit ſtatus: indicationes tamen duæ, duabus ſumptionibus contentæ, ad quarum probationem tota confertur oratio.

Sexta poſitio, quando tota cauſſa, vel pars tali argumentatione comprehenditur, cuius cõplexio coniectura explicanda ſit, ſtatus erit co-

niecturalis

ſturalis; vbi idē erit ſtatus & iudicatio. Sumptionum autem ſumma, & capita ad iudicationem confirmandam, aut refellendam referuntur. Hæc poſitio declaratur ſumpto exemplo ex oratione pro Roſcio Amerino: Ab eo Roſcium patrem occiſum fuiſſe credendum eſt, qui & cauſſam occidendi, & facultatem habuit, & ab eo cui ſigna, quæ mortem ſunt conſecuta, cōueniunt: Atqui Roſcio filio nulla fuit cauſſa, facultas nulla, cur patrem occideret, & nullum ſignum conuenit: ſed potius iſta omnia in aduerſario reperiuntur; ab hoc igitur, non ab illo occiſum fuiſſe credendum eſt. In huius ratiocinationis complexione cauſſæ ſtatus continetur: in ſumptionibus argumenta ad cauſſam tractandam adhibita. Atque hæc de artificio inueniendi ſtatus dixiſſe ſufficiat. Quibus illud addiderim, hanc eandem artem adhiberi poſſe ad orationes conficiendas.

Tota itaque cauſſa vnica, vel pluribus ratiocinationibus comprehendenda erit: ex cuius complexione cognoſcetur ſtatus, ex propoſitione loci, ſiue rationes, quæ ad confirmandam in ſumptione contentam referendæ ſunt, cognoſcentur. Vt, gratia exempli, ſi velles alicui perſuadere diuinæ legis ſtudia eſſe colenda, hanc poſſes conficere ratiocinationem: In illa ſtudia eſt incumbendum, quæ ſunt honeſta, vtilia, atque iucunda: atqui diuinarum rerum ſtudia ſunt

honeſta, vtilia; & iucunda, colenda igitur. Status & ſcopus erit, An huiuſmodi ſtudijs ſit danda opera: tres rationes ſiue loci ex quibus argumenta ad quæſtionem propoſitam probandã conferunt, in propoſitione ponuntur: vt iudicatio in ſumptione, ſit ne re vera hoc ſtudium tale. Verum, ad hanc quæſtionem perſuadendã, multi poſſent afferri loci, quos in libro, quo homines ad veram ſapientiam acquirendam hortati ſumus, per multa capita tractauimus; qui Fons vitæ, & ſapientiæ inſcribitur. Nunc quoniam ea omnia explicui, quæ de ampla atq; difficili ſtatuum materia mihi dicenda propoſui, finem huic parti faciam, ſi illud prius repetiuero, quod initio ſcripſi, et nonnulli prudenter admonent, nullam eſſe artis dicendi partem magis neceſſariam, quam quæ de ſtatibus præcepta tradit: cum nulla controuerſia recte intelligi, nihil ordinate explicari, nihil plane dici aut ſcribi poſſit, niſi ſtatus, hoc eſt aliqua principalis propoſitio, quæ ſummam rei contineat, percipiatur, ad quam omnia quæ dicta, aut dicenda ſunt, referri debent. Et hinc eſt quod multi perturbate, obſcure, & ad perſuadendum docendumque inepte dicunt, quod nullam certam propoſitionem ſibi ob oculos ponant: quorum oratio non magis cohæret, quam pictura illa, de qua Horatius loquens ait,

Humano

Humano capiti ceruicē pictor equinam
Iungere ſi velit, & varias inducere plu-
mas, In poet.
Vndiq; collatis mēbris: vt turpiter atrū
Deſinat in piſcem, mulier formoſa ſu-
perne.

Ob eandem cauſſam auctorum interpretes ſæpe male exponunt, nec auctoris mentem aſſequuntur: quo fit, vt interdum interpretatio cum ipſo ſcriptore pugnet. Aſſuefaciendi itaque ſunt adoleſcentes, vt in legendis auctoribus ſtatum quærant; & multo magis, vt in ſcribendo quæſtionem ſibi proponant; ne cum amphoram cœperint, in vrceū deſinant. Hæc incommoda is fugiet, qui non modo ſtatum ſibi proponet, ſed etiam totam controuerſiam & dubitationē, vt ſupra diximus, ad breuem ratiocinationem reuocabit, eiuſque partes & capita conſiderabit.

Afferuntur duarum orationum, & quarundam Epiſtolarum Ciceronis Analyſes. Diſputatio XXII.

VT facilem iuuenibus, & præſertim ijs, qui bono carent Præceptore, ad ea quæ diximus de orationum Analyſi & recta compoſitione præſtanda viam oſtendamus, placet hoc loco exempla quædam de analyſis ratione

 ſubijcere:

ſubijcere: quæ vt verum fateamur minus accurate confecimus, quia Typographus vrgebat: ſed ſatis accōmodata videri poterunt, cum non tam docere, quam docturos monere hic velimus ſumo itaque primo Orationem Tullij pro Archia.

Huius Orationis.	*Genus eſt iudiciale, habet tamen admiſtam demonſtrationem.*
	Forma, Defenſio.
	Status, qualitatis legitimæ, qui tamen coniectura & definitione explicatur.
	Genus dicendi medium ac temperatum.

Tota cauſſa hoc ſyllogiſmo cōtinetur, loco coniugatorū, ſiue ab æquo ſumpto, qui ciuis eſt, & ciuitate dignus; nō eſt a ciuibus ſegregandus: Archias talis: non ergo a ciuibus ſegregandus.

Partes ſunt quinque, & methodus naturalis.	*Exordium,*	Siquid eſt.
	Propoſitio,	Quod ſi.
	Narratio,	Nam vt.
	Confirmatio,	Si nihil.
	Epilogus,	Quare conſeruate.

Huius

Huius exordij munera ſunt tria.

- Captat beneuolentiam a ſua perſona, dum ſtudium ſuum in Archiam oſtendit: & a perſona Archiæ & auditorum, dum vtroſque laudat.
- Docilitatem, dum exponit quibus de rebus ſit dicturus.
- Attentionem dum de re noua inuſitata, & non ingrata ſe dicturum pollicetur.

Exordij partes ex communi exordiendi ratione ſunt quattuor.

1 Prothaſis, ideſt propoſitio, ſi quid.

2 Cataſceue, ideſt ratio propoſitionis: quia iuuit mea ſtudia.

3 Apodoſis, ſiue Enthymematis concluſio. Si mea eloquentia alijs profuit, quanto magis, &c. Cui ſubijcitur aduerſatiua quæ tollitur, hoc enthymemate; quia artes ſunt connexæ.

4 Et Axioſis, ſiue petitio, Quæſo &c. Baſim uocat Hermog.

In exordio hęc continentur.

- *Primo probatur hæc concluſio, Cicero ſua eloquentia debet prodeſſe Archiæ.*
- *Secundo, per prolepſim remouet obiectionem de ſtudiorum diſſimilitudine.* Ac nequis.
- *Tertio, altera prolepſi, remouet obiectionem, de inuſitata in foro cauſſa.* Sed ne cui.

Tres partes ſic tractantur.

- *Prima pars, ſiue totius exordij ſententia hoc ſyllogiſmo connexo, ex relatis, & minore ſumpto continetur, ſi eloquentia Ciceronis alios hortatu & præceptis Archiæ iuuit, debet & ipſi prodeſſe: at alijs profuit: igitur & Archiæ. Concluſio per hyſterologiam ponitur in principio. Aſſumptio, ibi,* Nã quod *Propoſitio,* Quod ſi hæc.
- *Secunda, probatur argumento ducto a ſimili, ſiue pari, Omnes artes habent inter ſe*

ſe communionem : ergo, poetica & oratoria. Etenim omnes.

Tertia, hoc modo, licet genus inuſitatum inſtituam, quia inſolitus & nouus eſt reus, vbi latet ratio a coniugatis: tamen, oro vos vt attente audiatis, quia id de quo acturus ſum, accommodatum eſt reo, & vobis non moleſtum. Quæſo a vobis.

Propoſitio duplici conſtat parte: quarũ.

Prima habet, Enſtaſin, ideſt inſtantiam, Archias eſt ciuis:

Secunda, antipariſtaſin, ideſt obſiſtentiam, Etſi non eſſet, dignus eſt, qui ciuis fiat: vnde proficiſcuntur duę cõfirmationis partes.

Narrationis duæ ſunt partes.

Prima, eſt demōſtratiua, in qua narrantur.

Studia, Nā vt, &c.

Patria, Antiochiæ.

Fama, Aſiæ partibus.

Aduetus Romam. Hac tanta.

Secunda, fidem facit, & fundamenta probationum continet, dum exponit, ciuitati fœderatæ fuiſſe adſcriptum, habuiſſe domum in Italia, profeſſum fuiſſe, &c. Interim ſatis.

Cōfirmationis duæ ſunt partes, in propoſitione inſinuatæ.

Prima continet probationem per inſtantiam practicam ex iis quæ facta ſunt, hoc enthymemate ex tribus cōflato, quia eſt adſcriptus, ciuitati fœderatæ, habuit domicilium Romæ, & eſt profeſſus: ciuis igitur. Si nihil.

Secunda habet obſiſtentiam, ex adiunctis perſonæ Archiæ, quod ſit ciuitate dignus. Quia ſuppeditat.

Prima

Prima pars hoc pacto eſt diſtributa.

1 *Ponitur concluſio, ſiue propoſitio*, Si nihil.

2 *Primi membri ſumptio de adſcriptione.* Heracleæ ne. *Cui ſubijcitur prolepſis, ſeu refutatio de tabulis.* Hic tu.

3 *Secundi, de domicilio,* At domic.

4 *Tertij, de profeſſione,* At cum.

5 *Subijcitur concluſio,* quæ cum ita. *Quæ approbatur. Primo a maioribus, quia adſcriptus alijs. Secundo a minoribus.* Quid cum.

6 *Subijcitur prolepſis de cenſu, qua amplificatur cōplexio,* Cēſus noſtros. *Additur alia ratio, ex adiunctis, teſtamenti cōfeſſio, hæreditatis aditio, & ad ærarium delatio.* Quare *concluſio primæ partis.* Quæ res *tranſitio ad ſecundam, per apoſtrophen.*

Secunda

Secunda pars continetur hoc ſyllogiſmo ab adiunctis; ſiue ab habitu, & actibus Archię ſumpto: Qui eſt bonus poeta, & fructum delectationēq; vobis affert, eſt ornandus, et ciuitate donandus: at Archias eſt bonus poeta, cum recte ex tempore & cogitate componat, & multa iam opera ediderit, quæ fructum & delectationem afferunt, igitur.

Hæc pars ſic diſponitur.

1. *Ponitur propoſitio per prolepſim, de vtilitate & delectatione artis poeticæ.* Quia ſuppeditat.
2. *Aſſumptio, de primo fructu rhetorico, quod doctrinam ſuppeditet eloquentiæ, & animos recreet.*
3. *Interponitur alia prolepſis, de honeſtate huius ſtudij, a ſua perſona: probatque ſe non eſſe arguendū, quod hoc ſtudio delectetur: quia ex eo communem fructum capit.* Ego vero. *Propoſitio.* Me autem, *aſſumptio.* Quare quis, *complexio.* Atque hic, *reuertitur ad*

primum

primum fructum, & ad ſecundum tranſit.

4 *Exponit ſecũdum fructum, quia iuuat mores, ad honorem & laudem acquirendam. Præbet enim exempla honoris, quibus homines excitati, magna ſubeunt pericula: igitur.* Nam ſi, *propoſitio*. Sed pleni, *aſſumptio*: Quas ego, *complexio.*

5 *Digreſſionẽ pulcherrimam tractat, an ad præclaras res gerendas, magis natura, quam doctrina iuuet, an contra.* Atque idem *concludit vtrumque eſſe neceſſarium; exemplisque onfirmat.* Ex hoc.

6 *Tranſitio, ad alium effectũ, qui eſt delectatio humaniſſima, & liberaliſſima.* Quod ſi. *Ratio ſumitur a comparatione amplificata per adiunctorum enumerationem.* Nam cæteræ. *propoſitio.* Hæc

ſum-

ſumptio. Quod ſi, *prolepſis, quia ſi in nobis nõ eſt huius artis guſtus: tamẽ guſtari debet in alijs. Ratio ſumitur a minori: motus corporis amorem conciliat; vt patet de Roſcio, multo magis animi motus.* Quis noſtrũ, *propoſitio*. Ergo. *Redditio cum propoſitionis repetitione*.

7 *Probat aſſumptionem prioris ſyllogiſmi, quod Archias ſit bonus poeta, confirmata a duobus ſignis, quia ex tempore & cogitate benedicit*, Quoties, *Aſſumptio*. Hunc ego, *Concluſio primi ſyllogiſmi*.

8 *Complexionem mirifice illuſtrat, & tractat locum communem de laudibus poeticæ. Primo a cauſſa efficienti, quia eſt a natura & quodam diuino ſpiritu. Secundo a coniugatis, quia ſancti; quod*

Ennij

Ennij teſtimonio confirmat: Sanctum ergo eſſe debet eorum nomen: confirmat exemplo barbararum nationum. Tertio minore de ſaxis & belluis, quæ cãtu flectuntur: igitur & nos. Quarto, ab exemplo eorum, qui de Homero mortuo contendebant.

9 *Amplificatio ex praxi, quia multa compoſuit. Syllogiſmus ſic conficitur, qui populi Rom. nomen illuſtrat, eſt ciuitate dignus: Archias talis: igitur. Sumptionem probat ab effectis.* Nam &. *Propoſitionem ab exemplo & communi loco,* Neque enim. *Eamque poſtea exemplorum congerie illuſtrat.* Quare quo rum, *Exempla ſunt, tum poetarum qui amati fuere & in vrbem recepti; tum eorum qui poetas amarunt: totus populus Rom.*

Rom. ſinguli homines : Imperatores, tum externi, tum Romani : & Cicero. *Interſeritur prolepſis de lingua gręca. & per comparationem explicatur.* Nam ſi. *Reuertitur ad exempla,* Magnus. *Argumentatura minore, Armati poetarum nomen & muſas coluere : ergo & iudices togati. Primo ponit aſſumptionem quam exemplis amplificat : quorum ſingula fere amplificantur a minore.* Magnus. *Poſtea propoſitionem.* Qnare in qua. *Subijcit ſuum exemplum, aitque ſe amare poetas ob ſuam gloriam : gloriæ ſtudium hoc ſyllogiſmo connexo probat. Si non eſſet ſtudium gloriæ, nemo res magnas gereret: atqui in optimo quoque eſt : res igitur magnas gerunt.* Atqne, vt id, *Interrogatio*

gatio propoſitionis loco ponitur: Qua quidem: *alijs verbis repetitur & & amplificatur*. Certe, ſi *Aſſumptio*. Nunc *approbata communicatione*, An vero: *& per mi nora*, An cum: *& ſuo exemplo per allegoriam*, Ego uero.

Peroratio, quę tres habet partes.

1 *Continet repetitionem, argumentorum confirmationis*, Quare conſeruare.

2 *Petitionem, cum aliqua gepetitione*. Quæ cum ita ſint.

3 *Veniæ deprecationem, de nouo dicendi genere*. Quæ de cauſa.

Habet hæc oratio locos cōmunes ad cauſſam pertinentes, de laudibus poeticæ, de ſcriptoribus colendis, & de gloriæ & æternitatis appetitione.

Sequitur

Sequitur alia analyſis ſeptimæ Philippicę.

Huius orationis.
- *Genus, eſt deliberatiuum.*
- *Forma, Diſſuaſio.*
- *Status, partim qualitatis, partim coniecturalis, An pax cum Antonio ſit honeſta & tuta, An fieri poſſit; vel ſimpliciter coniecturalis, An ſit facienda.*
- *Genus, ſiue forma dicendi, temperatum; quamuis interdum aſſurgat.*

Diſpoſitio, ſiue partes huius orationis ſunt hæ.
- *Exordium,*
- *Præmunitio, alij, Refutationem vocant,*
- *Partitio,*
- *Confirmatio.*
- *Peroratio.*

Tota

Tota cauſſa hac ratiocinatione continetur, Pax turpis, periculoſa, & quæ coagmentari nõ poteſt, non eſt facienda: pax cum Antonio, & Antonianis talis: non igitur facienda.

Huius ratiocinationis.	*Propoſitio, continet tres rationes.*
	Sumptio, iudicationem
	Complexio, ſtatum.

Exordij ſcopus eſſe videtur, vt ſenatorum animos ab alijs negocijs reuocet, & ad hoc vnũ totos conuertat; argumento a comparatione ſumpto, Illud negocium eſt tractãdum, cum plura occurrunt, quod eſt maius & periculoſius: tale eſt hoc de quo acturus ſum, comparatione eorum, quæ Conſul retulerat: igitur.

In hoc exordio duo præſtantur munera facit.	*Attentum, dum rem magnam & periculoſam proponit.*
	Docilem, dum aduerſariorum ſententiam exponit.
	Habetq; protaſin, Paruis &c. *Et Apodoſin.* Non.n.ſe tenent.

Diſtribui poteſt in duas partes.

In prima per diſtributionem ponit illa de quibus conſul retulerat, quæ ſunt tria, explicatu quidem facilia, ſed ob maiores curas animus ſuſpenſus aberrat a ſententia.

In ſecunda ponit, & probat cauſſæ ſummum periculũ. Adducta eſt. argumento ab effectis, ſiue adiunctis, quia timorem, & ſolicitudinem, ſiue languorẽ creat: igitur.

Secunda pars hoc modo tractatur.

1 Proponitur concluſio. Adducta eſt.

2 Probatio ex timore et liuore, i. ab animorum remiſſione ſumpta: quia qui deberent fauere Reip. dolent de eius præſidijs, quæ enumerat. Non. n.

3 Fictas reſponſiones fautorum Antonij. Prima iam nunc. Secũda, Alij poſtulare. quã per ironiam refellit, & amplificat. Scilicet. Tertia,

Alij

Alij remittere. *Quam etiam per ironiam repro bat.* Pręclare. *Quarta,* Alij nihil. *Quam etiam refellit, ab effectis, quia Macedoniam vocat ſuã, cui ſubijcitur, reiectio per ironiã, ſumpta a reuocatione C. fratris.*

4 *Per acclamationem conclu dit, ſummumque periculum oſtendit,* Sed quæ.

Præparatio, ſeu calũniæ reiectio: quę cõmode in has partes diſtribuitur.

1 *Per mimeſim cum ironia aduerſariorũ dicta proponit. Quorum primum eſt, Non oportuiſſe irritari Antonium. Ratio, quia eſt homo nequã & confidens. Alterum improbos eſſe cauendos, in quibus per interpoſitionem aduerſarios collocat.* Itaque. *ijdem.*

2 *Per inuerſionem, ſiue violentiam, aduerſariorum rationem refellit, quia cum ſit nequam & im-*

probus, puniẽdus eſt: Sa lutaris.n.ſeueritas, vin cit inanem ſpem clementiæ. Vtrum igitur, &c.

3 *L. Piſonem acriter redarguit: qui cum iſta dicat, ſe popularem, & conſularem eſſe aiebat.* Atq; hæc. *Quod non fuerit popularis, hoc argumento probat. Ille non eſt vere popularis, qui abhorret ab optimo ciuitatis ſtatu: talis Piſo: igitur.* Quin. *probatur ſumptio ab effectis repugnãtibus, quia in rebus improbis, non in re ſalutari populo fuere populares.* Me quidem. *Confirmat a ſuo exemplo diſſimili.* Et quidem, *probat deinde non eſſe conſularem, a definitione nominis: Is eſt conſularis, qui tale nomen poteſt ſuſtinere: Piſo non poteſt: igitur.* Quo nomine, *Propoſitio:* Faueas tu.

probatio ſumptionis ab effectis cum amplificatione. Accipiet. *confirmat, a diſſimili exemplo. Vt conſul non eſſet Panſa, niſi cõſuleret patriæ, ita nec conſularis, qui idem non præſtat.*

4 *Hinc ſumpta occaſione Panſam laudat, & probat eũ eſſe vere conſulẽ, quia patriæ cõſuluit. Deprecatur tamen prius offenſionẽ, cuius eſſe poſſet ob allatum argumentum aliqua ſuſpicio: quã remouet, tum oſtenſione ſuæ voluntatis,* Quamquam *: tum ex effectis Panſæ.* Eiuſdemque. *Poſtea ſuam ſententiam moderatur, ne alios offendere videatur, tribuẽdo aliquid tẽpori.* Non quia. *Vt oſtendat quantum Panſæ laborandum ſit.*

5 *Præparationẽ adhibet ad cauſſam, & deprecatur*

 veniam

ueniam, ſi pacem diſſuaſurus ſit is, qui fuit ſemper patis alumnus. Itaque ego ille. *Pacis bona in ſua perſona demonſtrat, vt belli neceßitatē inſinuet*. Hinc honores. Quæſo & oro, *Deprecatio*.

Tertia pars cōtinet
- *Propoſitionem*, Ego ille &c.
- *Cum ſignificatione de ſpe in reliqua cauſſa*; Magna ſpe. *Confirmata ex antecedentibus comparatione maiorum*, Quoniam.
- *Partitionē, quā affert requirendo a ſeipſo per occupationem rationes, ob quas pacem nolit—quia*
  - Turpis.
  - Periculoſa
  - Eſſe non poteſt.
- *Attentionis petitionem*.

Conten-

Contentio tres cõtinet partes iuxta diſtributionem factã: quarũ. Prima hoc modo tractatur.

1 *Argumento a minori ducto probat turpitudinem, factum quo inconſtantia & mobilitas declaratur, non ſolum in Senatu eſt turpe, ſed etiam in ſingulis: at hoc eſt tale: igitur.* Quid eſt. *propoſitio.* Quid porro. *Sumptio, quæ probatur numeratione multorum antecedentium. Primũ,* Quaſi vero. *Secundũ,* Nec tum hoſtis. *Tertiũ,* Nec tum hoſtem. *Quartum,* Quid cum. *Brutũ. Quinctũ,* Quid cum decreu. *vbi latet argumentũ ex repugnãtibus. Sextum,* Quo igitur. *vbi amplificatione vtitur ab Hircij ad iunctis. Septimũ,* Quid cum delectus. Armorum. *Ex adiunctis et ſignis probat eſſe bellum, idque cum Antonio.*

2 *Per occupationem, reijcit reſponſionem de legatorum*

rum miſſione. At legatos. *Et quia legationem erat reprehenſurus, per affectus ſignificationem mitigat reprehenſionẽ.* Heu me. *Ratio reprehenſionis, quia populus non probaſſet.* Quid. *Qđ probat ex adiunctis antecedentibus, quia aſſenſi fuerant ſententiæ Ciceronis de Sagis ſumẽdis.*

3 *Affert aliud caput, quo turpitudinẽ probat, de miſſione legatorum a legionibus, & a Senatu ad Ant. cum contra fieri debere, ſit honeſtũ: hoc igitur turpe.* Quã turpe. *Adhibet correctionem de legatione. Quam tamen in opinione eſſe ex effectis confirmat.* Miſſos. *Subijcit poſtea concluſionem, quam ex diuerſorum comparatio ne amplificat.* Retinenda. *Cui ſubijcit per occupa-*

cupationem ſuum grauiſſimum iudicium Quod ſi non.

4 *Affert alium locum, quo probat turpitudinem & indignitatem a conſequẽtibus, ſi in vrbem recipiatur Ant. Quia eſſet indignum in Senatu ſententiam dicere eum, qui multa contra Remp. geſſiſſet: quæ enumerando, argumẽtum amplificat.* Quanta illa. *Concludit hũc locum per acclamationem.* Hunc.

Secunda confutationis pars, de periculo, ſic tractatur.

1 *Adhibet tranſitionem cum propoſitione, & cõparatione turpitudinis cũ periculo, ſeu damno.* Satis multa. *Totius loci ſententia hoc ſyllogiſmo cõtinetur. Cum improbo, et potenti, Antonio, aut potius tribus Antonijs, in ciuitate exiſtentibus pax non poteſt eſſe tuta: talis hæc igitur.*

Proponit

2 *Proponit periculum, quod auget à varietate inimicorum.* Poteritis.

3 *Lucij potentiam per enumerationem adiunctorum demonſtrat, vt oſtendat eſſe timendum.* Eſt.n. Quam *amplificat exclamatione, & confirmat ab effectis.* Odij. *Eiuſdem Lucij potentiã per comparationem proponit, & tanquã verũ gladiatorem timendum eſſe ait.* Gracchorũ. *Quod ſit gladiator probat ab effectis, quia tanquã gladiator pugnauit.* Myrmillo. *Quod pugnauerit, probat a ſigno, quia cicatricem habet.* Qui familiarem, *confirmat duplici cõparatione minorum: adhibetq; amplificationem a conſequẽtibus.*

4 *Antonij potentiam oſtendit, vt doceat eſſe timendum.* M.Antonius: *demonſtratq;*

monſtratq; multos eum ſecuturos: confirmat ex adiunctis. Præſertim *Amplificat epiphonemate, quo ſe timere ait, vt alij timeant.* Ego.

5 *Interpretatur ſuam ſententiam de pace ficta,* Nec ego. *& probat a fine; ſi vera pace frui volumus: igitur bellum gerẽdum: vel dicas argumentum duci a negantibus.* Quare ſi.

6 *Hortatur ad bellũ.* Eſt autem. *Primo, ex loco cõmuni de officio Senatoris, quod eſt populo prouidere. Confirmat a turpi, ſiue a coniugatis, conſulentibus turpe eſt deeſſe cõſilium.* Turpe. *Confirmat & amplificat a facili, ſeu a facultatib.* Eos conſules. *Et a ſuo officio,* Equidem.

Tertia

1 *Adhibet tranſitionem cum renouatione docilitatis, & attentionis.* Dixi de. *Huius partis, in qua coniecturæ quæſtio tractatur, ſententia hac ratione a contrarijs, ſiue repugnantibus, continetur. Inter eos inter quos viget odium, & nulla eſſe poſſunt ſigna pacis: non poteſt eſſe pax: ſed inter nos & Antonium, & Antonianos viget odiũ; igitur.* Quæ poteſt. *Hęc eſt propoſitio, ſiue concluſio.* Quo ore. *Ratio cur non eſſe poſſit inter ſenatum & Antonium. Non cum Antonianis, quod probat ab eorum effectis.* Quid ij. *Neque inter equites Rom. & Anto. Quod probat ex antecedentibus.* An equites. *Nec cum vniuerſo populo; quia libertatem recuperare deſiderat, quod a ſigno probat.* Nã quid.

Tertia cõfutationis pars quaprobat pacẽ coagmẽtari nõ poſſe ſic tractatur.

Con-

Concludendo, per amplificationem cõfirmat ab effectis repugnantibus non poſſe eſſe pacem cum populo Rom. interſeritq; populi ſtudium, vt oſtendat non eſſe in manu Senatus pacem facere. Itaque. *Denique per interrogationẽ proponit aliud mẽbrum, quod non poſſit eſſe cum municipibus.* An cũ *Quod probat a ſigno ſiue effectis; & adiunctis per amplificationem: Quorũ ſtudia laudanda, & ſequenda eſſe docet.* Laudandi, &c. *Amplificat et vrget mirifice per ironiam.* Hæc in. *Vrget etiã a contrarijs.* In diſcordia. *Addit poſtea per præteritionẽ Naſidij ſtudiũ auxilia, quem ab antecedentibus; & comitantibus geſtis laudat,* Vt omittam.

2 *Mutata dicendi forma, vt ſatietatem tollat, per prolepſim*

lepſim docet Ant. non ſe placaturum cum Gallia, quia eum repudiauerat.

3 *Per acclamationem Politicam & admirabilem monet patres vt proſpiciãt,* Omnia videbitis.

4 *Totum hunc locum concludendo, per obteſtationem monet ne ſpe ficte pacis præſentis perpetuã amittant,* Nolite. *Hoc tertiũ confutationis membrum poſſes hac ratione concludere, ſi pax poteſt fieri, aut cum Senatu, aut cum Equitibus, aut cũ populo Rom. aut cum municipibus, aut cum priuatis quibuſdam hominibus, et prouincia: at cum nullis, ob odium & diſcordiam mutuã: igitur non poteſt fieri. Vbi continetur hortatio ad bellum: a facili, per præſidiorum & voluntatum multorum explicationem.*

Epilogus,

Epilogus, qui per ſolam amplificationem tractatur, cũ non ſit repetitione opus: In quo hęc aguntur.

1 *Per præciſionem orationẽ abrumpendo ſuæ dictionis ſinem oſtendit; vt vigilent, ne falſa ſpe pacis decipiantur.* Quorſum.

2 *Per conceſſionem, eſto Ant. omnia fecerit, quæ Senatus vult: tamen nihil de pace ſtatuendum; vt res integra maneat: vbi dilemmate vtitur.* Omnia.

3 *Senatores monet, vt inuigilent, a malorum imminentium enumeratione & amplificatione.* Sed uos *& ab occaſione vrget;* Tetram.

4 *Conuerſus ad Panſam, eundem hortatur a fine, ſiue à facultate: adiuncta tẽporis circunſtantia.* Teipſum.

Atque duarum orationum analyſin attuliſſe ſufficiat. Quo loco obiter adſcribere placet, quæ ab eo, qui accurate aliquam orationem ſit explicaturus, conſideranda ſint: ſunt autem iſta, Primum titulus, qui continet perſonas: quarum ratio eſt multiplex; alia quæ dicit, vt patronus

patronus, vel defenſor, & aduerſarius, ſiue accuſator: alia pro qua, vel contra quam dicitur: alia apud quam: quæ, vel eſt publica, vt populus in concione, Senator in curia, & iudex in foro, & iudicio: vel priuata, & ſoluta a legibus, vt Princeps, ſiue Imperator. Deinde, eſt res ipſa, & pragma, ſiue oratio explicanda. eſt autem explicatio duplex, altera generalis, totius orationis; quæ partim eſt rerum, partim verborũ, & elocutionis, ſiue generis dicendi. Rerum primum eſt inuentio; quæ partim argumentum & genus cauſſæ aſſignat; partim, ſtatum & locos, ſiue capita demonſtrat: poſtea collocatio, quæ ſingulas orationis partes inueſtigat. Altera ſpecialis ſingularum partium, vt exordij, narrationis, & cæterarum. In ſumma quod ad rem ipſam attinet, hæc exponenda ſunt, Argumentum, genus cauſſæ, ſtatus, loci proprij ſtatus, partium orationis diſpoſitio, elocutionis genus, adde etiam ſi vis, tempus, locum, euentũ. Quod ad ſingularem expoſitionem attinet, maiores partes in minores reſoluendæ ſunt; vt exordiũ in ſuas; cuius etiam munera aſſignanda ſunt; ſimiliter Narratio in ſuas; cuius virtutes obſeruandæ eſſent: idem de Propoſitione, & Confirmatione dicas: cuius rationes ad capita reuocare oportet, & ſingularum rationum loci indicandi. ac etiam argumentationũ partes; vt ſunt, Propoſitio, Sumptio, Concluſio: & Concluſionũ

amplifica-

amplificationes ; Atque idem de Epilogo dictũ puta. Quæ omnia facienda ſunt iuxta doctrinam libro de Diſpoſitione oratoria traditam. Reſoluendi poſtea ſunt Periodi, in quibus forma, partes, qualitas, quantitas, locutionis forma, ſiue idea, & ſchemata ſpectanda ſunt. Præterea membra & inciſa, quorum quantitas, connexio, animaduertenda eſt. Et denique ſingula verba perpendenda ſunt, quæ ſit eorũ proprietas qualitas, tranſlatio, vſus, conſecutio, concinnitas, ac numerus, iuxta ea quæ in libris de Elocutione docuimus. Mitto hic analyſes ethicas, politicas, hiſtoricas, & gramaticas, quas aliqui faciunt, & non ſine ratione.

Quarundam Epiſt. M. Tullij analyſis, & primũ Epiſtolæ decimæoctauę Libri quinti.

Huius Epiſtolæ.
- *Genus, eſt deliberatiuum.*
- *Forma, conſolatio.*
- *Status, an Sextio æquo animo exilium ſit ferendum.*
- *Dicendi genus ſummiſſum quale in Epiſtolis fere requiritur.*

Partes quattuor,
- *Exordium,* Non obliuione.
- *Narratio, ſeu digreſſio;* Ego te.
- *Confirmatio,* Quamobrem.
- *Epilogus.* Ego &.

Exordij munera duo.
- *Primum, facit beneuolum a ſua perſona, dum ſe purgat, & ſuum ſtudium oſtendit: & a perſona Sextij, dum eũ laudat.* & tuam virtutem.
- *Secundum, facit attentũ, dum aliqua ſe ſcripturum pollicetur,* non putaui.

Exordiũ duas habet partes.
- *In prima per criminis remotionem, taciturnitatẽ purgat: vnde ſtatũ cõtinet qualitatis, & Protaſin.*
- *In ſecunda rationem reddit, cur nunc ſcribat, quæ Redditionem habet.* Cũ vero: *Cui adiungitur Baſis,* Non Putaui.

Exordij partes ſic tractãtur.
- *Prima hac ratione, qui non obliuione, aut intermiſsione cõſuetudinis, ſed temporũ, & amicorum conditione non ſcribit, non eſt accuſandus: talis ego: igitur.* Non obliuione. *Purgationis propoſitio, cum remotione.*
- Sed quod. *prima ratio extrinſecus aſſumpta.* Poſteriora.

ſteriora. *altera ratio.*

Secunda hoc modo, Primo proponit duas circunſtãtias, vnam a tempore, alteram a perſonã Sextij ſumptã. Cũ vero. *Deinde concludit, & proponit,* Non putaui.

Narratio, q̃ continet officiorum commemorationem, eſtq; ad cauſſam valde accommodata.

Primo, narrat beneficium defenſionis, et cauſſæ pro Sex. actæ. Ego te.
Deinde, quid poſt ſuam reuerſiononẽ in cauſſa nõ bene inſtituta egerit. Et proxime.
Poſtremo, cum ob aduerſariorum iniquitatem in cauſſa nihil poſſet efficere, ſe eius filio fauiſſe cũ quadam amplificatione docet. Cumque eo.

Confirmatio, qua conſolatio cõtinetur quattuor nixa rationib.

Primo, per tranſitionem colligendo dicta quid facturus ſit proponit. Quamobrem.
Deinde, ponit primam rationẽ ab hominis, & rei natura ſumptã. Ea eſt hominis natura vt res incertas vitare et præſtare nequeat: igitur ferre. Vt &c.

Poſtea ſubijcit ſecundam rationem ab exemplo priuato, hoc eſt Reip. Rom. & communi, aliarum ciuitatum ſumpto, cogitaretque.

Tertia ratio ab adiūctis et ſtatu reip. Reſ. talis eſt, vt nemi nē prudentē delectet: igitur cōſolationē cape ſi ea cares.

Et quia Sext. dicere potuiſſet ſibi dolendum eſſe, quod filio careat, docet eum laudando, ob hanc cauſſam exilium nō eſſe ægre ferendum, quia eū animo complecti poteſt. Vbi pulcherrimam gnomen inter ſerit. De tuo. *Vnde etiam conſolationem, ſicuti ex aliorum de eo opinione, colligit.* Quamobrem.

Poſtrema ratio a conſcientia, & ab hominis ſapientis officio ſumpta. Et maxime.

Epilogus duas habet partes quæ etiam ad conſolationē faciunt.

In prima, ſe nulla in re Sextio defuturum cum quadam amplificatione docet: cuius rei duas ab adiunctis ſumptas, & ſuperius tactas rationes

reddit

reddit, Ego &.
In ſecunda, ſe facturum polli-ectur, ſiquid per literas peti-uerit : vel vt aliquid pe-tat monet, Tu ſiquid.

Analyſis Epiſt. 5. lib. 7.

Huius Epiſtolæ.
- *Genus, deliberatiuum, quod admiſtam habet laudationem.*
- *Species, commendatio.*
- *Status, coniecturalis, An Cæſar debeat Trebatiū in ſuā fidem recipere.*

Partes, ſunt quinque, Exordium, Digreſſio, Propoſitio, Confirmatio, Epilogus.

Exordij partes tres.
- 1 *Facit attentum per apoſtrophen ex abrupto; vbi perſuaſionem de beneuolentia Cæſaris per comparationē amplificat.*
- 2 *Facit docilem, quia exponit quid velit argumento a diſſimilibus,* Caiū Treb.
- 3 *Secundam a teſtimonio, & iureiurando expolit,* Neque.

Itaque rem quā petit laudat:

cauſſas cur commendet exponit: & ſtudium prædicat.

Digreſſio, qua quæ de Cæſaris voluntate dixerat teſtimonio confirmat: cuius partes ſunt tres.	1 *Continet breuem propoſitionem ab adiunctis amplificatam,* Caſus vero. 2 *Continet alterum membrũ propoſitionis cum expoſitione, & confirmatione ab euentu, quam exaggerat.* Nam cum. 3 *Digreſſionis amplificationẽ a facto Ciceronis & Balbi: cuius facti ratio a cauſſa efficienti ſumitur.*
Propoſitio, ſeu commẽdationis expoſitio: cuius duę sũt partes.	1 *Continet expoſitionẽ cauſſarum commendationis efficientium.* Mitto. 2 *Commendationis formam ex paribus ſumptã.* Nunc.
Cõſirmatio ex trib. locis petita.	1 *Ab adiunctis animi Treb. quã a pari amplificat, & ſuo teſtimonio cõfirmat,* De quo 2 *Ab adiuncta ſcientia, memoriaq; in iure ciuili: quia quorum ſtudia eadem, voluntas quoq; eadem.* Accedit.

Ab

3 *Ab adiuncta facultate, argumento a diſſimilibus; quia non certum beneficiũ petit, cum prolepſi.* Neque. *cum amplificatione facultatis.* Totum.

Epilogus, cuius duæ ſunt partes.
- 1 *Excuſat, ſi quid erroris in commendando commiſerit,* Sumus.
- 2 *Hortatur ad valetudinem, & ſe amari petit.*

Analyſis Epiſt. 12. lib. 5.

Huius Epiſtolæ:
- *Genus, deliberatiuum.*
- *Forma, petitoria.*
- *Status, Coniecturæ, An L. Lucèio Ciceronis geſta hiſtoriæ tradenda ſint.*

Partes quattuor, exordium, propoſitio, cui ſubijcitur digreſſio cum prolepſi, confirmatio, & peroratio.

Exordiũ triã continet munera.
- 1 *Facit attẽtũ a rei magnitudine, quam auget ab effectu per diſſimilitudinem.*
- 2 *Docilem, dum breuiter petitionem exponit,* Ardeo.
- 3 *Beneuolum, vbi obiectionẽ occupat,*

occupat, argumento diuerſorum, & explicatione veræ cauſſæ feſtinationis. Quod etſi. *Et effecti rationem a cauſſa finali ſumit.*

Propoſitio, ſiue petitionis plena expoſitio, quæ duas habet partes.

1 *Proponit duplicem modum ſuæ petitionis: & triplici ratione alterum confirmat. Teſtimonio, a fine, & a loco cõmuni, quia pluribus intentus minus vberius poteſt tractare,* Nec.

2 *Adiungit digreſſionẽ cum prolepſi, qua purgat nimiam ambitionem, quod velit res ſuas plus æquo laudari, & vtitur hoc argumento: qui ſemel fines verecundiæ tranſiuit, eum gnauiter oportet eſſe impudentem: at ego, etc. Aſſũptio, argumẽti nititur duobus factis Cicer. Propoſitio, Stoicorũ paradoxo.* Sed tamen. *Cõcluſio ſyllogiſmi,* Itaque.

Confirma-

1 *A ſubiectæ materiæ dignitate & delectatione: quia quæ ſunt huiuſmodi digna ſunt quæ ſcribantur.* Quod ſi. *Aſſumptionis prior pars,* Multa etiam. *Altera aſſumptionis pars,* Nihil eſt. *Confirmatio ex adiuncto Ciceronis, temporum nimirum varietate & fortunæ viciſſitudinibus,* Quæ etſi. *Propoſitionis amplificatio, per diſtributionem ſubiectorum, primum Ciceronis, tum aliorũ.* Quem.n. *Cõfirmatio a duobus exemplis.* Etenim, *alia confirmatio a comparatione minorum.* Quod mihi. *Cõplexio ſyllogiſmi.* Habet.n. *aſſumptio.*

Confirmatio, q̃ nititur tripli ci argumento.

2 *Ab adiunctis Lucei. i. ab ingenij præſtantia, &c. quia pulchrum eſt laudari velle a laudato viro.* Neque vero. *Complexio primo loco poſita.* Neque.n. *Syllogiſmi propoſitio: cui ſubijcitur ratio a ſimili exemplo.* Atque illi. *probatur comparationis*

tionis conſequentia a diſſimilitudine ſubiecti. Atq; hoc. *Aſſumptio ſyllogiſmi, Tu es vir laudatus.* .Placet.n.*propoſitionis repetitio.*

3 *Ab incommodo & abſurdo, ſi non impetrabit, quia de ſe ſcribet, at hoc honeſte fieri non poteſt: ergo.* Quod ſi. *ſyllogiſmi propoſitio : cui ſubijcitur ratio.* Sed quod. *aſſumptio duabus rationib. comprobata; prima a forma ſcriptionis & diſtributione rerum ſcribendarum: ſecunda ab effectu, quia minor fides habetur.* Accedit. *Cui ſubijcitur amplificatio*, Et dicant: Hoc nos, *cõplexio.*

Concluſio, quæ duas habet partes.

1 *Tacitæ obiectioni reſpõdet, cur tantopere petat,* Nec ne *Et explicat cauſſam efficientem & finem,* Illa nos.

2 *Petit, vt quid ſit acturus, oſtendat: ſubijcit rationem a fine: & vt petitio eſt bipartita, ita duas rationes a fine ſumptas habet. Additur clan-*

clauſula hortatoria, Tu interea.

Analyſis Epiſt. 6. lib. 2.

Huius Epiſtolæ. — *Genus, deliberatiuum.* *Species, petitoria.* *Status coniecturæ, An C. Curio T. Annium in cõſulatus petitione iuuare debeat.*

Partes ſunt quattuor, exordium, propoſitio, cõfirmatio, concluſio.

Exordiũ cõtinet duas partes.

1 *Facit attentum,* — *A circunſtãtia tẽporis.* *A cauſſis, q̃ ſunt magnitudo, & cupiditas.*

2 *Beneuolum a ſua perſona,* Graue eſt. *Et eius ad quẽ ſcribit.* Neque enim.

Propo-

Totius exordij ſententia hæc eſt, ſi eſſem meritus petere vererer; at non ſum meritus: igitur.

- *Propoſitio, ſeu propoſitionis explicatio, q̄ duas partes habet.*
  - 1 *Continet petitionis amplificationem a factis Ciceronis; quattuor modis.*
    - 1 *A perpetua metaphora, qua conſtans & aſſiduum ſtudium oſtendit.* Ego omnia.
    - 2 *Ab enumeratione cauſſarum iuuantium.* Studia.
    - 3 *A fine factorum* Statui.
    - 4 *A comparatione minorū.* Neq;.
  - 2 *Petitionē ipsā* Huic te.
- *Confirmatio ex quattuor locis petita.*
  - 1 *A facilitate & facultate, quia cauſſas adminiſtras habet, nimirum quattuor, quas enumerat.* Habemus.
  - 2 *A quattuor Ciceronis adiunctis, memoria, gratitudine, bonitate, & dignitate.* Si me memorem.
  - 3 *Ab adiunctis perſonæ Milonis, animi grauitate, conſtantia, beneuolentia, quæ teſtimonio, & ſponſione Ciceronis*

nis

nis confirmantur, De ipſo.
4 Ab effectu; decor et dignitas Ciceronis. Mihi vero.

Concluſio, quæ duas hẽt partes.
1 Reddit rationẽ cur non plura ſcribat; quæ ducitur a factis Ciceronis: quia ſciebat quãtum laborabat, Ego ni.
2 Continet repetitionem primi & quarti argumenti. Vnum hoc.

Analyſis Epiſt. 6. lib. 2.

Huius Epiſtolæ,
- Genus eſt deliberatium.
- Forma, hortatoria.
- Status, coniectura. An Trebatius in Gallia manere debeat.

Partes habet quattuor, Exordium, Propoſitionem, Confirmationem, Concluſionem.

Exordium, Continet beneuolentiam ab officio Ciceronis, quod a trib. adiunctis amplifitur,
- A frequẽtia Omnibus
- A forma, Legitima,
- A modo, vulgaris.

Propo-

Propoſitio bimembris.
- 1 *Dehortationem continet.* Tu modo.
- 2 *Hortationem, a fine ob quē eo perfectus erat: quē aſſiduitate & virtute conſequi debet,* Et quo.

Cōfirmatio, duplici nixa argumento.
- 1 *Ab exemplo Medeæ: inſignia.n.exempla ad perſuadendum valent,* Hoc tibi.
- 2 *A teſtimonio Ennij, cuius verſiculos mancos citat.* Nam multi.
- *Applicat teſtimonium ad perſonam Trebatij,* Quo in.

Concluſio cuius duæ ſunt partes.
- 1 *Hortatur vt ſibi caueat, ratione ducta à factis Trebatij,* Tu qui: *vbi eſt luſus in verbo* Cauere.
- 2 *Repetendo exemplum Medeæ, monet Gnome Enniana, vt ſibi ſapiat,* Qui.

Analyſis Epiſt. 5. lib. 4.

Genus eſt deliberatiuum.

Huius Epiſtolæ,
- *Species conſolotiō.*
- *Status cōiecturalis, an de morte filiæ Ciceronī ſit dolendū.*

Partes

Partes habet tres, Exordium, Confirmationem, Epilogum.

Exordiũ duas continet partes.

1 *Facit beneuolum ex ſignificatione doloris; quem a ſigno probat,* Qui ſi.
2 *Facit docilem, dum ſignificat ſe conſolaturum,* Et ſi. *amplificat argumento diuerſorum: etſi genus hoc conſolationis eſt miſerum; tamen te conſolabor.* Propterea. *Antecedens,* Non quod. *cõſequentis probatio a cauſſa impulſiua.*

Cõfirmatio, ſũpta ex quatuor locis.

1 *A conſideratione temporũ in quibus mortua eſt.* Quidem. *Complexio,* Cogita. *Aſſumptio.* *Hoc vno,* *Propoſitio.* An illius. *dilatat concluſionem primi argumẽti, refutãdo tres obiectiones. Prima, quia illius cauſſa, nõ mea doleo.* Quid ſecunda. *quia multis de cauſſis viuere deſiderabat.* At vero. *Tertia, malum eſt liberos amittere.*

A ſimilium

2 *A ſimilium comparatione conſideratio, quæ mihi conſolationem in dolore meo attulit, debet & tibi afferre.* Quod res. *Propoſitio.* Ex Aſia. *Aſſumptio.* Cœpi ego. *Propoſitionis confirmatio a minori.* Vis ne tu. *ſyllogiſmi complexio, in qua primo eſt apoſtrophe ad ſe, quæ attentioni ſeruit: poſtea repetitio aſſumptionis: additur complexio, quæ amplificatur comparatione maiorum, quæ trium membrorũ diſtributione amplificatur.* *Tum ex adiuncto Tulliæ,* Homo erat.

3 *A temporis quo obijt circumſtantia; eo ſcilicet, quo mors eſt optanda.* Etiam tu. Illam quam. *Aßumptio, quam inductione trium membrorũ confirmat ſatis vixit: Maxima vidit: & cum Rep. occidit.* Quid eſt. *Complexio amplificata interrogatione & exclamatione.*

4 *A factis Ciceronis; quę alijs mœrentibus*

merentibus præcepit, ipſe præſtare debet. Denique. *ſyllogiſmi aſſumptio.* Neque imitari, *Propoſitio declarata ſimilitudine,* Nullus. *Complexio amplificata & confirmata tribus argumentis. Ab adiuncta turpitudine, per diuerſa: A voto Tulliæ & amicorũ:* Quod ſi. *A circunſtantia & conſideratione temporum.* Denique.

Epilogus, cuius duæ ſunt partes.

In prima. Plura me. *præſcindendo epiſtolam coronidis loco aliud argumentum affert, a contrarijs parium collatione, quia pulchre fortunã ſecundam tulit: igitur & aduerſam.* Quare ſi. *clauſula, quæ attentioni & docilitati inſeruit.* Vidimus. *Aſſumptio ſyllogiſmi, teſtimonio cõfirmata.* Fac. *complexio.*

In ſecunda pollicetur ſe ſcripturum, vt animum Ciceronis a cogitatione mortis Tulliæ auocet. Quod ad.

Analyſis Epiſt. 6. lib. 4.

Huius Epiſtolæ.
- *Genus, demonſtratiuum.*
- *Forma, Narratio, ſiue potius confutatio.*
- *Status, ſi confutationem, & defenſionem continere dicas, An Ciceroni dolendum ſit.*

Partes tres, exordium, narratio, ſiue confutatio, & epilogus.

Exordium habet duas partes.
- 1 *Continet votum de præſentia Seruij, cum propoſitione. Cui ſubijcitur ratio ab effectu comparatione minorum.* Quantum. *Additur confirmatio antecedentis petita a materia & forma.* Nam.
- 2 *Cōtinet narrationem de officijs Seruij filij: quorum officiorum cauſſam efficientem & finem explicat per ſpeciē diſtributionis.* Seruius.

Naratio, ſeu cōfutatio quę duas partes continet
- 1 *Oſtendit Cōſolationem Seruij aliquid effeciſſe, ex duab. cauſſis, oratione, ſocietateq; doloris, & auctoritate. Me autem*

autem confirmat ratione ſumpta a turpi, cur ſibi non dolendum etiam ipſe putet, Turpe.

2 *Docet non totam ægritudinem abſtuliſſe, per diſſimiliũ comparationem.* Sed opprimor. *Quoniam illi quorũ exempla proponis, in ſimili fortuna habuerunt ſolatia. Propoſitionẽ confirmat exẽplorum inductione.* Nam & *Q. Max. ſubijcitur ſumptionis explicatio.* Mihi autem *Cui additur probatio ex inductione, ſolatiorum Ciceronis, quæ periere.* Non amicorum. *Remouet obiectionem, dicendo ſe non minus dolere ob iſtorum amiſſionẽ: & probat ex diſſimilibus, dupliciter.* Sed cum. Nunc autem. *Antapodoſis. Cui ſubijcitur ratio a diſſimilitudinis explicatione.* Non enim. *Attenditur concluſio.* Itaque.

Epilogus.
- *Concludit petitione, qua contendit, vt Seruius ad ſe veniat, & duplici vtitur ratione.*
- *Prima ab effectu per comparationẽ parlũ.* Quo magis.
- *Secunda a fine, per comparationem minorum.* Ego.

Analyſis Epiſt. 2. lib. 2.

Huius Epiſtolæ.
- *Genus, eſt demonſtratiuum.*
- *Forma, Narratio.*
- *Et cum ſit narratio, non habet expreſſum ſtatum.*

Partes ſunt tres, Exordium, Narratio, Epilogus.

Exordium, in quo tria præſtat.
- *Primo ex abrupto proponit concluſionem, de literis ad ſe ſcriptis, ſed interceptis. Quod habuerit materiã copioſam ad ſcribendum.* Præſertim.
- *Rationis aſſumptio.*
- *Repetit concluſionem, & aſſumptionem exponit: oſtenditq; ſe crebras literas expectare: ſtudiumq; ſuum cõmendat.*

mendat. Atque ſic.
Sed. *Ironiam quam vſurpa uerat corrigit, & ait ſe balbum non eſſe.*

Narratio, quę duas habet partes.

1 *Continet narrationis propoſitionem: in qua repetit, quæ Rufus epiſt. 5. lib. 8. ſcripſerat.* Vt optaſti.

2 *Dilucidam explanationem rei geſtæ: quæ tria habet capita.*

1 *Apparatum bellicum per circumſtantiam temporis loci, & cauſſarum iuuãtium, vt ſunt auxilia ſociorũ, &c.*

2 *Prælium, quod deſcribitur a cauſſis efficiẽtibus, quæ sũt facta Caſſii Bibuli, & Ciceronis.* Cum veniſſem.

3 *Euentum prælij, victoriam ſcilicet, quam ex tribus deſcribit. Ab adiuncto victoriæ iuſtæ: a circumſtantia loci: a factis Cicer. quæ poſt victoriã ſequuta ſunt.* Munitiſsimum.

Epilogus cuius hæ ſunt partes.
- 1 *Cõtinet finem narrationis* Hæc te.
- 2 *Breuem repetitione et clauſulam narrationis*. Sed vt.
- 3 *Petitionem*.
- 4 *Horationem ad ſcribendũ, illuſtratã comparatione minorum*.

Marc. Beum.

Atque hæc Epiſtolarum exempla, ad id quod volebamus demonſtrandum attuliſſe ſufficiat. Quorum aliqua potius ex aliorum ſententia, quam ex noſtra attulimus, cum per tempus maiorem curam in illis afferendis ponere nõ licuerit: ſed alijs viam indicaſſe ſatis videri poterit. Nunc, vt eandem exponendi formam diuinæ legis expoſitoribus ad Dei gloriam, oſtendamus, vnam vel alterum ex regio Vate ſubijciam analyſis exemplum. Accipio itaque primo artificioſiſſimum pſalmum, qui eſt loco primus, in quo ſapientiſſime illa omnium prima, et omnibus cognitu neceſſaria explanatur quæſtio, De bonorum & malorum finibus: cuius ſcopus eſt, docere, An idem ſit bonorum & malorum finis.

Huius

Huius pſalmi.
- Genus, eſt demonſtratiuum.
- Forma, didaſcalica, ſiue doctrinalis.
- Status definitiuus, An ſolus vir iuſtus debeat appellari beatus; vel, An idem ſit viri iuſti, & impij finis.

Partes ſunt tres.
- Prima, quæ continet breuem propoſitionem, Beatus vir.
- Secunda confirmationē, ſeu probationem. Qui non.
- Tertia, concluſinnem, ſiue clauſulā. Quoniam nouit.

Totius pſalmi ſententia hac ratiocinatione continetur, Quorum non eſt eadem viuendi ratio, neque idem vitæ terminus, eorum non eſt idem finis, neque iiſdem eodem nomine appellandi ſunt: at ita ſe habent iuſti, et impij, igitur eorum finis & appellatio diuerſa.

Huius pſalmi.
- Prima pars, habet propoſitionem, quæ his verbis continetur, Beatus vir, hoc eſt, Vir, iuſtus, nimirum beatus eſt appellandus.
- Cui ſtatim ſua adiungitur probatio. Qui non.

Prima continet confirmationem, quæ in tres d uidi poteſt. Prima habet probationem prioris partis ſumptionis, quæ ex triplici definitione ſumitur. Prima datur per negationē, Ille eſt beatus, qui non male agit. Huiuſmodi eſt vir iuſtus: igitur. Qui non abijt, *&c. Secunda per affirmationem: quæ cōtinetur his verbis.* Sed in lege, *etc. Tertia, a deſcriptione ſumpta a loco ſimilium, quæ admirabilem & artificij plenam habet exornationem & amplificationē, ab adiunctis, & cōſequentibus ſumptam.* Et erit tanquam lignum, *id eſt tanquam arbor fructifera, &c.*

Secūda in tres partes diſtribuitur.

Secunda pars confirmationis, qua probatur, altera ſumptionis pars. Primo ponitur propoſitio, Non ſic impius. *exornata repetitione. Cui ſua ſubijcitur ratio a ſimili ſumpta.* Sed tanquam pulluis. *Vnde colligi poteſt alia probatio*

probatio prioris partis a contrarijs ſumpta, cum alia ſit iuſti, & impij ratio.

Tertia continet cõcluſionem, repetitione explicata, qua oſtenditur diuerſus iuſtorum & impiorũ finis. Ideo non reſurgunt, *hoc eſt non ſtãt, ſeparabuntur itaque impij a a iuſtis, & non idem erit eorum finis.*

Continet concluſionem, et clauſulam gnomicã, Quoniam nouit.

Tertia pars. *In qua per diſtributionem, utriuſque perſonæ ſumma, & prima vtriuſque partis ſumptionis redditur ratio. Ideo iuſti ſunt beati, & in iudicio conſiſtunt, vel ſurgunt, quia Deus eorum uiuendi rationes nouit, i. approbat. Ideo, impij non conſiſtunt, eorum mores Deus peribit, ideſt, nõ approbabit.*

Alia

Alia analyſis Pſalmi 111. Beatus vir qui timet Dominum.

Huius pſalmi.	*Genus, eſt demonſtratiuum.*
	Forma, laudatio, ſiue doctrina.
	Status, definitionis, An is qui Deum vehemẽter timet, hoc eſt, colit, ſit dicendus beatus.

Huius pſalmi ſententia hoc ſyllogiſmo continetur. Is eſt dicendus beatus, qui omnia bona habet, & nullum malum timet: atqui Deum timet, ita ſe habet: igitur. Cuius ſyllogiſmi, maior Rationem, Minor, iudicationem, concluſio, ſtatum continet.

Huius Pſalmi partes ſunt tres.	*Prima, continet propoſitionẽ.* Beatus vir &c.
	Secunda cõfirmationem a varijs bonorum generibus, ſiue effectis ſumptam; Potens.
	Tertia, concluſionem, Peccator &c.

Propoſitio-

Propoſitio duas continet particulas.

- *Prima habet ſimplicem propoſitionem, Vir pius eſt beatus.*
- *Secunda, eius explicatione, Is inquam vir qui valde diuinis præceptis delectatur, & eius mandata ſumma animi alacritate ſeruare ſtudet.* In mandatis.

In confirmatione probatur ſumptio allati ſyllogiſmi per bonorum enumerationem, & malorum remotionem.

Confirmatio hûc in modũ eſt diſtributa.

1. *Vir pius beatus eſt, quia eius poſteritas eſt firma & ſtabilis, vel ſtabili felicitate vtitur, & nunquam ab ea cadet, ſed variis bonorum generibus replebitur.* Potens.
2. *Quia gloria floret, & diuitijs abundat, vel ſuis rebus contentus viuit.* Gloria.
3. *Eius animi bona, iuſtitiæ nomine deſignata in æternum perſtabunt,* Et iuſtitia.

per

4 *per occupationem, demonſtratur, nullas miſerias eius felicitatem tollere, Quia in calamitatibus ei exoritur Lux Deus nimirum, qui eſt miſericors, miſerator & iuſtus, quem ab omnibus tenebris hoc eſt moleſtijs liberat.* Exortum eſt.

5 *Quia miſericordiam exercet, Deumque quem in ſe miſericordem ſentit, imitatur.* Iucundus, *hoc eſt bonus in alios, beneficus inquam. Cui additur alius maxime proprius beatutudinis effectus, vt omnes ſuos ſermones, hoc eſt, omnia negocia, cum iudicio diſponat,* Diſponit. *Vnde ſequitur hic proprius recte agentis effectus, vt nihil eum commoueat, quod præter ſententiam accidat.*

6 *Quia eius memoria erit perpetua, quam nulla delebit obliuio.* In memoria. *Cui adiicitur alia occupatio, de infamia, ſeu de aduerſo nuncio, qui eum non terrebit.*

Ab

Ab auditione. *Huius conſtantiæ additur ratio, Quia cor eius firmatum eſt Dei fiducia, ſpe illa quam habet in domino. Quare cor eius ſtabilitum eſt, ita vt non commoueatur, non expaueſcat, donec ſuos hoſtes iacentes, & iuſta pœna a Deo affectos videat,* Paratum.

7 *Reuertitur ad explicandũ illud præclarum facinus, in pauperes bonæ œconomiæ,* Diſperſit. *Eſt hic quaſi repetitio enumeratorum bonorum, beneficentiæ, iuſtitiæ, & perpetuæ gloriæ eius itaque potẽtia cornu deſignata, cũ gloria hic augebitur, & ita erit potentiſſimus, ac ampliſſimus: vel, etiã in cœlo glorioſus exiſtet.*

Epilogus ex antitheſi artificioſiſſime cõparatus, qui has hẽt partes.

1. *Docet, quid improbus faciat, pij hominis felicitatem, iniquo animo intuetur,* Peccator.
2. *Quo fit, vt excrucietur animo, & præ inuidia contabeſcat.* Dentibus.
3. *Verum minime aſſequetur quod deſiderat, vt pius non ſit felix, aut ipſe ea felicitate fruatur.* Deſiderium.

Cum ergo tanta ſit timentium Deum felicitas, quis Deum timere nolit? Ad cuius gloriam, duorum pſalmorum ab eius ſpiritu ſcriptorum artificium breuiter indicare volui; plurium indicaturus, ſi per tempus licuiſſet: ſed alias eodem fauente, præſtabimus, quod nunc non poſſumus. Satis itaque nobis ſit diuinæ legis ſtudioſis viam commonſtraſſe. Atque hic ſit finis huic primo de quæſtionibus oratorijs libro.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE QVAESTIONIBVS ORATORIIS.

LIBER II.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In quo de tribus cauſſarum, ſiue Orationum generibus diſputatur.

An res eloquentiæ ſubiectæ ad certa genera reuocari poſsint. Diſput. I.

VT omnem rhetoricarum quæſtionum varietatem, ſi quærendi modos ſtatuſve ſpectemus, ad tria capita reuocari poſſe, de ſtatibus agentes, demonſtrauimus; ita, ſi orationes, ſeu res ipſas, quæ in controuerſiam veniunt, ratione eorum quæ dicuntur, & eorum apud quos dicitur, ad tria cauſſarum genera reuocare licere omnes fere dicendi Artifices affirmant. Quæ doctrina, etſi communi ſcriptorum nitatur conſenſu: tamen, non eſt ita clara & per ſe manifeſta, quin aliquibus id fieri non potuiſſe, & eos, qui id facere conati ſunt, nihil effeciſſe exiſtimare licuerit: quorum opinioni, quas nunc ſubijciam rationes, eæ fauere videntur.

Primum, qui fieri potuit, vt res omnes, quas

alibi eloquentiæ ſubiectas eſſe diximus, quæ nec numero, nec ſpecie, nec genere conueniunt, cum aliæ ad naturam, aliæ ad mores, aliæ ad vitam publicam, aliæ ad priuatam, aliæ denique ad res alias penitus diſſociatas pertineant, ad quædam certa capita reuocarentur?

Libro 3. cap. 4. *Deinde, in quo genere, vt Fabius ait, verſabimur, cum quærimur, conſolamur, mitigamus, cõcitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obſcure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, deſcribimus, mandamus, renunciamus, optamus, opinamur, et alia pene innumera efficimus, ne omnes dicẽdi formas quas aliqui plenius enumerant, latius proſequar quas omnes dicendi rationes ad tria cauſſarum genera reuocabit nemo.*

Præterea, ſi in arte dicendi certa quædam aſſignantur rerum ſubiectarum genera, ſequeretur rhetoricam non eſſe vnam ſimplicem artẽ, ſed genus quoddam artis, quod ſub ſe plures haberet ſpecies, ſiue partes: quandoquidẽ, vt Dialectici, & Philoſophi docent, artes & ſcientiæ, Ariſt. lib. 1. Poſt. *pro diuerſa rerum ſubiectarum ratione, diſtinguuntur: quare tres eſſent Rhetoricæ ſpecies, Iudicialis, deliberatiua, et demonſtratiua, quod videtur omnino a ratione alienum.*

Denique, vt multas alias omittam rationes, nulla poſſunt aſſignari capita, quibus omnes cõtinean-

tineãtur quæſtiones, quas eloquẽtię ſubÿcimus: igitur. Quod ſumptũ fuit facile probatur; quia, ſi quæ aſſignantur, ſunt illa tria communi, tum veterum, tum recentium ſcriptorum ſententia numerata: atqui iſta ſolum quæſtiones finitas continent; cauſſa.n.vt ſtatim dicemus, certam controuerſiam deſignat: perperam igitur, eloquentiam quæ eſt ars vniuerſa, quæ omnia rerũ genera habet ſubiecta, quæ omnibus rebus eſt accõmodata, omnes dicendi Magiſtri, intra certas anguſtias & cancellos volunt includere. Iure igitur optimo dubitatur, cur rem tam late patentem in anguſtum locum viri docti contrahere voluerint. Cicer. in Part.

Quod attinet ad opiniones, non defuerunt, vt ex Fabio colligere licet, qui exiſtimauerint eloquentiæ late fuſam materiam ad pauca quædã capita reuocari non poſſe; & eius genera eſſe pene innumerabilia. Ita nonnulli antiqui Græci, & magnus quidã auctor Quinctiliano æqualis, quem Plinium maiorem aliqui eſſe dicunt; qui, vt Plinius iunior refert, ſex voluminibus Oratorem ab incunabulis inſtituit, & perfecit: de quo etiã Gellius refert, ſuæ ætatis tempore, ingenÿ dignitatiſque gratia, ſummam tenuiſſe auctoritatem. A qua ſententia ſe non abhorrere Fabius non obſcure ſignificauit, cum dixit, Vt mihi in illa vetere perſuaſione permanenti, & quæ apud ipſum ſequuntur, licet poſtea ratio Lib. 3. c. 4 Moſ. Pin.

T nem

nem inueſtiget, cur res tam lata contracta fuerit. Huic opinioni, communis Rhetorum ferè omnium aduerſatur ſententia, quæ fuſam Oratoris materiam ad certa genera reuocari poſſe defendit.

Rurſus, circa illam difficultatem in tertio argumento tactam, an ſi quæ materiæ rhetoricæ aſſignentur genera, ea rhetoricæ ſpecies vocari poſſint, duas ſcribentium ſententias animaduertere licet. Nam aliqui exiſtimant ratione triũ generum nos poſſe aſſignare tres Rhetoricæ ſpecies: ita ſenſit Porphyrius, vt nonnulli referũt: Hieronymus Capidurus in Rhetoricam ad Herennium: ſic fortaſſe a ſuo præceptore Georgio Valla edoctus, qui idem ſenſit. Nos quid de dubijs propoſitis dicendum ſit, quibuſdam iactis fundamentis, certis poſitionibus ſtatuemus.

Ca. de re mot. crimin. In Part. Cicer.

Primum fundamentum, in quo breuiter huius tractationis ordinem ac methodum proponam. In hoc itaque libro, tria cauſſarum genera explicaturus, primum vniuerſe de horum generum diſtinctione, numero, continentia, & appellatione diſputabo. Poſtea de ſingulis agã demonſtrando, quæ ſit eorum natura, qui loci, et qua ratione ſingulorum generum Orationes diſponendæ ſint: Deinde vnum cum alio comparabimus. Et quoniam nomen cauſſæ latiſſimæ patet, vt ſtatim in ſecundo fundamento docebo, illud hoc loco adnotauerim cauſſarum tracta-

tionem

tionem ad diuerſos artifices, diuerſo tamen modo, pertinere. Nam phyſiologicus agit quidem de cauſſis, ſed de iis, quæ rerum naturas conficiunt: de quibus intelligitur illud.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere
cauſſas.

Medici quoque diſputant de cauſis, ſed morborum, quarum varias ad ſuam artem accommodatas afferunt diuiſiones. Idem dicas de Iuris peritis, qui multa, ad rem ſuam accommodate de cauſis ſcribunt: & denique dicendi artifices, de cauſſarum generibus non pauca docent: de quibus hoc libro nos acturi ſumus: quod vt facilius præſtem, de nomine & definitione cauſſæ, ſequenti fundamento agam, ſi prius quoſdam auctores pro hac materia legendos citauero. Legendus eſt Ariſtoteles libro primo a capite tertio: Auctor rhetoricæ ad Alexandrum capite primo, & ſequentibus: Tullius in Partitionib. & ſecundo de oratore ſermone: auctor Nerennianus libro primo; Fabius libro tertio, capite quarto, ſeptimo, & ſequentibus. Trapezuntius libro primo, tertio, & quarto: Prutenius libro tertio, Petr. Ioan. Numeſius libro primo ſuarũ inſtitutionũ: Parrhaſius capite decimooctauo, trigeſimoſecundo, & ſequentibus: Omphalius libro de Elocutionis imitatione: Lullus libro ſecundo & tertio, Herbetius libro tertio: Mercli nus libro primo; & denique, vt multos alios o-

Alc.lib.2. Diſp.c.24.

mittam, Guntherius libro primo.

Secundum fundamentum, cauſſa, nō cauſa, ſic.n.ſcribebant antiqui, cum duplici S, ſic dicta eſt, vt aliqui volunt, a caſu, quod initia rerum, quæ cauſſæ ſunt, caſu eueniant: vel a nomine græco καῦσις, quod ardorem ſeu incendium ſignificat, quod cauſſa nos ad aliquid agendum incendat. Sed quidquid de notatione ſit, hęc dictio varias ſignificationes habet in lingua latina, & ſunt fere iſtæ, Principium, origo, caput, radix, fons, ſeminarium, ſemen, effector, ſiue effectrix, excuſatio, ratio, nomen, lis, & res: quarum ſignificationū, aliæ ſunt propriæ, aliæ trāſlatæ: Propriæ cauſſæ dicitur id ex quo, per quod, a quo, & cuius gratia efficitur aliquid: quamuis apud Ciceronem ſæpe pro efficiente In Part. ſumatur: Vniuerſe tamen & proprie ſumpta, cauſſa dicitur id, ad quod aliquid ſequitur. Verum in ſuſcepta tractatione cauſſa tranſlate ſumitur pro actione, quæ vel in foro, vel in Senatu, vel apud populum habetur: quamuis interdū ſpeciatim pro ea ſumatur actione, quæ in iudicijs tractatur: vnde Cauſſidici dicuntur, qui in iudicijs & foro verſantur; vbi cauſſæ, hoc eſt controuerſiæ iudiciales et lites aguntur: quo fit, vt cauſſa ſæpe litem & controuerſiam, quam Græci δίκην vocant, ſignificet: Et hinc eſt quod Cicero, & dicendi artifices cauſſam, pro lite, & controuerſia ſæpe vſurpant: quamuis cauſſa

ante

ante litem conteſtatam & poſt recte dicatur, lis vero & controuerſia non niſi poſt litis conteſtationem. At vero a nobis generatim vſurpabitur pro quacunque actione, quæ ab Oratore haberi poteſt: & non ſolum pro ea, quæ ad certas perſonas, loca, & tempora eſt contracta, & proprie cauſſa nominatur, ſed etiam pro quacũque quæſtione eloquentiæ ſubiecta. Atque hæc de nomine, nunc de definitione dicamus. Hermagoras, cauſſam eſſe dixit, rem quæ habet in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, cum perſonarum certarum interpoſitione.

Apollodorus, vt eſt apud Fabium, ita cauſſam finiuit, Cauſſa eſt negotium omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem: qui per partes, varias circunſtantias intelligit. Item, Cauſſa eſt negotium, cuius finis eſt controuerſia. Negotium autem eſt circunſtantiarum cumulus, vt perſonarum, locorum, cauſſarũ, temporum, & aliarum. At vero Iſocrates hoc modo, Cauſſa eſt quæſtio finita, ciuilis, aut, Res controuerſa in perſonarum finitarum complexu. Ciceroni denique, Cauſſa eſt, quæ certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut omnibus, aut pleriſque eorum. Verum, ſi hi ſummi dicendi artifices, eo modo cauſſam definire voluerunt, quo in hac tractatione nomen cauſſæ ſumi debet, hoc eſt, pro quacunque controuerſia & quæſtione, Lib.3.c.5

quæ ſub eloquentiam cadit, grauiter errarunt; quoniam iſtæ cauſſæ definitiones, quæſtiones infinitas a cauſſarum numero omnino reijciunt. ſed hæc de re latius infra, nunc ad poſitiones accedamus.

Prima poſitio, latiſſima orationum rhetoricarum materia ad certa capita, ſiue genera reuocari potuit. Hæc concluſio patet ex facto, quia viri docti iamdiu certa nobis harum orationum capita aſſignarunt: quod autem id cum ratione, non temere factum ſit, ſequenti diſputatione demonſtrabitur.

Secunda poſitio, neceſſarium fuit, vt rhetoricæ orationes ad certa reuocarentur genera. Huius rei neceſſitas ex eo patet, quoniam cum variæ orationes varijs locis explicari, varioq; modo tractari ac diſponi debeant, pro temporum, locorum, perſonarum, cauſſarumque ratione, id nullo pacto fieri potuiſſet, niſi certa capita, de quibus vniuerſa & definita darentur præcepta, excogitata fuiſſent; vt ex hac tota tractatione patebit. Quare, cum rerum ſingularum nulla ſit certa doctrina, in dicendi ratione, certo rerum ſubiectarum genera, vt in omni arte fit, aſſignanda fuere.

Tertia poſitio, ratione horum generum, quæ & quot illa ſint, rhetorica non poteſt diuidi in varias ſpecies, ita vt exempli gratia, iudicium, deliberatio, & demonſtratio, ſint tres ar

tis rhe-

tis rhetoricæ ſpecies. Quoniam rhetorica eſt vna artis ſpecies infima, quæ ſub ſe alias non habet formas: vt diſputatione prima, libro ſecundo de arte dicendi docuimus. Quare, licet aliquis affirmare poſſit rhetoricam diuerſos habitus, partiales, vt Dialectici loquuntur, continere, hoc eſt variam doctrinam de varijs cauſſarum generibus: tamen tota rhetorica eſt vna ars ſpecie, ob vnam ſubiectam materiam in qua certa quadam ratione verſatur, vt libro primo de arte dicendi late docuimus.

Quarta poſitio, cauſſarum, ſiue generum Rhetoricæ cognitio eſt maxime vtilis et neceſſaria. Quoniam qui genus cauſſæ ignorat, is locos accommodatos ad rem ſubiectam probandam non inueniet: ſuam orationem non idonee diſponet, quorſum actio referenda ſit non intelliget, ac proinde temere aget: denique, ne in re manifeſta immorer, nullis præceptis in arte traditis recte vti poterit.

Quincta poſitio, id quod primo loco is qui dicturus eſt, ſpectare debet, eſt ipſum cauſſæ genus; quo cognito, ſecundo loco cauſſæ ſtatus inueſtigandus eſt. Hoc, inquit Antonius, primum præcipiemus, quaſcunque cauſſas erit acturus, vt eas diligenter penitusque cognoſcat. Hoc autem præceptum non eſt tam acutum, quam neceſſarium; quandoquidem nemo poteſt de ea

re, quam non nouit, non turpiſſime dicere. Lege de hac re, quæ in ſecundo oratorio diſputat Antonius: vbi eleganter modum exponit quo ſe ipſe ad cauſſas tractandas comparabat. Et cum prius de cauſſæ cognitione egiſſet, poſtea de ſtatu cognoſcendo, ita ait, Cum rem penitus cauſſamque cognoui, ſtatim occurrit animo quæ ſit cauſſa ambigui. Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, & quæ apud ipſum ſequuntur.

Sexta poſitio, ſi cauſſæ nomen & ratio vniuerſe ſumatur, vt in præſentia ſumi debet; cauſſa hunc in modum finiri poteſt, Cauſſa eſt quæcunque res, ſiue quæſtio quæ in diſceptationem oratoriam venire poteſt: cuius tria ſunt genera, lis, deliberatio, laudatio. Quare deſcriptiones ab alijs allatæ non videntur bonæ; cum infinitas quæſtiones excludant. Sed peteret hoc loco de me quiſpiam, ſi cauſſa, vt ante dicebamus, prius cognoſcenda eſt, quam ſtatus, cur prius non egiſti de cauſis, tanquam de materia oratori ſubiecta, quam de ſtatibus, vt Cicero, Fabius, & alij Rhetores fecere? Huic petitioni hunc in modum ſatisfacio; Quamuis cum res aliqua tractanda proponitur, ſumiturve, videndum ſit quo in genere verſetur, quod non eſt admodum difficile: tamen, cum ad eam proxime explicandam accedendum eſt, vt locos idoneos excogitemus, & eos apte collocemus, totamque ora-

orationem artificioſe exponamus ſtatus inuentio, & cauſſæ conſtitutio eſt neceſſaria. Et quoniam tunc potiſſime arte dicendi vtimur, ideo in hac de quęſtionibus rhetoricis tractatione a ſtatibus inchoandum duximus. Adde etiam, quod cauſſa non habet quæſtionis rationem, niſi cum ſtatus fuerit inuentus; vt omittam, quod quæ de ſtatibus traditur doctrina, eſt magis neceſſaria ad cauſſarum genera explicanda, quam contra.

Septima poſitio, trium cauſſarum doctrina in arte dicendi eſt maxime vtilis, & neceſſaria. Quoniam, qui cauſſarum naturam ignorat, orationis ſcopum ſibi proponere non poteſt: locos ad finem conſequendum idoneos non inuenit: nihil recte & cum ratione diſponit: nihil apte eloquitur: ac proinde perſuadebit nihil. Maxima itaque cura hæc rhetoricæ pars explicanda, ac percipienda erit. Sed de poſitionibus hactenus: reſtat vt argumenta in contrarium allata diſſoluamus.

Ad primum, licet res ſingulæ, huic arti ſubiectæ ſint diuerſæ: tamen in aliquibus generibus conuenire potuerunt, vt ſequenti diſputatione dicam.

Ad ſecundum, integra diſceptatione infra demonſtrabitur, qua ratione, omnes dicendi ſcribendive formæ ad tria cauſſarum genera reuocare liceat.

Ad tertium, quo pacto hoc argumentum ſoluendum ſit, ex tertia poſitione patet. Poteſt itaque Rhetorica ratione trium generum, quæ ſunt eius ſubiecta materia in tres partes diuidi, non tamen in tres ſpecies, ſicuti Grammatica in quattuor ſecatur partes ratione rerum quas tractat: non autem in plures ſpecies.

Ad quartum, quid de eo, quod in hoc argumento attingitur, ſentiendum ſit, patet ex dictis: & infra diſputatione quarta, adhuc multo melius patebit.

An tria tantum ſint orationis genera. Diſput. II.

CVm ergo latiſſimam eloquentiæ materiam ad certa capita reuocari potuiße demonſtratum ſit; ſequitur, vt quæ et quot iſta capita ſint doceamus. Quod autem non ſint illa tria, vel plura, aut pauciora, quæ ab omnibus numerari ſolent, nimirum genus iudiciale, deliberatiuum, ac demonſtratiuum, his rationibus demonſtro.

Primum, cauſſarum numerus ſumitur à perſonis, quæ in iudicium ſiue in concionem veniũt, inde enim ſumpſit Ariſtoteles, & qui eum ſecutus eſt Tullius: at ſi hoc ſpectemus, duo erunt genera; vnum ratione eorum qui dicunt; alterum eorum qui audiunt; aut certe quattuor, ratione

Li.1.i rhe.
In part.

ratione accuſatoris, defenſoris, rei, & diſceptatoris.

Deinde, multæ ſunt quæſtiones in quibus nec laudamus, nec ſuademus, neque accuſamus, aut his contraria præſtamus: igitur aliquod aliud genus ponendum erit. quod ſumptum fuit probatur, quia Oratores interdum ſolum docent, vt fecit Cicero in Paradoxis, vbi de rebus ad philoſophiam morum pertinentibus populariter diſputauit: & vt ſummatim dicam, cognitionis controuerſias ad nullum ex tribus generibus reuocabit nemo; ponendum igitur erit illud cauſſarum genus, quod Græci didaſcalicon vocant, vt aliqui faciunt: Habet etiam nonnihil dubitationis illud cauſſæ genus, quo de præmij & pœnæ ratione agitur; quod ad nullum ex tribus generibus pertinere videtur.

Præterea, omnes Rhetores cum de exordijs conficiendis agunt, quattuor, vel quinque, faciunt cauſſarum genera, honeſtum, turpe, dubium, & humile, addunt alij obſcurum: quare, vel vno, vel alio in loco errant; cum in enumerandis cauſſarum generibus ſibi non conſtent. Auct. Heren. lib. 1.

Poſtremo, vrgeo argumento, quo vir eloquentiſſimus M. Antonius apud Ciceronem vſus eſt: genus laudationis non continetur ſub fine Rhetorices, qui, vt alibi docuimus, eſt perſuadere dictione: non erit igitur oratoriæ facultati ſubiectum: Sumptum facile probatur, quo- Li. 2. orat.

niam,

niam qui laudat, vel vituperat nullam habet propoſitam perſuaſionem, ſed tantum, vt id quod tractat, laudibus exornet: ideo Græci hoc genus, epidiſticon, hoc eſt oſtentatiuum, vocant, quod in hunc finem ſumatur, vt Orator ſuam eloquentiam, atque facundiam apud auditores oſtentet. Atque has rationes, multis alijs omiſſis, attuliſſe ſufficiat. Quod attinet ad opiniones, legendus eſt Fabius libro tertio, capite quarto: nos circa hanc difficultatem has adnotauimus ſententias.

Quin. li 3

Prima eſt eorum qui duo ſumma genera poſuerunt. Ita Anaximenes Rhetor Lampſacenus Alexandri preceptor, qui has duas partes numerauit, iudicialem, & concionalem: quibus ſeptem alias ſpecies, quas Fabius recenſet ſubiecit. In eandem ſententiam aliqui citant Antonium, qui in ſecundo oratorio iudiciali & deliberatiuo genere videtur eſſe contentus: ſunt tamen qui in Plinij ſententiam, cuius ſupra meminimus, eundem auctorem citandum putent. At vero Iſocrates, in omni genere ineſſe laudem & vituperium exiſtimauit.

Secunda ſententia Pittagoræ, qui, vt Laertius & Fabius referunt, quattuor fecit dicendi genera, interrogandi, reſpondendi, mandandi, et deprecandi. Eundem numerum, ſed tamen alia ratione agnoſcunt quidam recentiores, qui tribus generibus quæ communi conſenſu ponuuntur,

Herbet. Geor. Ma ero. ped.

tur, addũt, quartum, quod didaſcalicon, didactic-con, & Dialecticam græce vocãnt. Quam ſententiam nonnulli qui de arte concionandi ſcribunt, libenter amplectuntur. M. Ioan. Mer. li. 1. Lud. Grã.

Tertia ſententia, quorundam noſtratiũ, qui animaduertentes locum quendam diui Pauli, in altera ad Timotheum epiſtola, quinque ſtatuũnt dicendi genera, doctrinale, redargutiuum, inſtitutiuũ, correctorium, & conſolatorium: quæ diſtributio in arte concionandi eſt ſatis accommodata. Cap. 3. Laur. lib. 2. c. 1. de Form. cõ.

Quarta ſententia, tum veterum, tum recentiorum Rhetorum communis, quæ tria agnoſcit cauſſarum genera, ad quæ omnes alias dicendi formas reuocat: quamuis in eorum nominibus quidam auctores non conueniãt. Plato has tres cauſarum partes numerauit, Iudicialem, concionalem, quam alij deliberatiuam vocant, & προσομελητικὴν, id eſt ſermocinalem, ſiue, vt Fabius loquitur, ſermocinatricem, qua in priuatis ſermonibus, & familiaribus colloquijs, atq; dialogis vtimur. At vero Ariſtoteles quem omnes fere poſteriores ſunt ſecuti, hæc tria genera poſuit, deliberatiuum, demonſtratiuum, iudiciale. Qui hanc opinionem defendunt, ita tria genera eſſe affirmant, vt ſub his multas alias formas ponant; qua de re infra Latius dicetur. Vt autem huic dubitationi ſatisfiat, hæc iacio fundamenta. In Soph.

Primum

Primum fundamentum, cum eloquentia in eum finem comparata fuerit, vt de quacunque re propoſita in hominum animis quandam perſuaſionem ſuauiter & copioſe dicendo gignat, auditorumque animos tractet, & quoquo vult impellat; hinc fit, vt tota ad auditores referatur; ac proinde ab eorum varietate, varia orationis genera potiſſimum diſtinguenda ſunt: non ſecus ac Philoſophi varias diſtinguunt virtutum genera, pro varietate affectionum ad quas moderandas referantur; vel pro varietate rerum in quibus verſantur. Quare mirum videri non debet, ſi Rhetores late fuſam ſuæ artis materiam, non ſolum pro rerum genere, ſed etiam pro auditorum varietate, ad certa orationum capita, vt ſtatim explicabo, reuocare conati ſunt: cum omnis eorum, ad auditores dirigatur oratio, vt ſibi propoſitum finem conſequantur. Dixi, potiſſimum ex auditorum diſſimilitudine eloquentiæ genera eſſe diſtinguenda; quoniam nonnullæ aliæ aſſignantur eiuſdem rei minus tamen idoneæ rationes, vt ſequentibus fundamentis explicabitur.

Lege Val. in Apol. aduer. Raud.

Secundum fundamentum, in quo eam rationem exponam, quam excogitauit Fabius, qui hunc in modum hac de re rhetoricatur. Oratoris officium, aut eſt in iudicijs, aut extra iudicia: eorum quæ in iudicijs quæruntur manifeſtum eſt genus eſſe iudiciale. Quæ vero in iudicium non

non veniunt, aut habent tempus præteritum, aut futurum: præterita, vel laudamus, vel vituperamus, vnde oritur laudationis genus: futura ſub deliberationem cadunt, cum omnis deliberatio ſit de his, quæ fieri per nos poſſunt. Tria igitur, & non plura, & ea quæ diximus, erunt cauſſarum genera. Addit & hāc aliam Fabius eiuſdem numeri rationem. Ea de quibus dicendum eſt, aut ſunt certa, aut dubia: certa, quiſque pro ſua voluntate, vel laudat, vel vituperat: vnde oritur laudationis genus. Dubia, partim poſita ſunt in noſtra electione, & de his deliberamus: partim aliorum ſententiæ ſunt cō miſſa, & de his lite contendimus: vnde alia duo exoriuntur genera, laudationis videlicet & iudicij. Multa ſunt, quæ in hac Fabij doctrina reprehenderes. Primum, non videtur verum, futura ſolum generi deliberatiuo eſſe ſubiecta: cum de futuris poſſit eſſe dubitatio, quę nullo modo ad genus deliberatiuum pertinet; vt, an mūdus ſit habiturus interitum: an humana corpora aliquando excitanda ſint: quam controuerſiam ornatiſſimis orationibus antiqui Patres explicarunt. Vrget hæc ratio Quinctilianum, qui omnes quæſtiones ſubijcit Oratori. Huc etiam facit, quod diuinationes, quibus de futuro accuſatore agitur, non ad deliberatiuum, ſed ad iudiciale genus pertinent. Deinde, videtur Fabius generi demonſtratiuo ſolum res certas ſubijcere;

Dam. Tertul. Athenag.

re; quæ potius hiſtoriæ, quæ eſt teſtis temporũ, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, & nuncia vetuſtatis ſubijcienda ſunt. Et in laudationibus, & vituperationibus etiam de rebus dubijs diſputatur: quod profectò negaret nemo. Præterea, non probares, id quod ait, laudem ſolum eſſe præteritorum, cũ etiam laudemus præſentia; & ideo Ariſtoteles huic generi tempus præſens aſſignauit. Poſtremo, vt quædam alia miſſa faciam, quæ contra inſignem dicendi Magiſtrum diſputari poſſent, non ſatis rectè dictum videtur, dubia de quibus eſt conſultatio eſſe in manũ noſtra, cum potius ſint in manu concionis, ſiue Senatus. Aſſignantur nonnullæ aliæ nõ admodum probabiles eiuſdem rei rationes, quas breuiter ſubijciã, ne eas prætermiſiſſe videar. Prima ſumitur ex parte virium animæ; quæ ſunt tres: ius intelligendi, quæ dictat bonos eſſe laudandos, malos verò vituperandos; vnde naſcitur demonſtratio: vis appetẽdi, qua cupimus ſcire, ſit vtile nec ne, id quod expetimus; vnde manat deliberatio: vis iraſcendi, qua ad contraria repellenda cum quadam acerbitate commouemur, vnde iudiciale genus. Secunda ex triplici materia, quæ vel eſt perſona, quæ eſt laudis, vel vituperij capax, vnde demonſtratio, vel conſultatio, vnde deliberatio: vel controuerſia, vnde iudicium naſcitur: ſimiliter tria ſunt loca in quibus Orator dicere ſolet, forum, curia, roſtra:

Libro 1. Rhet.

Prut. lib. 3. cap. 4.

Long. in libro ad Her.

roſtra. Auditores etiam in tres ordines diuidun tur, in iudices, patres, & populum, vnde tria ſtatuuntur orationum genera. Denique, tria aſſignantur genera ob triplicem finem, ob quem dicimus, qui eſt, honeſtas, vtilitas, & æquitas; ſiue delectatio, ſpes & ſæuitia: & ſi qui ſunt alij huc referuntur: igitur. Quam ſint firmæ hæ ra tiones alij viderint: nos vnam meliorē ab Ariſtotele traditam, & a M. Tullio approbatam ſe quenti fundamento explicabimus & probabimus. Parrh. cap. 18. Libro 1. Rhet.c.2. In Part.

Tertium fundamentum, Auditores, ex quorum diſſimili ratione, vt primo fundamento diximus, orationis genera diſtinguere fas eſt, aut ſunt auſcultatores tantum, & quaſi ſpectatores, quos Græci theorus & philotheorus vocant; qui ideo audiunt, vt delectentur: aut etiā diſceptatores, hoc eſt, rei de qua agitur, ſententiæ ve moderatores; qui non ſolum audiunt, ſed etiam vbi audiuerint, decernunt; quos Greci critas, ideſt iudices nominant. Ex qua varietate duo oriuntur orationis genera; vnum ab omni contentione ciuili remotum, quod ſolam delectationem, & approbationem habet: & quia maxima ex parte in laude & vituperatione conſumitur, ideo laudationis, & exornationis nomen ſortitum eſt. Quod dicendi genus illi olim colebant, qui Sophiſtæ nominabantur; quos ab oratorum numero Cicero excluſit. Alterum in quo Euſtath. Melch.ca pit.5. Cic.in orat.

Orator ab auditore aliquid obtinere contendit, & eo omnem ſuam orationem dirigit, vt auditores ad aliquid agendum dicendo commoueat: & ideo genus contentioſum, ſiue contentionis vocatur. In primo genere, qui audiunt potiſſimum de dicentis ingenio, & eloquentia iudicāt: in altero, de re ipſa de qua agitur, iudicium ferunt. Diſceptatores, ſiue iudices, vt Ariſtoteles loquitur: vel iudicare debent de rebus futuris; vt de bello gerendo, de pace facienda, de lege ferenda, deque alijs eiuſdem generis rebus, vel in concione apud populum, vel in curia apud Senatores; & hinc naſcitur deliberationis genus. Vel iudicant de rebus præteritis, vt faciunt in ſubſellijs & foro; & hinc ortū eſt genus, quod iudiciale nuncupatur. Ex hac itaque triplici auditorum varietate, tria enata ſunt eloquentiæ genera, vnum exornationis, & duo contentionis: alterum deliberationis, alterum iudiciorū. Et earum quidem (de cauſſis Cicero loquitur) forma duplex eſt: quarum altera delectationem ſectatur aurium: alterius, vt obtineat, probet, & efficiat quod agit, omnis ſuſcepta eſt contentio. Itaq; illud ſuperius exornatio dicitur, quod cum latum genus eſſe poteſt, ſaneque varium, vnum ex eo delegimus, quod ad laudandos claros viros ſuſcepimus, & ad improbos vituperandos, &c. Reliquum autem genus cauſſarū, aut in prouiſione poſteri temporis, aut in præteriti

riti diſceptatione verſatur: quorum alterum deliberationis eſt, alterum iudicij. Ex qua partitione tria genera cauſſarum extiterunt: vnũ quo a meliore parte laudationis eſt appellatum, deliberationis alterum, tertium iudiciorum. Atque hæc eſt magis idonea antiquæ & ab omnibus fere receptæ opinionis ratio. Vt autem, quid in hac difficultate tenendum ſit, plane intelligatur, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, conuenienter tria aſſignantur cauſſarum genera, vt nec plura nec pauciora ponenda ſint. Primum, hanc doctrinam communis meliorum Rhetorũ comprobat auctoritas. Ita Ariſtoteles in rhetoricis ad Theodecten, auctor Rhetoricæ ad Alexandrum, quiſquis ille fuerit, M. Tullius Varijs in locis, cuius verba in re manifeſta nihil eſt, cur citem: Fabius, qui ex profeſſo hanc difficultatem examinauit, & tandem hanc opinionem retinẽdam eſſe docuit, Victorinus, Hermogenes, Theon Sophiſta in ſuis progymnaſmatis, Conſultus Chirius & ne plures numerem, alij ſexcenti. Deinde, confirmat hanc ſententiam optima illa ratio ab auditorum varietate ſumpta, quam hac ratiocinatione breuiter comprehendo: Tot eſſe debent orationis, ſiue cauſſarum genera, quot ſunt auditorum: at hæc ſunt tria, vt explicatum eſt: igitur. Nam, aut Orator dicit apud eos qui nihil decernũt, aut apud eos, qui de re faciẽda, aut Lib. 1. de Inu. in Part. & 2. orat.

non facienda ſtatuere debent, aut de ea, quæ iã facta eſt, ſententiam ferre: vnde illa tria emanant genera. Poſtremo, omnes quotquot ſunt aliæ dicendi formæ ſub his tribus continentur generibus, & ad hæc commode reuocantur, vt poſtea planius demonſtrabitur: conuenienter igitur tot, & hæc aſſignantur orationis genera. Huc referres poeticam illam fictionem de chimęra, cui tria tribuunt capita; vnum leonis, quo ob terrorem genus deſignatur iudiciale: alterũ capræ, quo ſignificatur genus demonſtratiuum, quod ibi dictio laſciuire ſoleat: tertium draconis, quo genus deliberatiuum indicatur, ob argumentorum varietatem, longioreſque circumductus & ſpiras, quibus in perſuadẽdo opus eſt; vel etiam ob aſpectus acumen. Quam fictionẽ aliquando animi cauſſa, in hoc hexaſticum redegimus.

Homer. Pier. Greg. Naz.

Turpe etſi mõſtrũ finxerũt eſſe chimęrã;
Pulcra tamẽ formis indicat illa ſuis.
Perterret iudex: cõſultor cernit acute:
Laſciuit, laudes qui celebrare ſolet.
Tres habet ergo dicendi facũdia partes,
Quas tibi deſignãt, capra, draco, leoq;.

Secunda poſitio, hæc cauſſæ diuiſio eſt longe diuerſa ab illa, qua cauſſa diuiditur in quinque genera, vt in tertio diximus argumento. Quoniam hæc, de qua nunc agimus, ſumpta eſt quodammodo ex ipſa rei natura, hoc eſt, ex ipſa ora

toria

toria dictione, quæ ſua vi ad auditores refertur non ſecus ac ſcientia ad id, cuius eſt ſcientia: illa vero extrinſecus petita eſt ab ijs, quæ orationi accidunt: & ideo Ariſtoteles hæc genera de quibus eſt ſermo, τὰ εἴδη τοῦ λόγου, id eſt orationis ſpecies & formas; alia vero ab Hermogene τρόποι, id eſt modi orationis, & ab Herenniano auctore qualitates nominantur. Quas cauſſarum qualitates, ideo Rhetores obſeruarunt, vt idonea ad exordia conficienda traderēt præcepta: cum pro iſtarum cauſſarum ratione, varia eſſe debeat exordiendi ratio.

Tertia poſitio, genus dicendi didacton, ſiue didaſcalicon, hoc eſt doctrinæ, cum oratio ſolum docet, non eſt ab alijs tribus generibus diſtinguēdum, cum ad demonſtratiuum genus commode reuocari poſſit, vt planius ad argumenta reſpondendo dicam. Idem de illa generum enumeratione ex diuo Paulo collecta affirmare licet; cuius partes ſub his tribus generibus continentur, vt ſequenti diſputatione patebit. Prut.

Quarta poſitio, tria orationis genera iam cōſtituta, ſuas habent partes, ſua tempora, ſuos fines, & motus, quibus inter ſe differunt, vt cum de ſingulis agetur priuatim demonſtrabitur. Poſſunt tamen omnibus generib. duo generales fines aſſignari, cognitio & actio: ſpeciales vero ex tribus ſpectare licet, ex perſona dicentis, ex auditore, ex rei qualitate. Vnde aliqui hoc pa-

ſto fines diſtinguunt, in iudiciali oratoris finis eſt accuſare et defendere: iudicis, ſ'quum aut cru delem fieri: rei, iuſtum aut iniuſtum. In delibera tiuo, oratoris ſuadere, diſſuadere; auditoris ſpe- rare, aut reformidare: rei vtilitas, inutilitas. In demonſtratiuo, oratoris, laus, vituperatio: au ditoris, delectari: rei honeſtas, turpitudo. In didaſcalico, oratoris docere: auditoris diſcere: rei, veritas. Sed alij aliter, vt infra dicetur:

Quinta poſitio, præter allatã cauſſarum diui ſionẽ, nonnullæ aliæ a dicẽdi Magiſtris aſſignã- tur; vt, aliæ ſint cauſſæ ſimplices, aliæ coniun- ctæ: aliæ maiores, aliæ minores: aliæ abſolutæ, aliæ comparatæ, & quædam aliæ, quas ſigilla- tim enumerare nihil eſt neceſſe.

Sexta poſitio, tria cauſſarum genera nõ ſunt ita inter ſe diuerſa, vt vnum cum alio copula- ri nequeat: immo raræ ſunt orationes, in quibus non ſint plura genera, quæ orationes miſtæ vo- cantur. Huc facit hic Tullij locus, Omnino au- tẽ qui diligenter omniũ cauſſarũ vim atq; natu rã cognouerit, cũ genere primo, tum etiã forma eas intelligit diſſidere: cæteris autem partibus aptas inter ſe omnes, & aliam in aliam implica tam videbit. Dantur itaque orationes miſtæ, ut Miloniana, Cæliana, & Planciana, quæ demon- ſtratione, & iudicio conſtant: vt Pompeiana, laude & deliberatione. Atque has poſitiones attuliſſe ſufficiat: reſtat, vt argumẽta ſoluamus.

Lib. 2. de Inu.

De

De primo, cauſſarum numerus non ſumitur a quibuſcunque perſonis, ſed ſolum ab auditoribus, ad quos tota refertur; & ad quorum animos tractandos eſt inſtituta oratio: quare nihil hac argumentatione conficitur.

De ſecundo, huic argumento quidam recentiores cedentes libenter didacticum genus intro ducunt: ſed tamen nihil eſt neceſſe. Continetur enim ſub genere demonſtratiuo, quod vt diceba mus, eo refertur, vt ſolum aliquid demonſtret, et doceat, quamuis, ſi vſum ſpectemus, id vt plu rimum laudando, & vituperando faciat. Demonſtratur itaque non ſolum alicuius perſonæ rei ve honeſtas, aut turpitudo, ſed etiam natura & proprietas. Quod ſi obijcias huius generis nomen, quod vel laudare, vel oſtentare ſignificat; dicerem hoc genus poſſe appellari etiã probatiuum, cum non ſolum laudando, ſed etiam do cendo, aliquid demonſtrare, hoc eſt probare, ſoleamus. Et certe parum honeſte a Græcis, epidicticon nominatum fuit. Poſſes etiam dicere, ad omnia tria genera pertinere; cum in quouis genere, & in omni fere oratione docere ſit neceſſe, vt in Cçciniana oratione, quæ tota fere in docendo conſumitur. Genus vero illud, in quo de præmio et pœna agitur, vel ad deliberationem, vel ad iudicia, vt Cicero fecit, reuocares. Petr. Pelit.

De tertio, quid ad hoc argumentum reſpondendum ſit, manifeſtum eſt ex ſecunda poſitione;

nihil igitur priuatim dicam.

De quarto, quo nonnulli ſe valde vrgeri fatentur, dicam breuiter cum Victorino Rhetore nobiliſſimo, cum orator aliquid laudat, vel vituperat; & res geſtas amplificat, earumque magnitudinem, ac præſtantiam oſtendit, eas probabiliter perſuadet. Itaque Domonſtrator tota ſua oratione eum quem laudat, vel vituperat, talem eſſe auditoribus perſuadet, qualem ipſe dicendo pingit. Neque M. Antonius vir eloquentiſſimus laudationis genus oratori ſubtraxit, cum nonnulla de hoc genere præcepta tradiderit: ſed quia, quæ de aliis generibus dicuntur, ad hoc etiam genus tractandum valent, ideo minorem curam in eo explicando ponendam cenſuit. Firma igitur maneat de tribus orationis generibus communi conſenſu comprobata ſententia.

Lib. 2. orat.

Qua ratione omnes dicēdi formæ ad tria cauſſarum genera reuocari poſsint. Diſputatio III.

ETſi ex iis quæ proxima diſputatione diximus, ſatis firma ſit de triplici cauſſarum genere ſententia: tamen, vt adhuc verior firmiorque appareat, & vt id perſoluamus, quod ſupra polliciti ſumus; nunc qua ratione omnes aliæ dicendi formæ ad hæc tria capita reuocari poſſint,

poſſint, explicare nitemur. Et quoniam in re minime dubia verſamur; ideo nullas dubitationes in medium afferemus: quamuis non deſint, qui omnes dicendi formas ad hæc tria genera reuocari poſſe negent. Antequam autem de ſingulis quicquam dico, illud admonuerim, priuatas dicendi ſpecies certo quidem numero contineri: ſed tamen in earum numeratione, qui de eis aliquid ſcribunt, non omnino conueniunt: dum alij plures, alij pauciores, alij has, alij illas recenſent, & ſub diuerſis generibus collocant. Lip. Brãd. lib. 1. c. 3.

Marius Philelfus in libello de epiſtolis ſcribendis octoginta formas recenſuit; ſed quam ruditer, nihil attinet dicere. Auctor quidã Græcus tabellam confecit, in qua ſingulis generibus ſuas ſubiecit ſpecies, & pauciores numerauit: Cicero etiam, ſed paucas in ſecundo de oratore ſermone recenſuit. Et denique omnes fere, qui de tribus cauſſarum generibus paullo accuratius ſcribunt, eorum plures, pauciores ve ſpecies faciũt: quãuis, nemo, quod viderim, rationẽ aſſignet, cur illæ quas enumerat, ſub illis ponantur generib. ſub quibus collocat. Nobis hac in parte illud eſt propoſitũ, vt magis vſitatas formas recenſeamus, & eas de quibus maior poteſt eſſe dubitatio, ſub quo contineantur capite. Iac. Omph. lib. de eloc. imit.

Et vt initiũ ſumamus ab hiſtoria, cuius ſcriptionem M. Antonius oratori tribuit, hiſtoria, auctore Tullio, ad exornationis genus reuocatur, Libro 2. orat.

tur, & id iure quidem optimo; cum hiſtoria extra iudicia deliberationeſque narretur, & ad cognitionem ac voluptatem, quæ ex eius lectione capitur, referatur: delectatio vero, atque cognitio generis demonſtratiui ſunt, vt ſupra docuimus. Quando autem hiſtoria cum iudicijs, aut deliberationibus erit coniuncta, eius erit generis, ad quod cauſſa ipſa pertinebit. Quod de hiſtoria diximus, idem de deliberationibus, conſultationibuſque infinitis dicito. Quare non placent ij, qui ideo hiſtoriam ad hoc genus reuocari putant, quod in ea partim laudetur boni, partim vituperentur improbi: quippe qui generis demonſtratiui amplitudinem non intelligunt, nec quid inter hiſtoriam & laudationẽ interſit.

De teſtimoniorum dictione. Hæc orationis forma, quidquid aliqui dixerint, cum tota in iudicijs verſetur, &, vel accuſationem, vel defenſionem habeat, ſub iudiciali genere ponenda eſt.

De mãdatis, de quibus maior eſt difficultas; hæc cum non ſint ſimplicia, non ſunt vnius generis, ſed ad varia genera reuocanda ſunt. Nã, ſi mandata nihil aliud habeant, quam ornamentum quoddam, ac dignitatem, vt cũ Legati mittuntur ad gratias agendas, & ad gratulandũ, ad genus exornationis reuocabuntur: ſi vero poſtulationem, ac petitionem habeant, vt cũ Legati ad aliquid repetendum, vel ad pacem faciendam mittuntur; vt eſt apud Virgilium.

Tum

Tum ſatus Anchiſa, delectos ordine ab omni Aen.lib.7
Cétũ Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes
Donaq; ferre viro, pacemq́; expoſcere Teucris.

Generis erunt deliberatiui. At vero, ſi conqueſtionem criminationemque contineant, ad iudicia ſpectabunt. Quamobrem, ſi mandata, copioſe ornateque tractentur, vt interdum fieri ſolet, modo vnius, modo alterius generis, pro eorum varietate eſſe putabuntur. Quando dicimus mã data ad Oratorem pertinere, de renunciatione intelligi volumus: quoniam mandata dare, non venit in hunc locum.

De narratione, ſi narratio, vel in iudicijs, vel in deliberationibus adhibeatur, ad hæc pertinebit genera: ſi vero extra iudicium, & Senatum, ad genus exornationis, cum ſolam cognitionem & voluptatem propoſitam habeat, reuocanda erit.

De gratiarum actione & gratulatione, quid de his ſentiendum ſit, patet ex dictis: quæ quoniam nullam contentionem deliberationemve habent, ſed ſolam dignitatem, voluptatemq;, generi demonſtratiuo ſubijcienda erunt. Hanc doctrinam ex eo confirmares, quod in his formis explicandis iiſdẽ fere vtimur locis, qui in exornationibus adhibentur: vt cognoſci poteſt ex

oratione pro M. Marcello, vbi in gratiarum actione Cæſaris clementia mirum exornatur in modum: & ex oratione poſt reditum ad Senatum, in qua accepti beneficij magnitudo exponitur.

Quod de his duabus formis dictum eſt, etiam de maledictione dictum puta: quæ ſi ſola ponatur, generis erit demonſtratiui; cum nihil aliud contineat, quam vituperationem. Quod ſi in iudicijs, vel deliberationibus quiſpiam maledicat, vt Tullius in Philippicis, vbi ſæpe maledicit Antonio, & in Verrinis, vbi C. Verri, ad illud idem pertinebit genus, in quo ponitur.

De deſcriptione, ſi deſcriptio in aliquo ex tribus generibus reperiatur, tanquam figura, & exornatio quædam, ab eo genere ſeparanda nō erit: exempla habes in ſexta & ſeptima actione contra Verrem. Quod ſi ſeorſim aliquid late deſcribatur, ſiue deſcribendo exponatur, cū id cognitionis & voluptatis cauſſa fiat, ſub genere ponetur demonſtratiuo.

De deprecatione, qua partim publice, partim priuate vti poſſumus, ſi adhibeatur in iudicijs, vt in Ligariana patet, generis erit iudicialis; ſi in deliberationibus, vt ſi orator auditores deprecaretur, ne quid deliberarent, ad genus pertinebit deliberatiuum. At vero, ſi ſeorſim vſurpetur, ſiue publica, ſiue priuata ſit deprecatio, vt ſi pater pro filio, amicus pro amico, de-

precatione

precatione vtatur, cum deliberationem quandã habeat, deliberationi ſubijcietur. Etenim qui deprecatur, conſilium dare videtur ei, quem deprecatur, vt aliquem, exempli gratia, recipiat, reijciat, aut vt faciat, omittatve aliquid.

De querimonia, qua tum publice, tum priuate vtimur; tum coniunctim, tum ſeparatim in aliquo genere: ſi coniunctim tractetur, eius erit generis, quo cum fuerit coniuncta; vt in actionibus in Verrem, & in Philippum, in quibus de illius libidinibus, & de huius cupiditate ac improbitate queritur orator: ſi ſeparatim, ſiue publice, ſiue priuate id fiat, vt ſi amicus queratur de amicitia deſerta, & Conſul de ciuium improbitate, Imperator de militum ignauia, Concionator de contempta religione, cum huiuſmodi cauſſæ accuſationem contineant, ad iudiciale genus reuocandæ erunt.

De purgatione, quæ eſt querimoniæ contraria, & defenſionem continet, idem dicas, quod de querimonia diximus: iudicio itaque ſubijcienda erit.

De conſolatione, Hanc dicendi formam nonnulli, in quibus Victorinus, Oratori adimunt, ea ratione nixi, quod conſolatio priuati ſit officij, quibus grauiſſima M. Antonij apud Ciceronem opponeres auctoritatẽ. Contingere enim poteſt, vt ad officium pertineat publicum; vt ſi omniũ ciuiũ animi aliqua mœſtitia affecti conſolandi Libro 2. Orat.

eſſent;

eßent; quod ornate & copioſe ab Oratore fieri poſſet. Et quoniam conſolationes totæ in dando conſilio occupatæ ſunt, deliberatiuo generi ſubijciendæ erunt. Etenim qui conſolatur, conſilium dat, ne qui luget, ſe dolore conficiat, & ſine vtilitate mærorem capiat.

De cohortatione, hanc formam ad Oratorẽ pertinere poſſe fatetur Antonius. Nam, etſi is qui cohortatione vtitur, non id agat, vt, qui nolunt quidpiam agere, id velint, ſed ſolum, vt qui volunt, vehemẽtius velint, vt recte docuit Victorinus; tamen, dum orator cohortatione vtitur, illud perſuadere conatur, vt quod quis iam agere vult, vehementius ac libentius velit, & ne a propoſito diſcedat: ex quo plane colligitur, generis eſſe deliberatiui. Id demonſtrant cohortationes, quæ paſſim apud hiſtoricos leguntur:
Lib. 21. *vt apud Liuium Annibalis, & Scipionis ad ſuos milites hortationes: & apud Salluſtiũ Catilinæ ad ſocios coniurationis. Extant etiam in Antonianis multæ Tullij hortationes ad populum Romanum.*

De præceptis, admonitionibus, & obiurgatiouibus, quæ pertenui diſcrimine inter ſe differunt, late ſcribere poſſem; verum, qua ratione diſtinguantur, & quo in genere ponantur, pau-
Clē. Alc. in pedagog. *cis docebo. Præcepta ea ſunt, quæ ad vitam recte inſtituendam traduntur; vt videre licet in Iſocratis oratione ad Demonicum: ni quæ ibi*

habentur

habentur ad admonitionem referre mauis: cum auctor ipſe, admonitionem ſe ſcribere velle dicat, & eam orationem parænesin, id eſt admonitionem vocet. Admonitiones illę vocantur, quibus homines de ſuo commonentur officio, cum in eorum memoriam ea reuocantur, ſine quorũ cognitione ſuo muneri ſatisfacere minime poſſunt. Obiurgationes vero ſunt alicuius maioris errati caſtigationes. Nec quicquam aliud inter obiurgationem & admonitionem intereſt, niſi quod admonitio, non modo contumelia, ſed etiã aſperitate vacat: atqui obiurgatio, eſt acerbitatis & aſperitatis plena, quamuis a contumelia abſit. Eſt itaque admonitio, vt ex Tullio diſcimus, Lenior obiurgatio vero, aſperior, ac durior quædam admonitio. Idem in ſecundo de oratore ſermone has duas partes inter ſe differre, & in eodem genere contineri affirmauit. Et quoniam admonitio conſilium continet, vt ex citata Iſocratis oratione aperte cognoſcitur, vbi ait, ſe velle Demonico conſilium dare, & Tullius leuiorem admonitionem in conſilio dando poſitam eſſe affirmat, & conſilium, vt omnes fatentur, ad deliberationem pertinet; neceſſario conficitur, admonitionem, præceptionem, atque obiurgationem, ad genus deliberatiuum referendam eſſe. Hoc a veritate non abhorrere facile intelligeres, ſi animaduerteres eos, qui vel præcipiunt, vel admonent, aut obiurgant, id vnum

Lib. 1. off.

agere,

agere, vt is qui inſtituitur, admoneturve, vel obiurgatur, conſilio accepto, honeſte viuat, & explorate agat. Et quamuis hæ ſcribendi rationes in priuatis officijs, potiſſimum vſurpentur: tamen in publicis etiam negocijs adhiberi poſſunt, & interdum adhibentur; vt non vno in loco in Tullianis orationibus obſeruares: vt cum plebem acrius obiurgauit, quod Othonem Tribunum ad ludos venientem, vt Plutarchus ſcribit, contumelioſis verbis excepit. Et Cęſar aliquando ſuorum militum ignauiam, quod Germanorum vires perhorreſcerent, obiurgauit. Atque de his formis hactenus.

Plut.

De interpretationibus, has, cum nihil aliud ſint, quam eorum, quæ obſcure dicuntur, explicationes, & dilucidationes quædam, ad genus demonſtratiuum non male reuocares, vt ſiquis Platonis, & Ariſtotelis ſcripta copioſe ornateque exponeret. Quod ſi in publica iudicia, & deliberationes incidant, cum leges perplexæ, edicta inuoluta explicantur, ad hæc genera referentur.

De opinatione, quæ interpretationi eſt affinis. Opinari, quod nihil aliud eſt, quam ſententiam opinionemque ſuam explicare, ſi id ornate & copioſe fiat, vel exornationis, vel deliberationis erit. Deliberationis quidem, cum Conſul in curia rogatus, vt quid ſentiat, exponat, ſuam opinionem eleganter copioſeq; explanat.

Demonſtra-

Demonſtrationis vero cum Philoſophus inter diſputandum, quam ſuſtinet opinionem eam fuſe ac diſerte enucleat.

De optatione, cuius interdum apud oratores eſt vſus, vel in iudicijs, vel in deliberationibus collocari poterit. Ab optatione M. Tullius nonam Philippicam auſpicatus eſt. Vellē Dij immortales feciſſent, P.C. vt viuo potius Ser. Sulpitio gratias ageremus, quam mortuo honores quereremus.

De mitigando, concitando, ac deterrendo, de quibus meminit Fabius, illud breuiter dixerim, has dicendi formas ad ea genera referendas eſſe, in quibus adhibentur, quod interdum fieri ſolet; vt cum auditoribus & iudicibus incutitur, aut adimitur timor. Quod ſi totæ orationes in mitigando, concitando, ac deterrendo, vel confirmando conſumentur, ad genus deliberationis referendas eſſe exiſtimarem. Etenim, qui mitigat, vel concitat, vel deterret, conſilium dat: vt gratia exēpli, non eſſe iraſcendum, non eſſe ceſſandum, lenem & placabilem eſſe non expedire, & denique, vel hortatur, vel dehortatur, quæ omnia ſub deliberationem cadunt. Cicer. in exor. Mil. In Ver.

Et ne plures formas proſequar, nimis. n. longum facerem, ſi ſingulas recenſere, & exponere vellem, has paucas expoſuiſſe ſufficiat: ex quibus, quo pacto aliæ ad vnum ex tribus ge-

neribus referri queant, facile intelligi poterit.

Ad genus itaque demonſtratiuum pertinēt, gratulationes, gratiarum actiones, quæſtiones cognitionis, hiſtoriæ, & aliæ harum ſimiles formæ. Ad deliberatiuum hortationes, vt eſt illa noſtra, in libro, quem Fontem vitæ & ſapientiæ inſcripſimus, admonitiones, obiurgationes, & id genus aliæ. Denique, ad iudicia, querimoniæ, purgatio, maledictio, & aliæ quædam. Quo loco illud dixerim, plures formas contineri ſub demonſtratione, cum hoc genus latiſſime pateat, quam ſub alijs.

Sed roget hoc loco quiſpiam, quid vtilitatis ex eo percipitur, quod ſciamus, quo ſub genere ſingulæ formæ collocentur, hoc dicerem, quod certe plurimi faciendum eſt; quia qui nouit ſingulorum generum ſubiectas formas, facile generis natura cognita, præceptiſque intellectis, eas tractare poterit; cum quæ de vniuerſo dicuntur genere, de formis etiam intelligenda ſint. Et vt rem cognitu dignam planius exponam, qui demonſtrationis, ſeu deliberationis finem locos, diſpoſitionemque nouerit, is facile poterit hiſtoriam ſcribere, aliquid narrare, hortari, & monere. Vt omittam, quod qui aliorum epiſtolas interpretatur poterit facile, cum epiſtolarũ genera ſint omnino varia, ea ad hæc prima orationis capita reuocare.

Siquis autem ſcire cuperet, quæ ſint Tullia-

narum

narum epiſtolarum genera, et quæ ſub illis epiſtolæ, & epiſtolarum partes contineantur, eum libellum legat, quem hac de re Franciſcus Priſcianenſis in lucem dedit, qui vſui eſſe poterit ijs, qui ad Ciceronis imitationem epiſtolas ſcribere volunt. Melchior Iunius nonnullas formas ſingulorum generum numerat, modumque & methodum conficiendi docet, & imitandi Ciceronis rationem commonſtrat, in ſuis ſcholis rhetoricis. Rurſus, ſi quis priuatim cognoſcere vellet, ſub quibus generibus multæ dicendi formæ contineantur, Omphalium, libro de imitatione, & Hieronymi Garimberti conceptus, quos Italice ſcripſit, conſulat. Multarum quoque ſpecierum exempla, qui volet, legat apud Georgium Macropedium: ſed magis vtile eſſet Ciceroniana conſulere. Nos, in ſtudioſorum gratiam, hic quandam tabulam formarum generumve dicendi adijciemus, quã Ioãnes Sambucus ex incerto auctore Græco Latinã fecit: licet, re vera, aliquid magis abſolutum, atque perfectum in hoc genere fieri potuſſet. Epiſtolarum itaque, aliæ ſunt.

Albert. Leonin. lib. 1.

Generis demõſtratiui; quarum finis eſt honeſtum & turpe.

- *Epidectice, i. abſolute laudãs.*
- *Epæneſtice, i. laudatiua minus perfecta.*
- *Colaceutice, i. adulatoria.*
- *Memptice, i. reprehendens, qua factũ reprehendimus.*
- *Honediſtice, i. exprobratoria, qua corripimus eum qui oblitus eſt officiorum.*
- *Hybriſtice, i. inuectiua, qua inimicum inſectamur.*
- *Paralogiſtice, i. cõtemptoria.*
- *Ironice, i. ſimulatoria, cũ laudamus aliter, quã ſentimus.*
- *Euchariſtice, i. grata, gratias agens.*
- *Diegetice, i. narrationem perpetuam continens.*
- *Paraggeltice, i. nunciatoria cuius tres sũt formæ.*
  - *Delotice. i. rerũ præſentium.*
  - *Prorrhetice futurarum.*
  - *Apangeltice, prꝗteritarum.*
- *Antepiſtaltice, i. reſponſoria.*
- *Sympathetice, i. condolens de alterius*

alterius malis.

Philice, i. amica, officioſa, qua veteris beneuolentiæ fit commemoratio.

Erotice.i.amatoria, qua oſten dimus quempiam amare, & amabiliter cum eo verba fa cimus.

Proſphonetice, i. dedicatoria.

Eutrapelos,i. iocoſa.

Scoptice.i.irriſoria, qua cuipiam illudimus.

Additur, Apophantice,i.magna aſſeueratione aliqd dicẽs

Ex his formis poſteriores a Diegetica, continent familiares epiſtolas, quarum finis eſt ipſa notitia.

Generis delibe ratiui, quarũ finis eſt honeſtum, vtile & inutile.

Paranetice,i.officioſe hortans hortatoria, quæ habet hortationem & diſſuaſionem.

Symbuletice, i.ſuaſoria.

Eutice,i.optans, precatoria, qua vt aliquid contingat im p enſe optamus.

Paroxyntice, i. concitatoria, excitans, irritans aliquem aduerſus aliquem.

Paratharrhyntice,i.animum addens, qua hortamur, & metum demimus.

Paramythetice,i.cõſolatoria

Paracletice, i.confirmatoria.

Hypomneumatice, vel Anagraphece,i.regiſtratoria,res quotidianas continens.

Parathetice, vel Syſtatice,i. commendatoria.

Philoptectice, i. amicos iungens.

Hepareſtice, i.recõciliatoria.

Nũthetice, monitoria.

Hypothetice, i.receptoria.

Aporrhetice,i.vetitoria,proprie magiſtratus, cui opponitur.

Proſtagmatice, i. imperatoria.

Proſtatice,i.mandatoria.

Presbeutice.i. legationem habens,cum committimus legationem rei grauis.

Parapresbeutice, i. ementito legata.

Metameletice,correctoria,pænitentiam indicans.

Anathetice, i. conſilium aperiens

riens.

Axiomatice, i. in ſpecie interceſſoria.

Parangeltice, i. Denunciatoria, qua præmonemus aliquem & interdicimus re quapiam, ſeu Diamartyretice, i. teſtificans.

Apomneſtice, i. ſubmonitoria, qua de quæſito aliquem breuiter monemus.

Diauletice, i. calumnians, infamans, traductoria, qua admiſſū, facinus manifeſtatur.

Epitimetice, i. inuectiua.

Dicęologice, i. experiens, ſiue rationem reddens apud iudicem, ſiue amice expoſtulans.

Categorece, i. accuſans.

Generis iudicialis, cuius finis eſt iuſtū & iniuſtum. — *Anticategorece, i. mutuo accuſans.*

Antegclematice, i. criminoſa, referens crimen, qua criminationem oblatā diluimus, et in dicentem reijcimus.

Metaſtice, i. remouens criminationem.

Antiſtatice, i. comparate purgans.
Apologetice, et Aetologice, i. purgatoria.
Aparnetice, & Apiletice, i. comminatoria, minas denunciamus.
Elegchtice, vel Diamartoretice, i. conuincens, qua aliquid factum eſſe rationibus conuincimus.
Therapeutice, i. mitigatoria, qua offenſionem mitigamus.
Lyptice, vel Pathice, i. mæſta, lamentatoria, querula, qua offenſione acceptam demonſtramus.
Schetliaſtice, execrans, in qua indignamur, quæ ad genus demonſtratiuum referri poteſt.
Aparnetice, i. inficialis, qua crimen negamus.

Generis

Generis didaſcalici, cuius eſt aliquid docere, vel ſtatuere.	*Didaſcalice, i. docens, qua erudimus aliquem.*
	Eromatice, i. percunctatoria, & ſciſcitatoria, qua de eo, quod ignoramus, interrogamus.
	Apophantice, definitoria, qua ſententia pronunciamus.
	Epitimetice, i. corripiens, quãdo inhoneſtum dictum reprehenditur.
	Paralogiſtice, i, captioſa, decipiens.
	Aenigmatice, i. perobſcura, ſcirpoſa.
	Allegorice, i. inuerſa ex multis metaphoris conflata.

In omnibus his generibus reponuntur contraria genera.

An recte dicatur, tria eſſe cauſſarum genera. Diſput. IIII.

POſtquam omnem orationis varietatem ad tria ſumma capita reuocari poſſe docuimus, ea nobis tractanda occurrit dubitatio, quæ nullo modo ſilentio prætereunda eſt, qua de horum generum appellatione quæritur. Illud igitur in

dubium reuocatur, an iſta ſumma capita, tria cauſſarum genera recte appellentur: cuius quæſtionis, qui affirmantem tueretur partem, eam his rationibus communiret.

In Top. Part. Inu. *Primum, grauiſſima M. Tullij ſententia, qui vbicunque hac de re mentionem fecit, cauſſarũ & controuerſiarum genera appellat. Ad quam accedat Quinctiliani auctoritas, qui recenſitis ſuper hac dubitatione diuerſis ſententijs, ait, optime feciſſe eos, qui cauſſarum genera nominarunt: quod tamen nulla ratione confirmat.*

Deinde, quotquot in forum veniunt quæſtiones, vel loco, vel tempore, vel modis, vel cauſſis, certiſve perſonis continentur, vt ex omnib. tum Ciceronis, tum aliorum ſcriptorum orationibus cognoſcere licet: omnis itaque oratio cauſſa; hoc eſt, quæſtio aliqua ratione contracta, ac definita poterit vocari.

Poſtea, qui docent tria eſſe cauſſarum genera, vt Cicero conſtantiſſime affirmat, non proinde negant quæſtiones infinitas pertinere ad oratorem, immo ei huiuſmodi quæſtiones ſubijciũt: nullam igitur in partem Rhetoricæ materiam imminuunt.

Poſtremo, quæſtio infinita continetur in quæſtione finita: igitur qui tria cauſſarum genera ponunt, nihil peccant: nam, ſiquid eſt in hac ſententia peccati, illud eſt, quod infinitas quæſtiones a regno oratorio excludere videntur, cum cauſſa

cauſſa ſolum de quæſtione finita dicatur.

In hac difficultate tres inuenio diuerſas Rhetorum ſententias. Prima, ſententia eſt illa cu- Lib.3.c.3 *ius meminit Fabius, quæ affirmat, tria dicta capita, Rhetoricæ partes appellari debere: et quoniam partium non vna & eadem eſt ratio, dubitari poteſt, quibus de partibus intelligenda ſit, an de illis, quas Dialectici vocant integrantes, vt ſunt in homine caput, brachia, & pedes an de partibus generum, quas ſpecies ijdem appellant, Cicero ſæpe formas. Quidam dicunt non poſſe vocari partes, ſi partis nomen primo ſumatur modo, ſi vero altero maxime: vnde factum eſt, vt nonnulli Rhetoricæ ſpeties nominarint.*

Secunda ſententia M. Tullij, Fabij, et ne pene innumeros numerem, omnium fere Rhetorũ, Theon. *qui cauſſarum, ſiue controuerſiarum genera nominant.*

Tertia ſententia Ariſtotelis qui γένη, *vel* Valent.a Eryt. εἴδη τῶν ῥητορικῶν λόγων, *i. genera, & ſpecies, ſiue formas Rhetoricæ, & orationis appellauit: in quam opinionem etiam auctorem rhetoricæ ad Alexandrum citares: qui tria eſſe ait genera orationum ciuilium,* λόγων, *inquit, non cauſſarum, vt quidam male vertit. Nos,* Frã. Phil. *quid in hac controuerſia tenendum ſit, vt plane, atque perſpicue explicemus; prius quædam iaciemus fundamenta; & poſtea, certis poſitionibus*

nibus noſtram ſententiam aperiemus.

Primum fundamentum, quamuis hæc diſputatio ſit de rei appellatione & nomine; tamen nullo modo parui facienda eſt: quippe quod, ſi genera cauſſarum appellabis, & proprie loqui voles, latiſſimam eloquentiæ materiam in anguſtum contrahes: cum cauſſa ea controuerſia proprie dicatur, quæ certis eſt definita terminis: ac proinde infinitas quæſtiones Oratori ſubtrahes; cum iſtę ſub cauſſis non contineantur. Vide igitur quanti referat, ſi veram opinionem dę eloquentiæ materia retinere volueris, vtrum cauſſarum, aut orationis genera appelles. Quo fit, vt Ariſtotelis doctrina ſit a Ciceronis ſententia omninino diuerſa.

Secundum fundamentum, duo, vt paullo ante dicebamus, ſunt partium genera; aliæ dicuntur partes magnitudinis, quæ rem ipſam integram conficiunt, quas integrantes vocant; vt in domo tectum, parietes, & fundamenta: aliæ, quæ rem non conficiunt, ſub illa tamen, tanquã ſub aliqua communiore, & latius patente natura continentur, ſicuti formæ ſub genere; vt honeſtum, vtile, & delectabile ſub bono: brutum, & homo ſub animali; quas partes, ſubiectiuas vocant. Differunt hæc duo partium genera, quod totum quantitatis de ſuis partibus affirmari minime poteſt; non enim diceres, Domus eſt tectum; at vero, genus de ſuis maxime: dici-

mus

mus enim honeſtum eſt bonum, & homo eſt animal, cum tota animalis natura ſit in homine.

Tertium fundamentum, cum Ariſtoteles ait, tria eſſe genera, ſiue ſpecies Rhetoricæ, duobus modis id intelligi poteſt, vno, vt per Rhetoricam intelligamus habitum ipſum, ita vt rhetorica ſit vnus habitus, qui ſub ſe tres habeat ſpecies ſiue formas, eo modo quo animal duas animalium ſpecies brutum & hominem: altero, vt per Rhetoricam intelligamus id quod eſt rhetoricæ ſubiectum, nimirum ipſam orationem, ſiue quæſtionem, ita vt tria dicantur eſſe genera, ſiue partes rhetoricæ ratione rerum ſub hac arte contentarum, ex quibus non ars ipſa, ſed eius vniuerſa materia conſtat: & hoc pacto intelligendam eſſe arbitror Ariſt. ſententiam: idque, vel ex eo patet, quod non modo Rhetorices, ſed etiã orationis partes appellat: quæ duæ loquendi formæ non idem valerent, nec vna pro altera vſurpari poſſet, niſi per Rhetoricam id intelligatur, quod nos diximus. Vbi illud etiam adnotauerim, ſcriptores ſæpenumero nomen generis vſurpare pro formis, ſiue ſpeciebus, partibusque generum; vt ſi quis diceret, duo eſſe animalium genera, hoc eſt, ſpecies: & contra, interdum ſpecies pro generibus ponere. His iactis fundamentis, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, ſi nomen partis ſumatur pro ea re, ex qua aliquid conficitur, & Rhetorica

pro ipſa benedicendi arte, ſiue habitu, tria cauſſarum genera, Rhetoricæ partes dici non poſſunt. Doctrina eſt certiſſima; quia dicendi facultas verſatur quidem in his generibus, tanquam in ſubiecta materia; ſed ex illis non conſtatur, tanquam ex partibus, quæ ſunt Inuentio,
Lib. 2. de arte dicé. *Diſpoſitio, Elocutio, Memoria et Pronunciatio, vt alias diximus.*

Secunda poſitio, ſi nomen partis ſumatur pro ſpecie, quæ eſt ſubiecta generi, tria cauſſarum genera, proprie loquendo, non poſſunt dici Rhetoricæ partes, ſumendo Rhetoricam pro arte dicendi; ita vt dicamus eſſe tres ſpecies artis dicendi; ſicuti dicimus eſſe quattuor virtutis ſpecies. Quoniam Rhetorica non eſt quoddam genus, ſed ſpecies infima artis, quæ in ſermone ornato verſatur, vt Grammatica in congruo: nullas igitur ſub ſe habebit ſpecies, ſiue, vt loquuntur, partes ſubiectiuas; ſicuti nec homo et bos, cum ſint ſpecies animalis infimæ. Non pernegauerim tamen aliquo pacto ſpecies dici poſſe.

Tertia poſitio, illa tria capita ad quæ omnes oratori ſubiectas quæſtiones ſiue orationes reuocari poſſe ſtatuimus, nullo modo, ſi proprie loqui velimus, cauſſarum genera appellanda ſunt. Hæc poſitio eſt contra Tullij, Fabij, & omnium pene Rhetorum ſententiam, quam his rationibus noſtram doctrinam confirmando, impugno

pugno

pugno. Nam, vel iſti auctores ſub his tribus generibus totam eloquentiæ materiam contineri volunt, aut non: hoc ſi dixerint, imperfecte loquuntur, cum eas aſſignent partes, quæ non complectuntur omnia: ſi alterum aſſirment, tunc ſecum ſummi dicendi magiſtri pugnabunt, etenim cum fateantur Oratori *eſſe ſubiectas quæſtiones omnes, finitas inquam, & infinitas, actionis et cognitionis; hanc doctrinam deſtruūt; cum eloquentiæ materiam ad cauſſas, hoc eſt, ad finitas quæſtiones reuocant. Quare, quæſtiones illæ, quæ detractis perſonis, locis, & temporibus generatim tractantur, ſubtraherentur eloquentiæ. Non eſſet itaque* Oratoris *agere vniuerſe de virtute, de virtutum generibus, & formis, idem de vitijs dicas; cum hæ quæſtiones ſub nullo cauſſarum genere contineantur. Atq; idem affirmares de multis quæſtionibus, deliberationis, & de omnibus controuerſiis quæ ad cognitionem pertinent.*

Sed, vt quæ docemus, melius intelligantur, aliquot ſubijciam exempla. Si M. Tullij vera eſt ſententia, non liceret Oratori *quærere, an Dij ſint, an animi ſint immortales, an mundus ſit ab omni æternitate fabricatus, an ſit perpetuo duraturus, an* Deus *rerum humanarum procurationem habeat, an liceat vim vi repellere. In quibus quæſtionibus tractandis noſtri temporis* Concionatores*, qui aliquam veterum*

Oratorum

Oratorum formam retinent, totas ſæpe conciones conſumunt. Et antiqui Patres viri eloquentiſſimi, Oratoresque abſolutiſſimi, ſæpe huiuſmodi quæſtiones ornate & copioſe explicuerunt; vt Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, Damaſcenus, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius & alij. Ne igitur innumeras controuerſias ampliſſimę facultati ſubtrahere cogamur, hãc communem appellationem reijciamus.

Quarta poſitio, illa tria capita congruenter tria eloquentiæ, vel potius orationis genera, ſpeciesve nominantur. Patet hæc doctrina ex confutatione aliarum opinionum, & ex ijs quæ diximus. Et vt adhuc magis explicetur, cogitare debemus Rhetoricam eſſe artem quandam, quæ in ſermone, ſiue oratione ornata verſatur, vt libro primo de arte dicendi docuimus: omnis autem ornatus ſermo, ad vnum ex illis tribus generibus reuocatur, vt ſupra expoſuimus. Ornata itaque oratio, eſt veluti cõmune genus, quod in tria alia genera, ſiue ſpecies diuiditur, ſub quibus ſunt aliæ formæ, quarum multas ſupra recenſuimus. Cum ergo nulla ſit oratoria dictio quæ ſub vno ex tribus generibus non contineatur, merito illa tria ſumma capita orationis genera vocantur: in quorum ſingulis tota vis eloquẽtiæ verſatur. Cur autem tota oratoriæ orationis vis in has tres partes, ſiue formas diuidenda ſit, ſupra late docuimus, cum demonſtrauimus Diſput. 7.

uimus

uimus ob auditorum varietatem, varias eſſe debere dicendi formas.

Quincta poſitio, hæc tria dicendi genera non ſoulm ex parte auditorum diſtinguenda ſunt, ſed etiam ex ratione, ſiue forma & methodo tractandi: hoc eſt, alio dicendi genere, alia diſpoſitione, aliaque elocutione, & vniuerſe alia tractatione explicãda sũt: vt de ſingulis agẽtes planius dicemus. Alio enim modo dicendum eſt cũ oramus apud iudices, alio cum apud Senatores, alio cum apud populum, in gymnaſio & palęſtra verſamur.

Sexta poſitio, ſiquis vellet Tullium defendere, dicere poſſet, eum in hac re non tã quod ſubtilis ratio poſcebat, ſpectare voluiße, quã ipſum vſum, et præſertim illorum temporum apud Romanos: cum oratores ſolum cauſſas, hoc eſt finitas quæſtiones, ad Reip. gubernationem accommodatas perorabant, quam ob cauſſam, vt apud Ciceronẽ teſtatur Antonius, Romani Oratores genus laudationis rarius vſurpare ſolebant. Cũ ergo dicendi præcepta ad vſum accommodauerit, tria eſſe dixit cauſſarum genera. Vt omittã, quod aliquando eodem modo eſt locutus, quo Ariſtoteles: qui cum rẽ ipſam ab vſu auulſam conſiderauerit, orationis genera nominauit. Adderes etiã Ciceronem fortaſſe nomine cauſſæ pro quæſtione & oratione abuſum fuiſſe: quod tamen minus placet. Nẽq; exiſtimandum

eſt, M. Tullium qui varijs in locis omnes res ſubiecit eloquentiæ, earum bonam partem iſta appellatione ei ſubtrahere voluiſſe. Verũ, quidquid ſit, accuratius et melius hac in parte loqui potuiſſet. Et, vt huic diſputationi ſit finis, ad contraria argumenta reſpondeamus.

Ad primum, quid dicendum ſit, patet ex vltima poſitione: vel enim errauit, vel eo modo, vt diximus, excuſandus eſt: qui, vt dicebam, eadem etiam ratione locutus eſt, qua Ariſtoteles, vt cum ſcripſit, ſed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in vnam formam cadunt, & quæ ſequuntur. Quod autẽ ad Fabij auctoritatem attinet, minus nos vrget: vt enim facile ſine vlla ratione ſuamq́ ſententiã pronuntiauit, ita facile negligi poteſt. In Orat.

Ad ſecundũ, quamuis quæ in forum veniunt controuerſiæ vt plurimũ ſint ad certas circunſtantias contractæ, non propterea omnes quæ eloquentiæ ſubijciuntur quæſtiones cauſſas appellare licet.

Ad tertium, iam diximus eos, qui tria cauſſarum genera appellant, ſi proprie locuti ſunt, neceſſario quæſtiones infinitas Oratori ſubtrahere, ac etiam ſecum pugnare, ſi omnes quæſtiones eloquentiæ ſubijciunt.

Ad quartum, fateor quæſtionem infinitam, ſi contrahatur, contineri in finita, ſicut animal continetur in ſpecie, vt in homine: ſed ſub hac

ratione

ratione non eſt quoddam totum, & genus, ſed ſpeciei pars: ſic etiam quæſtio contracta, non eſt amplius infinita.

Quæ ſit generis demonſtratiui natura, quæ cauſſæ. Diſputatio V.

QVæ de tribus cauſſarum generibus, vt cõmuni vtamur appellatione, nobis dicenda erant, ea hactenus expoſuimus: ſequitur, vt de ſingulis diſputare aggrediamur. De genere igitur demonſtratiuo acturus, quæ mihi occurrunt dubitationes, eas priore loco afferam.

Primum itaque aliquis dubitaret, cur priore loco de genere laudationis, quam de alijs generibus agamus, cum illa ſint maioris momenti, & magis huic arti propria: & Rhetores non ignobiles aliunde incipiant. Ariſt. lib. 1. cap.

Deinde, hoc genus videtur alienum a ratione dicendi, cum verſetur ſolum in rebus manifeſtis, quæ nullam habent cõtrouerſiam: quandoquidem ea laudamus, quæ certa & manifeſta ſunt: quam ob cauſſam quidam de eo nihil ſibi dicendum putarunt. Quæ igitur ad hoc genus pertinent, aliena erunt a materia Rhetoricæ, quæ eſt quæſtio, propoſitio nimirum dubia. Cicer. 2. Orat.

Præterea, Ariſtoteles & eius diſcipulus Theophraſtus, laudationem ad ſolos auditores relegarunt, et a negocio abeſſe dixerunt: cũ is,

qui in ea verſatur, ſolum oſtentationis cauſſa, apud alios dicat; quare, cum a ciuilibus negotijs ſit remota, oratori ſubijcienda non erit.

Poſtremo, male a Græcis hoc genus videtur appellatum fuiſſe epidicticon, latine, oſtẽtatiuũ: cum omnis oſtẽtatio in bono oratore damnetur. Neque etiam congruenter a Latinis vocatur laudatiuum, ſiue demonſtratiuum, cum quæſtiones quæ huc reuocantur, iuxta ea, quæ ſupra docuimus, interdum nullam laudationem, vituperationemve contineant.

De opinionibus, quod attinet ad ordinem in horum generum tractatione Ariſtoteles, quem nonnulli alij ſecuti ſunt, prius egit de deliberatiuo, poſtea de demonſtratiuo, & poſtremo de iudiciali genere: alij contra, prius de iudiciali, poſtea de deliberatiuo, & vltimo loco de demonſtratiuo: at vero Fabius primo loco de exornatione, ſecundo de deliberatione, tertio de iudicijs.

Quod ſpectat ad illam dubitationem, an hoc genus in ciuilibus negocijs adhibeatur, Ariſtoteles & Theophraſtus, vt Fabius ſcribit, a negocio abeſſe dixerunt: atqui ipſe contra exiſtimauit. An vero demonſtratio, ſiue laus vllam admittat controuerſiam ſtatumve, infra integra diſputatione examinabitur. Quæ hic nobis notanda occurrerẽt, ea in ipſis poſitionibus afferemus, ad quas accedendo, ita ſtatuo.

Prima poſitio, ſi ſpectemus ordinem doctrinæ, hoc eſt facilitatis, prius agendum eſt de genere demonſtratiuo, quam de alijs generibus. Primum quidem, quoniã eſt longe facilius, id quod ſane mentis negaret nemo & multo cõmunius, quam alia genera, cum ſit magis familiare, & in communi hominum vſu poſitum, nec tantum ſtudium atque diligentiam, vniuerſe loquendo, requirat, vt alia genera ſane requirunt. Cum ergo ad recte docendum a notioribus et communioribus incboandum ſit; conuenienter in hac de generibus cauſſarum tractatione a demonſtratiuo auſpicamur genere. Deinde, quæ de laudatione dicuntur, alijs duobus generibus inſeruiunt, quibus cum fere ſemper permiſcetur, non contra: ſiquidem facile ſuademus, ac defendimus, quod laudibus dignum eſſe demonſtratur: igitur. Ariſt. lib. 1. Phyſ.

Secũda poſitio, hoc genus, tum apud Græcos, tum apud Latinos varia ſortitum eſt nomina. Primum Græce dicitur, epidicticon, a verbo ἐπιδεικνύναι, *quod eſt demõſtrare, oſtendere, oſtẽtare, ſpeciem artis doctrinæq; præbere: vnde* ἐπίδειξις *oſtentatio, ſpecimen, ludicra equitum decurſio oſtentationis cauſſa facta: Latine, oſtentatiuum & oſtentationem diceres, quaſi ſit ad ingenij oſtentationem comparatum: quod Orator ideo laudationem ſuſcipiat, vt quid in dicendo & in ornando valeat, oſtendat. De quo nomine*

In Orat. *mine Tullius loquẽdo, ait, quod Græce ἐπιδεικτικὸν nominarunt, quaſi ad inſpiciẽdum delectationis cauſſa comparatum. Sed fortaſſe melius & ad rem ipſam accommodatius diceres, ideo ſic appellari, quod in hoc genere, quid, qualis, quantaque res aliqua ſit, potiſſimum demonſtrandum, hoc eſt probandum & ob oculos ponendũ ſit: cum verbum græcum etiam probare ſignificet, ita vt ſit quædam apodixis, hoc eſt demonſtratio: Dixi, Ad rem accommodate, quia aliter a ſcriptoribus vſurpari videtur. Quo loco* Ant. Pin. *illud admonuerim, verbum hoc, Demõſtratiuũ, non omnino exprimere vim illius vocis græcæ, epidicticon; ac proinde non tam eſſe interpretationem illius, quam nomen huic generi a Latinis impoſitum; cum quod hoc genere explicatur, quale ſit dicendo demonſtretur. Inepte itaque quidam reprehendunt Tullium, dicentes eũ vim verbi græci non intellexiſſe, cum videant ab ipſo appellatum fuiſſe demonſtratiuum. An autem intellexerit, patet ex loco paullo citato.*

Dicitur deinde græce, panegyricon, de qua appellatione aliquanto fuſius nobis ſcribendum eſt. Hæc vox compoſita eſt, a πᾶν, id eſt, omne & ἀγύρω, ſed nunc per ει ſcribitur, quod congrego ſignificat. Hinc panegyris, id eſt omniũ cõgregatio, mercatus, nundinæ, publicus, ſeu vniuerſalis conuentus, & celebritas. Vnde Cicero Lib. 2. *in quadam epiſtola ad Atticũ, erat ipſo in loco,*

illo die nundinarum panegyris, populi ſcilicet conuentus. Solebant Græci, vt ex Herodoto diſcimus, quaſdam celebritates indicere ob quattuor maxime cauſſas; ob religionis cultum, ob funerum celebrationem ob virium & artium oſtentationem, & ob congreſſum eiuſdem nationis, quam cauſſam diſerte in ſuo panegyrico expoſuit Iſocrates. Inter communes totius Græciæ panegyricos hi numerantur, Olympia, Pythia, Nemea, & Iſthmia. Quattuor etiam fuerunt celeberrimi ludi totius Græciæ conuentu frequentari ſoliti, quos Archias Poeta tetraſticho eſt complexus, quod Volaterranus hoc pacto interpretatus eſt. Herodot. Iſocr. Archias. Volat.

Grȩcia concelebrat duo bis certamina ſacra:
Quorum hominum duo ſunt, cætera cȩlicolum.
Sacra Iouis, Phœbique, Palȩmonis, Archemorique
Dona oleaſter erant, mala, ſelina, pinus.

Vel vt alius dixit; Alci.

Prȩmia oleaſter erãt, poma, apiũ, picea.

Ab his itaque panegyricis in quibus orationes in laudem inſignium virorum haberi ſolebant, hoc genus panegyricum appellatum fuit. Vnde panegyris, pro laudatorio ſermone; & oratione vſurpatur. Neque ſolum, vt illud etiã dixerim, in his panegyricis aliorum laudes ce-

lebrabantur; ſed etiam interdum deliberationes habebantur; vt ex pulcherrimo Iſocratis panegyrico cognoſcere licet: in quo conficiendo, alij decem, alij quindecim annos conſumpſiſſe ſcribunt: quam orationem, licet aliter ſenſerit Philoſtratus, nō habuit Iſocrates, qui nec Athenis quidem auſus eſt unquam dicere. Hæc panegyris, & Demoſthenis oratio pro corona, primum in Græcorum ſcriptis locum habere cenſentur: quib. orationibus, ſi quid hac in re iudicij habeo, homelia Origenis de Magdalena nullo modo eſt inferior: nec Cicer. oratio pro Milone.

Plut.

Vocatur præterea a Græcis hoc genus, Encomiaſticon, latine laudatiuum: quid autem ſit encomium infra explicabo: quamuis encomiazin, ſit male de aliquo in vicis loqui, vel canere. Ideo autem hanc appellationem demonſtratio ſortita eſt, quod cum præcipue in laude & vituperatione verſetur, a nobiliore parte, hoc eſt, a laude, nominari debuit. Denique aliquando Græci γένος δημηγορικὸν, id eſt genus populare, quod apud populum huius generis orationes haberi ſoleant, nominarunt.

Nomina quibus Latini vtuntur hæc fere ſunt, genus demonſtratiuum, exornatiuum, laudatiuum, ſiue exornationis & laudationis, ſed de nomine hactenus: nunc de natura dicamus.

Cic. lib. 1. de Inu. Auct. Heren. lib. 1.

Tertia poſitio, hoc genus ſic deſcribi ſolet, eſt quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem

laudem, vel viturationem. Sed, ſi loco, Perſonæ, diceres, rei, omnem comprehenderes orationem, qua aliquid laudatur, vel vituperatur. Quare iſta deſcriptio huius generis materiam late patentem, multum reſtringit. Vnde fortaſſe diceres, Genus demonſtratiuum eſt, quo alicuius rei vis, magnitudo, præſtantiaq; demonſtratur, vel oratio, qua qualis & quanta ſit res aliqua ornate explicatur. Auctor rhetoricæ ad Alexãdrũ, hac vſus eſt deſcriptione, laudatiua ſpecies eſt, & voluntatum, & rerũ geſtarũ, & verborum illuſtrium amplificatio, & eorum quæ abſint, accommodatio. Vituperatiua autem contra, illuſtrium horum extenuatio, obſcurorum vero exaggeratio.

Quarta poſitio, huius generis partes, vt in communi perſiſtamus ſententia, ſunt Laus & vituperatio, ſiue approbatio, & improbatio. Eſt autem laus, ſiue laudatio oratio virtutis magnitudinem explicans: vel, vt aliis placet, oratio amplificatiua rerum bonarum, quas certæ perſonæ ineſſe dicimus: ſed nos alibi accuratius laudem definiuimus. Ponit Ariſtoteles tres laudandi modos: Primus, dicitur laus, cum honeſtos animi habitus commendamus: ſecundus, encomium, cum ad laudem rerum geſtarum accedit prædicatio: tertius, eudæmoniſmus, ſiue macariſmus, cum ad ea quæ dicta ſunt, commendatio ex omni bonorum genere ſumpta, adiĳcitur: Ariſt. Trap. lib. de Pac. & de Reſt.

tur:

tur: vel vt Aphtonius ait, laus paucis etiam verbis fit, encomium artificioſa tractatione. Qua ratione, & quibus ex locis, tum res, tum perſonæ laudandæ ſint, poſtea dicetur. Sed cum dicimus has eſſe huius generis partes, non eſt ita intelligendum, quaſi ſolum hæ formæ ſub hoc genere contineantur, cum multas alias, vt ſupra ſcripſimus complectatur: vt narrationes,
Io.Mer. *gratiarum actiones, hiſtoriarum expoſitiones, gratulationes, lamẽtationes, leues querelas, cõmemorationes benefactorum & malefactorũ, & denique deſcriptiones rerum & perſonarũ. quidam duo faciũt demonſtrationis genera, vnũ ſerium, vt laudatio Euagoræ apud Iſocratem; alterum ioculare, vt laus muſcæ apud Lucianum.*

Quinta poſitio, huius generis communis finis eſt cognitio, ſpecialis vero honeſtas ſiue dignitas, cum laudamus, inhoneſtum ſiue turpitu
Ariſto. Cicer. *do cum vituperamus: quod intelligendum eſt de ea vituperatione, qua hominum voluntates afficimus; cum laus & vituperatio proprie ſit voluntatum; dictorum vero, & bene geſtorum amplificatio, aut extenuatio. At vero Fabius de finium horum generum diſtinctione non conuenit cum alijs.*

Cic. In part. Fab. lib 3. c. 4. *Sexta poſitio, quod attinet ad huius generis motu, tempus, & locum, motus eſt delectatio, tẽpus præſens, & præteritum; ſed maxime præ-*

ſens

ſens; tum quia laus eſt ſermo hominum de aliquo recte loquentium: tum quia delectatio, quæ in hoc genere quæritur, eſt boni præſentis apprehenſio: locus, apud Romanos campus Martius, nunc porticus, delubra, & ſenatus, auditor eſt is, qui rerum cognoſcendarum, aut laudandarũ eſt ſtudioſus.

Septima poſitio, quamuis innumeræ fere ſint res, quæ ſub hoc genus cadunt; tamen, ſi de laude loquamur, quæ laudari poſſunt, ad quattuor genera reuocare licet: Deus & res diuinæ, res intelligẽtiæ participes, animalia rationis expertia, & ea quæ omni ſenſu carent; ex quibus frequentius laudantur, virtutes, ſcientiæ, artes, hominum ſtatus, regiones, vrbes, & aliæ res eiuſdem generis illuſtres. Neque ſolum bona, ſed etiam mala, quæ potius vituperanda eſſent, exercitationis, vel oſtentationis cauſſa, commendantur: vt fecit Carneades, qui apud Romanos iniuſtitiam laudauit, vituperauit inſcitiam ſimiliter ingenij exercendi gratia res minimæ, quæ nihil habere videntur, vnde laudari poſſint, laudandæ ſuſcipiuntur; vt ſi quis laudaret, muſcã, formicam, aquam, quam quidam antiqui patres mirificis laudibus extulerunt. Verum, ab homine honeſte educato, & a chriſtiano, nunquã res turpes, vel obſcænæ laudentur: ob quam cauſſam, quidam minus pudici ſcriptores apud hæreticos, iure optimo male audiunt; vt is, qui vſuram Ambroſ. Tertul.

ram aliquando vt honeſtam, & vtilem, vt neceſſariam male commendauit.

Gel. lib. 17.c.12.

Octaua poſitio, hoc genus, non ſolum eſt, ad auditorum voluptatem comparatum, ſed etiam in negocijs, vt in foro & ſenatu adhibetur. Ita docet Quinctilianus; nec propterea errauit Ariſtoteles, qui intelligendus eſt de laudatione pure oſtentatoria, & de domeſtico præconio, quo ſophiſtæ vtebantur. Ad id quod docemus confirmandum, facit, quod olim, tum apud Græcos, tũ apud Latinos, orationes ex publico decreto adhibebantur in laudem eorum, qui pro reip. incolumitate vitam profudiſſent; aut aliquid præclarum geſſiſſent. Et Romæ reis licebat dare laudatores, qui eorum vitam honorifice recenſerent: quæ conſuetudo lege Pompeia ſublata fuit. Solebant etiam Romani in cõpetitores orationes ſcribere. Verum huiuſmodi laudationes & vituperationes ad aliud genus quiſpiam non male referret.

Sper. Plut. Liu. Plin. iun. Plut. Iun.

Nona poſitio, hoc genus potiſſimum uerſatur in ſtatu qualitatis. Quoniam in eo demonſtratur qualis res ſit. Poſſunt tamen etiam alij ſtatus incidere, præſertim ſi vniuerſe ſumatur, ut etiã cognitionis quæſtiones continet. Hanc doctrinam his verbis tradidit M. Tullus, qui cum dixiſſet in alijs duobus generibus tres poſſe eſſe ſtatus, ita ſcripſit, Quod idem contingit in laudationibus. Nam, aut negari poteſt id factum eſſe,

In Top. Fab. lib. 3.c.7.

eſſe, quod laudatur: aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit: aut omnino non eſſe laudabile, quod non recte, non iure factũ ſit.

Decima poſitio, huic generi eſt maxime affine genus deliberatiuum. Huius poſitionis, miſſis alijs, ea aſſignatur cauſſa, quod ea facile perſuadeantur, quæ laude digna eſſe cognoſcuntur. Ideo Cicero ſuaſurus Pompeium præficiendum eſſe grauiſſimo bello, eum vehemẽter laudauit: Illud de hoc genere addiderim, id habere proprium, vt in re ieiuna & ſterili, poſſit alia adſciſcere & per digreſſiones in alijs rebus laudãdis vagari, quæ tamen ad rem aliquo pacto pertineant. Poſſunt adhiberi hortationes, & comparationes. & vt in iudiciali genere dominantur enthymemata, in deliberatiuo exempla, ita in hoc amplificationes. Quare in laudando, homini etiam parum diſerto, nunquam deerit oratio. Atque de hac difficultate hactenus: quæ ſupereſſent dicenda, ſequentibus diſputationibus proſequemur; ſi prius argumenta allata diſſoluerimus.

Ad primum idoneam rationem aſſignauimus, bonos artifices, & Ariſtotelis doctrinam ſequendo, cur priore loco, de genere laudationis agere voluerimus.

Ad ſecundum, non eſt verum quod in hoc argumento aſſumitur, ſolum res certas laudari; cum etiam dubia, ſeu minus cognita laudentur.

tur. Sed quam falſa ſit hæc argumẽtatio, ex ijs, quæ diſputatione decima dicentur, multo manifeſtius fiet.

Ad tertium, quo pacto hoc argumentum ſolui poſſit, patet ex doctrina in ſeptima poſitione allata: nihil eſt igitur, vt aliquid priuatim reſpondeamus.

Ad quartum, ideo Græci epidicticon appellarunt, quod apud illos ſophiſtæ, qui potiſſimum in dicendo erant occupati, laudationes omnibus artis ornamentis & fucis ad eloquentiæ oſtentationem habere ſolebant: ac proinde, a Platone damnati, & a Tullio parum probati fuere. At vero prudentes & honeſti Oratores dicendi facundia in ubilitatem publicam, cuius cauſſa eſt comparata, vtuntur. Cur autem a laude priuatim nomen acceperit, ſupra docuimus.

Qua ratione Demonſtratiui generis oratio diſponenda ſit. Diſp. VI.

ET ſi nihil in hac rerum vniuerſitate reperiatur, quod ſub demonſtrationis genus cadere non poſſit: tamen earum rerum quæ frequentius laudibus ornantur, certa ſunt genera, de quibus dicendi Magiſtri aliquid ſpeciatim ſcribunt; quorum veſtigia ſequentes nos etiam facturi ſumus. Et quidem in hac diſputatione priuatam huius generis materiam, ſiue

præcipua capita numerabo, rationemq; laudandi vniuerſe explicabo. De rebus quæ ſub laudẽ cadere ſolent, omnes fere Magiſtri aliquid ſcribunt, ſed priuate Menander Rhetor, duos de demonſtratione libellos confecit; qui vt quædã vtilia habent; ita multa, ad noſtra tempora nõ multum accommodata continent, quæ tamen ad auctores profanos & maxime Græcos explicandos conferre poſſunt. Antequam autem quæ in hac diſputatione mihi dicenda ſunt, aggredior, illud adnotauerim, de hoc, vt etiam de alijs duobus generibus dupliciter agi poſſe, vno modo, tradendo eorum præcepta, atque etiam afferendo, eorum quæ dicuntur in ſingulis generibus, & generum partibus exempla, vt nonnulli faciunt; quod, vt eſt multum laborioſum, ita eſt parum fructuoſum: altero modo indicando locos, vnde laudes ſumuntur, breuiterque methodum laudandi vniuerſe demonſtrando, qui modus & vtilis & neceſſarius, & expeditus eſt. Et quamuis de locis tum oratorijs, tum dialecticis, qui ad vnumquodque genus tractandũ ſunt accommodati, alibi egerim; tamen hic breuiter attingentur, & ſingulis generibus accommodabuntur. Atque idem de diſponendi ratione dixerim, de qua integro libro alias diſſerui. Illud etiam obiter adnotauerim dicendi Magiſtros, huius generis latiſſime fuſi eam potiſsimũ partem delegiſſe, & de ea præcepta dediſſe, quæ

Menan.

Lib. de inſi.

Lib. de Diſp.

ad

ad laudandum, & vituperandum homines pertinet. Sed iam quæ hic occurrunt dicenda certis poſitionibus exponamus.

Prima poſitio, quæ ſub exornationis formã cadunt, ad quattuor capita vt etiam ſupra ſcripſimus, reuocantur, ſub quorum primo Deus & res diuinæ continentur, ſub ſecundo res intelligentiæ prędita, ſub tertio animalia rationis expertia, ſub quarto reliqua omnia quæ ratione & ſenſu carent. Alij vero, tria faciunt capita, vnum perſonarum, ſecundum factorum, tertiũ rerum: atque nos quidem hanc diſtributionem ſequemur. Rerum vero, quæ ſępius in laudem veniunt, hæ recenſentur, hominum ſtatus, virtutes, ſcientiæ, artes, regiones, vrbes, montes, prædia, horti, hęrbæ, plantæ, animalia, flumina, fontes, theatra, palatia, ſigna, conuiuia, tabulæ, & aliæ id genus res illuſtres.

Secunda poſitio, partes orationis encomiaſticæ, vt plurimum, ſunt quattuor, exordium, propoſitio, confirmatio, & epilogus: cõfutatio, quæ raro incidit, ad confirmationẽ reuocatur. Narratio vero, nulla eſt neceſſario adhibenda, niſi fortaſſe, cum facta laudanda ſumuntur.

Tertia poſitio, demonſtratiui generis exordia ſunt maxime libera, & varijs ex locis etiã remotis ſumi poſſunt; ita tamen extrinſecus ſumenda ſunt, vt aliquo pacto ad reliquam orationem accommodentur. Interdum licet non vti

exordio,

exordio, & ſatis erit inchoare ab aliqua illuſtri laude, vel ſententia. Quando exordio vtemur, breuiter ab aliqua perſona vel re captabitur beneuolentia & attentio. Plura qui de hac exordiendi ratione cognoſcere cupit, legat poſitionem tertiam, quartam, & quinctam diſputationis ſextæ, libro de Diſpoſitione Oratoria: nolo.n. hoc loco ea repetere, quæ alibi plene & plane explicata ſunt.

Quarta poſitio, cum in exornatione nulla ſit opus narratione, poſt exordium ponenda erit propoſitio & partitio, ſi res de qua agitur, eam expoſcat, ni poſita fuerit in exordio; cui narrationis loco, ſuccedere poſſet aliqua breuis procataſtaſis, hoc eſt, aditus quidam, & ingreſsus, ſiue præparatio breuis ad propoſitionem, confirmationemve; iuxta ea, quæ eodem libro nona diſputatione docuimus.

Quincta poſitio, confirmatio, quæ in hoc genere, eſt veluti perpetua cum amplificatione expoſitio, ſumenda eſt ex locis, qui ad commendandum & amplificandum vim habent, de quibus alibi diſputaui, & infra nonnullos ad certa rerum genera laudanda recenſebo: & ex quibus locis ſumitur laus, ex eiſdem vituperatio ſummenda erit. Ille autem in quacunque, etiã minima re laudanda latum ad dicendum campũ habebit, qui rerum adiuncta, & circunſtantias inueniet, ac diligenter perpendet.

ad laudandum, & vituperandum homines pertinẽt. Sed iam quæ hic occurrunt dicenda certis poſitionibus exponamus.

Prima poſitio, quæ ſub exornationis formã cadunt, ad quattuor capita vt etiam ſupra ſcripſimus, reuocantur, ſub quorum primo Deus & res diuinæ continentur, ſub ſecundo res intelligentia prędita, ſub tertio animalia rationis expertia, ſub quarto reliqua omnia quæ ratione & ſenſu carent. Alij vero, tria faciunt capita, vnum perſonarum, ſecundum factorum, tertiũ rerum: atque nos quidem hanc diſtributionem ſequemur. Rerum vero, quæ ſępius in laudem veniunt, hæ recenſentur, hominum ſtatus, virtutes, ſcientiæ, artes, regiones, vrbes, montes, prædia, horti, hęrbæ, plantæ, animalia, flumina, fontes, theatra, palatia, ſigna, conuiuia, tabulæ, & aliæ id genus res illuſtres.

Secunda poſitio, partes orationis encomiaſticæ, vt plurimum, ſunt quattuor, exordium, propoſitio, confirmatio, & epilogus: cõfutatio, quæ raro incidit, ad confirmationẽ reuocatur. Narratio vero, nulla eſt neceſſario adhibenda, niſi fortaſſe, cum facta laudanda ſumuntur.

Tertia poſitio, demonſtratiui generis exordia ſunt maxime libera, & varijs ex locis etiã remotis ſumi poſſunt; ita tamen extrinſecus ſumenda ſunt, vt aliquo pacto ad reliquam orationem accommodentur. Interdum licet non vti

exordio, & ſatis erit inchoare ab aliqua illuſtri laude, vel ſententia. Quando exordio vtemur, breuiter ab aliqua perſona vel re captabitur beneuolentia & attentio. Plura qui de hac exordiendi ratione cognoſcere cupit, legat poſitionem tertiam, quartam, & quinctam diſputationis ſextæ, libro de Diſpoſitione Oratoria: nolo.n. hoc loco ea repetere, quæ alibi plene & plane explicata ſunt.

Quarta poſitio, cum in exornatione nulla ſit opus narratione, poſt exordium ponenda erit propoſitio & partitio, ſi res de qua agitur, eam expoſcat, ni poſita fuerit in exordio; cui narrationis loco, ſuccedere poſſet aliqua breuis procataſtaſis, hoc eſt, aditus quidam, & ingreſsus, ſiue præparatio breuis ad propoſitionem, confirmationemve; iuxta ea, quæ eodem libro nona diſputatione docuimus.

Quincta poſitio, confirmatio, quæ in hoc genere, eſt veluti perpetua cum amplificatione expoſitio, ſumenda eſt ex locis, qui ad commendandum & amplificandum vim habent, de quibus alibi diſputaui, & infra nonnullos ad certa rerum genera laudanda recenſebo: & ex quibus locis ſumitur laus, ex eiſdem vituperatio ſummenda erit. Ille autem in quacunque, etiã minima re laudanda latum ad dicendum campũ habebit, qui rerum adiuncta, & circunſtantias inueniet, ac diligenter perpendet.

Sexta poſitio, epilogi & concluſiones in hoc genere erũt breuiores, quibus latius explicatæ laudes comprehendentur; cum aliquo animi motu, ad ea amanda, celebranda, vel conſequenda, quæ laudata fuere. Faciendus itaque erit aliquis motus, vel letitiæ, vel gratulationis, vel doloris, qui ſit rei de qua agitur accommodatus.

Septima poſitio; generis demonſtratiui communis tractandi ratio, & forma hæc eſt, vt oratio ſit quædam perpetua exornatio, & amplificatio, apparataque narratio, ad auditorum animos aliqua voluptate afficiendos accommodata. Conficitur autem, ait Cicero, hoc genus dictionis, narrandis, exponendiſque factis, ſine vllis argumentationibus, ad animi motus leniter tractandos magis, quàm ad fidem faciendam, aut confirmandam, accomodate. Is igitur qui perſonam, aut rẽ aliquam laudaturus eſt, inuentis ijs, vnde laus petenda eſt, eà ordine quodam recenſendo ita exornabit, et amplificabit, vt auditorum animos leniter afficiat, atque delectet. Ad quod faciendum digreſſiones accommodatas, comparationes, ſimilitudineſque adhibebit, quæ rem illuſtrare & exornare queant.

In Part.

In Part.

Octaua poſitio, genus dicendi in demonſtratione quale eſſe debeat, hæc docent Ciceronis verba, Et quoniam in his cauſſis omnis ratio fere ad voluptatem auditoris, & ad delectationẽ refertur, vtendum erit ijs in oratione ſingulo-

rum

rum verborum inſignibus, quæ habent plurimũ ſuauitatis; id eſt, ut factis verbis, aut vetuſtis, aut tranſlatis frequenter vtamur; & in ipſa conſtructione verborum, vt paria paribus, & ſimilia ſimilibus ſępe referantur, vt contraria, vt geminata, & circumſcripta numeroſe, non ad ſimilitudinem verſuum, ſed ad explendum aurium ſenſum, apto quaſi quodam verborum modo. Et alio loco, Ab hac & verborum copia alitur, & eorum conſtructio, & numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia concinnitati ſententiarum, & arguti, certique, & circumſcripti verborum ambitus conceduntur: de induſtria, non ex inſidijs, ſed aperte, ac palam elaboratur, vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant, vt crebro conferantur pugnantia, comparenturque contraria, & vt pariter extrema terminentur, eundemque referant in cadendo ſonum. In ſumma, hoc genus omnes flores, omnes lepores, & veneres, & ſchemata, atque ornamenta omnia admittit: ita vt omnia Iſocrateo, Theopompeoque more dicantur. Sit ergo laudatoria elocutio, in primis liberalis, iucunda, illuſtris, & omni gratia, atque elegantia veſtita, rebus tamen & perſonis accommodata. In ſingulis verbis delectant, vetuſta, facta, traſlata: in coniunctis, contraria, geminata, paria, ſimilia, & circumſcripta. Ex figuris, hæ magnam delectationem pro- In Orat.

ereant, admiratio, expectatio, agnitio, dicentis iudicium, ſiue epicriſis, improuiſus aduentus, præſignificatio, ſententiæ, comparationes, et cõmunes loci.

Nona poſitio, conuenienter & idoneę in hoc genus plene tractare volenti, præter ſingularē pingendæ orationis artem, neceſſaria eſt multa variaque doctrina, qua rerum naturas, proprietates, effectuſque perſonarum ſtatus & munera, virtutumque omnium ac vitiorum, artium & ſcientiarum vim, & denique factorum dignitatem, vtilitatem, atque neceſſitatem, & in ſumma omnium quæ dicit attributiones, ex quibus potiſſimum augentur laudes cognoſcat. Huc facit, quod apud Ciceronem ait Antonius, Oratori virtutum omniumc cognitionem, ſine qua laudatio effici non poteſt, eſſe neceſſariam.

Libro 3. Orat.

Decima poſitio, in laudando ea adhibenda eſt cura, ne id aſſumamus pro laude, quod eſt uituperatione dignum, et contra: ne leuia, & quę nullam dignitatem, admirationemq; nullam habent proſequamur, & enucleemus; ſed maiora & illuſtriora, ſumenda erunt: quæ autem minus illuſtria ſunt, per enumerationē leuiter attingi poterunt. Quod, ſi quid in re, vel perſona factoque erit vituperatione dignum, quod præteriri, ſine culpa non poterit, id, vel excuſandū erit, vel ad virtutem, pulchritudinemve, quæ cum aliquam ſimilitudinem habeat, flectendum

erit, ſi temeritas ad fortitudinem reuocetur, auaritia ad frugalitatem, & ſi neuum in facie gratiam quandam addere dicatur. Contra, ſi vituperabis, quod virtutis ſpeciem habet, ad vitiũ flectendum erit. Si itaque quippiam in perſona in facto, vel in re erit, quod vituperari poſſit, id apologia defendendum, aut excuſandum, vel, omiſſione, & cita expeditione prætereundum erit.

Amb. apud Io. Dauid.

Quod autem dicebam, de cura adhibenda, ne vitia pro virtutibus ſumamus, his verbis docte & eleganter monuit Tullius, cernenda autem ſunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam, & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernendis, & magnitudinẽ animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatẽ effuſio, & fortitudinem audacia imitatur: & patientiam duritia immanis, & iuſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam diſputandi prudentiã, concertatio captioque verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.

In Part.

Vndecima poſitio, ei qui in hoc genere verſatur, cum perſonas, vel facta laudat, cauendũ eſt, ne quid per adulationem dicat, ne qua animi perturbatione motus, plus æquo aliquem

erant, admiratio, expectatio, agnitio, dicentis iudicium, ſiue epicriſis, improuiſus aduentus, præſignificatio, ſententiæ, comparationes, et cõmunes loci.

Nona poſitio, conuenienter & idoneę in hoc genus plene tractare volenti, præter ſingularẽ pingendæ orationis artem, neceſſaria eſt multa, variaque doctrina, qua rerum naturas, proprietates, effectuſque perſonarum ſtatus & munera, virtutumque omnium ac vitiorum, artium & ſcientiarum vim, & denique factorum dignitatem, vtilitatem, atque neceſſitatem, & in ſumma omnium quæ dicit attributiones, ex quibus potiſſimum augentur laudes cognoſcat. Huc facit, quod apud Ciceronem ait Antonius, Oratori virtutum omniumc cognitionem, ſine qua laudatio effici non poteſt, eſſe neceſſariam.

Libro 3. Orat.

Decima poſitio, in laudando ea adhibenda eſt cura, ne id aſſumamus pro laude, quod eſt uituperatione dignum, et contra: ne leuia, & quę nullam dignitatem, admirationemq; nullam habent proſequamur, & enucleemus; ſed maiora & illuſtriora, ſumenda erunt: quæ autem minus illuſtria ſunt, per enumerationẽ leuiter attingi poterunt. Quod, ſi quid in re, vel perſona factoque erit vituperatione dignum, quod præteriri, ſine culpa non poterit, id, vel excuſandũ erit, vel ad virtutem, pulchritudinemve, quacum aliquam ſimilitudinem habeat, flectendum

erit, ſi temeritas ad fortitudinem reuocetur, auaritia ad frugalitatem, & ſi neuum in facie gratiam quandam addere dicatur. Contra, ſi vituperabis, quod virtutis ſpeciem habet, ad vitiū flectendum erit. Si itaque quippiam in perſona in facto, vel in re erit, quod vituperari poſſit, id apologia defendendum, aut excuſandum, vel, omiſſione, & cita expeditione prætereundum erit. Amb. apd Io. Dauid.

Quod autem dicebam, de cura adhibenda, ne vitia pro virtutibus ſumamus, his verbis docte & eleganter monuit Tullius, cernenda autem ſunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam, & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernendis, & magnitudinē animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatē effuſio, & fortitudinem audacia imitatur: & patientiam duritia immanis, & iuſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam diſputandi prudentiā, concertatio captioque verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. In Part.

Vndecima poſitio, ei qui in hoc genere verſatur, cum perſonas, vel facta laudat, cauendū eſt, ne quid per adulationem dicat, ne qua animi perturbatione motus, plus æquo aliquem

attollat, aut deprimat; cùm immoderata laudatio poſſit & eorum qui audiunt, & eius qui laudatur animum offendere, præſertim hominis ingenui, & de ſe modeſte ſentientis. Huc facit illud, quod aliquãdo præclare dixit Publianus.

Publian. Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.

Quantum hac in re ab omnibus, qui in hoc genere verſantur peccetur, nihil attinet dicere. At quis eſt adeo ſtultus, aut tã ſui amator, qui cum ſtomacho non audiat ea ſibi tribui, quibus omnino caret? non ne potius ſe irrideri, quam laudari putabit? vt ſi baiulum appellares Dominum, Irum prædiuitem, & hominem analphabeton literatiſſimum. Vera igitur & iuſta ſit laudatio, quæ etſi aliquo pacto excedet; non tamen fidem & opinionem ſuperet: vt omnis tollatur aſſentationis ſuſpicio, quæ a prudenti Oratore debet eſſe aliena, ne potius adulator, quam laudator videatur: qui illius meminiſſe debet, quod aliquando docuit Flaccus,

Horat. Quem cui commendes etiam atq; etiã aſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Quod ſi in laudando non parua adhibenda eſt cura, multo magis in vituperando: in quo eo facilior eſt offenſio, quod vitia & errata ſemper vel maiora, vel minora eſſe putantur: et vt hominibus nihil gratius eſt, quam ſuas laudes audire

audire ita nihil magis ingratum, quã ſibi quicquam de ſua æſtimatione minui, ne dum vituperari. Tandem, vt huic diſputationi ſit finis, neq; enim neceſſe eſt omnia perſequi, quæ quiſque per ſe videre poterit, illud adnotauerim, in laudãdo plurimi referre animaduertere, quæ probentur, & magni fiant ab ijs, apud quos habetur laus, vt ſi quiſpiam olim apud Athenienſes literarũ ſtudia, apud Spartanos arma, apud veteres Romanos frugalitatem laudaſſet: quandoquidem illi, quorum geſtis quaſi quibuſdã ſtellis omnes micant hiſtoriæ, nullum maius crimen putarunt, quam delicioſos & immodicos ſumptus; quos tamen ex Aſia, non ſine maximo illius celebratiſſimę Reip. detrimento, aliquando deportarunt; vt vere quidam dicere potuerit, Aſia victa, nos vicit. Atque de laudandi ratione hæc vniuerſe dixiſſe ſufficiat.

Ariſt. libr. 1.

Plin. 2.

Ex quibus locis perſonarum laudes ſumendæ ſint. Diſput. VII.

Longum ſane facerem, ſi per ſingularũ perſonarum genera quæ interdũ laudari poſſunt diſcurrendo, priuatos laudationis locos vellem exponere. Dicam igitur, vt ars ipſa poſtulat, vniuerſe, & fontes ipſos indicabo, vnde omnem copiam ad Deum, ad homines, & hominum principes celebrandos haurire licet.

Quod igitur ad laudes Dei Opt. Max. attinet, qui ideo hunc lucentem mundum fabricauit, vt per rerum creatarum magnitudinem atque præſtantiam ab homine, quemad ſui ſimilitudinem finxit, cognitus, perpetuis laudibus ornaretur, quamuis & nobis, non modo pro dignitate celebrari, ſed nec cognoſci, aut nominari quidem poſſit: tamen quando, quod poſſumus laudis tribuere, id ipſe a nobis requirit, & ad hoc munus præſtandum innumera ab eo accepta beneficia nos penitus commouent, vt poſſumus grati animi cauſſa, perpetuo eius laudes celebrare debemus. Qui autem in hoc ſupremo laudationis genere verſari voluerit, ne quid dicendo erret, non debet eſſe rerum diuinarum ignarus; cum non poſſit non peruerſe dicere is, qui rem de qua dicit, ignorat: vt hic omittam vitę integritatem; ne dum impuris labijs diuinam maieſtatem laudare contendit, iuſtam illam reprehenſionem exaudiat, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Qui non erit, vt oportet, in ſacra doctrina verſatus, is diuinas literas conſulat, quæ innumeris in locis mirifice immortalem Deum celebrant: ac etiã antiquos & eloquentes patres, qui varijs ſermonibus Deum Trinum & vnum docte, eleganterque laudarunt: quorum ego multa illuſtria loca citare poſſem, ſed hac in re immorari nolo; ſiquis voluerit, eos legat auctores, quos ſexto

Cic. lib.3 Orat.

Pſal.49.

libro

libro Introductionis in ſacram Theologiam citaui. Et vt vnum qui ſit loco omnium afferam, legendi ſunt duodecim libelli quos de gratia docte, pie, & eleganter Franco Abbas nobis ſcriptos reliquit.

Quod autem ad rationem laudandi attinet, Deum laudaturus; hos ſibi locos proponat, naturam ipſam diuinam, quam melius per negationem, quam per affirmationem vtcunque deſcribet: immenſa & infinita eius attributa, vt bonitatem, perfectionem, ſimplicitatem, æternitatem, ſcientiam, prouidentiam, iuſtitiam, amorem, & alia: eiuſdẽ opera, & actiones, vt ſunt diuinarum perſonarum ab vnica natura emanatio, mundi fabricatio, eiuſdem conſeruatio, gubernatio, atque humanæ naturæ per eiuſdem naturæ aſſumptionem inſtauratio: quæ ſingula capita, multas habent ſub ſe partes, multa adiuncta, in quibus explicandis fuſe lateque excurreret oratio. Vt ſi quis in mundi molitione verſari vellet, vbi a rerum multitudine, varietate, magnitudine, pulchritudine, mirabilique conſenſione, & ordine tantæ fabricæ molitorẽ laudaret. Exordium ſumi poterit, a rei magnitudine, a noſtra imbecillitate, & a tempore, vel die in quo habetur oratio. Hæc celebratio, eum habebit finem, eamque concluſionem, vt auditores, ad cognitionem, amorem, laudeſque æterni numinis commoueantur. Olim ſtulti Alienige-

næ ſuos Deos ex his potiſſimum capitibus laudarunt. A naturæ vi, atque maieſtate: à propria cuiuſque functione & munere; nec enim vnus poterat omnia, & idcirco adminiſtrandarum rerum officia inter ſe diſtribuerant: ideo apud Aen. 1. *Virgilium Neptunus;*

Non illi imperium pelagi ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

A rerum geſtarum atque inuentarum commemoratione: A genere, ſiue genealogia: erant enim Dij, alij maiores, alij minores: Ab antiquitate: naſcebantur nanque, immo pro hominũ voluntate fiebant: Denique à prolis fœcunditate. Quæ laudes & hymni vani erant, vt ij quibus tribuebantur: plura qui cupit, Menandrum legat. Lib. 1. ca. 2. & ſeq.

Si quis æternas illas mentes cœleſtesque ſpiritus, quos Angelos vocamus, laudare vellet: duo præcipue capita attingere poſſet, eorũ præſtantem naturã a materiæ concretione remotã, & ab interitu alienam, atque præſtantiſſimas functiones, quas ſummo principi aſſiſtentes, & eius iuſſa facientes, ipſumque perpetuo laudantes exercent, ac etiam officia, quibus in rerum caducarum adminiſtratione, & præſertim in noſtra natura curanda funguntur. Hi enim ſunt eudæmones & lares, illi quos Ethnicorum agnouit Theologia. Sed iã de hominũ laude dicamus. Pſal. 103.

Qui hominem laudare voluerit, is vno ex ijs methodis, quas ſubijciam ſuam orationem pote rit diſponere. Exép. pe te a Macrop.

Prima, ſi naturalem temporum ordinem ſeruabit; quę maximam ſuppeditat rerum copiam, iuuatque memoriam. De ijs itaque primo loco dicet, qui ante vitam conſiderantur: deinde de ijs quæ in natiuitate, & in tota vita: poſtremo de ijs, quæ in morte, & poſt mortem, cum fuerit vita functus is, quem laudat. In quibus tractandis, exempla, ſimilia, comparationes, loci communes, auctoritateſque afferendæ erunt. Hanc methodum fere ſeruant hiſtorici, & qui hominum vitas panegyricoſue ſcribunt: & interdũ Oratores ex parte. Cic. in Ver. In Piſon.

Secunda, ſi per ætatum gradus diſcurrat, dicendo quid in pueritia, quid in iuuenili, quid in virili, quid in matura ætate egerit: quædam attingendo virtutum capita, quæ in ſingulis laudantur ætatibus. Aut certe quaſdam attingendo præcipuas virtutes, aut res geſtas, quæ in eo reperiuntur, quem laudandum ſuſcepimus, vt fecit Cicero in Pompeiana; vbi a quattuor virtutibus militaribus laudat Pompeium; ſingulas de nouo proponendo, & confirmando.

Tertia, ſi per tria bonorum genera, quę ſunt, animi, corporis, & fortunæ, fiat progreſſus: ex quibus præcipua & magis illuſtria ſumenda erunt.

Quarta, ſi a minoribus ad maiora cum eſt amplificandum, progredietur; vt ſi prius de rebus geſtis in ſingulos, tum in remp. tum in Deum diceret: vel cum eſt opus extenuatione, a maioribus ad minora delaberetur.

Phil. 2. *Poſtrema, cũ æquabili quadam varitate permiſcentur parua magnis, læta triſtibus, obſcura dilucidis, incredibilia probabilibus, & grauia leuibus. In ſumma igitur, aut temporũ, aut ætatum, aut bonorum, aut virtutum, maiorum, minorumque ſeruatur ordo, aut horum varietate intexitur oratio. Verum qui breuiorem eſt habiturus orationem, vt qui adhuc hominem viuentem coram laudaret, vnam aliquam, aut pauciores & ad finem propoſitum accommodatas virtutes, aut res geſtas ſumeret: vt in oratione pro M. Marcello fecit Tullius.*

Quod attinet ad locos, ex quibus hominum laudes ſumendæ ſunt, legendus eſt ſecundus de Inuentione liber, vbi diligenter omnes numerauimus, expoſuimus, & exemplis illuſtrauimus, hic ſolum breuiter attingentur. Cum itaque omnis laus a bono ſumenda ſit, tria bonorum genera percurrendo, quæ ſunt, fortunæ, corporis, & animi, præcipuas eorum partes recenſebimus. In fortunæ bonis ante vitam, numeratur, natio,
Parth. c. 33. *patria, maiores, parentes, quorum res geſtæ attinguntur, ac etiam præſagitiones, & prodigia. Videndum itaque eſt an is quem laudamus, ex*

nobili,

nobili, aut obſcuro genere ſit natus: Si ex nobili, dicendum erit ſuis maioribus reſpondiſſe; familiæ ſplendorem illuſtraſſe, auxiſſe, & per comparationem, ſuos maiores ſuperaſſe. Si ex obſcuro, hinc illa laus ducetur, quod nõ ab alijs ſplendorem acceperit, ſed ipſe nobilitatem ſuis poſteris dederit, aliiſque præluxerit. Fortunæ bona, in vita, hæc fere ſunt: educatio, opes, potentia, clientelæ, amici, propinqui, gratia, auctoritas, delati honores, dignitatis gradus, proſpera fortuna. Poſt mortem, funeralis pompa, publicus mœror, inſtituta opera, monumenta, fama, liberi, relicta de ſe opinio, & ſi quæ ſunt alia huc pertinentia. Et quoniam laus quæ ex hoc rerum genere ſumitur in vſu ſpectatur, ideo de eo, qui his bonis abundauerit dicendum erit, honeſte vſum fuiſſe, non ad luxum, non ad ſuperbiam, ſed in ſuam, & aliorum vtilitatem, Deiq; gloriam. Si vero his bonis caruerit, quo animo tuliſſe, parui iſta feciſſe; cũ rem augere, vt apud Tullium ait Craſſus, non ſit nobilitatis. In ſecundo bonorum genere hæc fere numerãtur, bonus corporis habitus, forma, ſtatura, valetudo, vires, agilitas, velocitas, & ſi quid ſingulare in aliqua corporis parte fuerit. In his etiam notandus erit honeſtus vſus, vt paullo ante de bonis fortunæ diximus. Quod attinet ad animi bona a quibus maior & ſolidior ſumitur laus, hæc partim ſunt a natura inſita; vt ingenij perſpicacitas,

Cic. Ora. in Sallu.

Phil. 14.

Fab. li. 5. c. 7.

Lib. 2. Ora.

Hier. in epith. Nepotiani.

Parrh. c. 33.

tas, celeres intelligentiæ motus, memoriæ firmitudo, & ad animi ſenſa explicanda facilitas: partim vero ſtudio & diligentia acquiſita, vt ſunt omnes artium & ſcientiarum habitus. Quorum alij cognoſcendi vim, alij appetendi facultatem perficiunt: illi artes & ſcientias continent, hi virtutes: illi ad recte efficiendum cognoſcendumque referuntur, hi ad bene beateq; viuendum. Atque hic latiſſimus ſeſe offert ad Cic. in Part. *laudandum campus, ab omnibus artibus & præſertim liberalibus; vt ſunt ars militaris, muſica, pictura, artes quæ in ſermone verſantur, Grammatica, Poetica, Rhetorica: & aliæ: & ab omnibus ſcientijs, tum humanis, tum diuinis, de quarum ſingulis quæ dicta fuerint, de eo dici poterunt, qui in eas operam nauauerit: & denique ab omnibus virtutibus morum; vt* Cic. in Part. lib. 2. de inu. *ſunt iuſtitia, fortitudo, temperentia, prudentia, & quæ ſub his continentur partes; quas libro de Inuentione ſecundo numerauimus & expoſuimus. Huc reuocares ſtudia, quibus delectatus* Cic. in li. offic. *eſt is, quem laudibus ornamus. Et quoniam omnis virtutis laus in actione conſiſtit, quæ cum virtute egerit, ea explicanda ſunt, eo modo quē infra de laude factorum: agendo demonſtrabo. Deinde, inquit Cicero, eſt ad facta veniendum; quorum collocatio triplex eſt: aut. n. temporum ſeruandus eſt ordo; aut in primis recentiſſimum quodque dicendum, aut multa & varia facta*

in propria virtutum genera ſunt dirigenda.

Quod ſi quiſpiam virum Chriſtianum, ſiue hominem vita functum, ac etiam in diuos relatum laudare vellet, multos alios habebit locos, quos, libro ſecundo de Inuentione, quod hactenus nemo fecit, numerauimus & expoſuimus: hic ſolum breuiter attingam. Sunt ergo iſti, tres virtutes, quas vocant Theologales, Fides, ſpes, caritas; quibus adde habitum gratiæ, cuius participatione homo diuinus euadit: Fit enim homo per gratiam diuinæ naturę conſors, vt Petrus ait: Septem Spiritus ſancti chariſmata: gratiæ, quas vocant, gratis datæ: miraculorum patrandorum facultas, linguarum cognitio, & alia. Huc etiam pertinent, octo beatitudines, quas noſtræ ſalutis Recuperator recenſuit, & duodecim Spiritus ſancti fructus a Paulo numeratio. Duci etiam poterit laus ab ęterna felicitate qua perfruitur. Denique, qui hominem Chriſtianum laudare voluerit, eos conſulat locos quos in Centuria de viro Iuſto nos tractauimus, vbi ni verborum elegantiam, ſaltem rerum copiam inueniet. Lege lib. 2. de Inu. Pſal. 149.

Placet hoc loco aliquid adſcribere de oratione funebri, de qua Menander libro ſecundo capite nono. Antiqua conſuetudine, vſurpatum eſt, vt virorum rerum geſtarum & virtutum gloriam illuſtrium ſigna, & imagines, vel domi, vel in foro erigerentur: tum ad eorum perpetuã

celebra-

celebrationem, tum ad poſteritatem ad eos imitandos incendendam. Quod ſi aliquorum præclara facinora hoc rerum genere non poterant exprimere, id publica oratione quam ad tumulos habebant, efficere conabantur. Hæc oratio à Græcis epitaphium, & epicedium dicitur: ſed illud antequam iuſta fierent; hoc ad tumulum habebatur: verum hoc ſemel habetur, illud etiã quolibet anno. Funebris itaque oratio ea dicitur quæ in funere alicuius habetur: In hac oratione Plato primum laudes defunctorum afferri præcipit: deinde moneri viuentes officij: poſteà filios & coniunctos ad virtutis æmulationem excitari: denique conſolationem adhiberi parentum, vxorum, & eorum quos dolore affectos viderimus. Continebit itaque hæc oratio laudationem cum iacturæ luctuſque ſignificatione, hortationem, & conſolationem; quæ ſumi poterit, a genere vitæ, & mortis, a meliori vita ad quam profectus eſt, a re aliqua, vnde iactura ſarciri poterit. Quare funebris dictio partim demonſtrationis, partim deliberationis locis conficitur. Hic licebit excurrere in locos cõmunes, agendo de huius vitæ miſeria, de bono mortis, de immortalitate, & de beata vita. In genere dicendi, illud cauendum erit, in quo quidam pueriliter errant, ne oratio ſit multum florida & vernans; pullatis itaque veſtibus, non auratis ad tumulum veniat funebris oratio.

Ambroſ. Orat. in funere Theodoſij & Valentiniani Greg. Nazianz. in funere Baſ. & Athanas.

Exordio,

Exordio, vtatur leni mœſto, & pene attonito, ſumpto ex ſignis publici mœroris, vel a conſuetudine, alioque communi loco ad rem accommodato: clauſula, vt diximus, ſit hortatoria & conſolatoria, adhibita precatione, pro eo, qui eſt vita functus exemplum apud Ciceronem habes ad finem decimæ quartæ Philippicæ, & initio tertij ſermonis de Oratore: & apud Demoſthenē, qui Athenięſes a Philippo extinctos laudauit. Extat etiam apud Dionem M. Antonij oratio in funere C. Cęſaris.

Denique, vt huic diſputationi ſit finis, addā aliquid de laude principum hominū, qui ſępius laudari ſolent. In Principe igitur, & Imperatore, Præſideve, & publica perſona laudanda, vt vniuerſe multos complectar, priuatim ſpectandæ ſunt virtutes illæ, quæ ad harum perſonarum munera exercenda ſunt omnino neceſſariæ, vt iuſtitia, clementia, munificentia, vigilantia, tollerantia, religio, a qua Virgilius præcipue laudauit Aeneam: qua ratione Tullius in Maniliana Imperatorias virtutes commendauit in Pompeio. Exaggeranda itaque erunt, quę iuſte, quæ fortiter, quæ religioſe, quæ liberaliter pro ratione ſuſcepti muneris egerit, in ſingulos, in omnes, in Deum: quæ omnia ſimilibus, exemplis, & collationibus illuſtranda erunt: conferendo cum viris, aliqua ex his virtutibus illuſtribus, vt Cęſar clemētia, Aeneas pietate,

Ariſtides iuſtitia, Themiſtocles pru
peius felicitate, Epaminōdas fortit
hamus obedientia, Ioſephus caſtita
patientia. Quid pro diſcordijs tollen
concilianda, pro artibus conſeruand
muni bono augendo, & pro legibus
Quæ ſtatuerit decreta, quæ reſarci
ria, quæ de nouo extruenda curaue
caritate ſubditos amauerit, audiuer
& pro annonæ copia laborauerit. T
ſtudia, & voluntas, deque eodem i
moſtrandum erit. Et denique ex co
perſonarum locis illi attingendi ſunt,
illuſtres videbuntur. Quod ſi fortaſſe habenda eſſet oratio, ad eum, qui ad publicum munus, ſiue magiſtratum ſuſcipiendum accederet, ſumi poſſet exordium a communi lętitia, a rei neceſſitate, & opportunitate, ad mores corrigendos, ad diſcordias tollendas, ad bonos fouendos, religionemque propagandam. Hic de eius fama, ſcientia, rerum agendarum notitia, alijſque adminiſtrationibus, quibus eſſet pręclare functus: De totius populi expectatione d, ſpe optimi regiminis, demonſtrando in eo eſſe oīa, quæ in bono præſide ſunt neceſſaria; vbi vno & eodem tempore laudabitur, & ſui muneris monebitur. Denique auditores ad orandum Deum pro eius incolumitate felicique adminiſtratione excitandi erunt. Et vt aliquando finiam, cum artis non ſit

ſingula demonſtrare, qui locos communes nouerit, & adiuncta perſonæ, loci, & temporis, ſpectauerit, ſemper habebit latum in hoc genere ad dicendum campum. Sed iam quo artificio facta laudanda ſint breuiter doceamus.

De factorum laudatione. Diſp. VIII.

QVoniam facta ſępenumero ſeorſim a perſonis laudari, aut vituperari ſolent, vt factum ſcæuolæ, Horatij Machabęorum, Chriſti pro noſtra ſalute perpeſſio; quæ etiam locos quoſdam a laude perſonarum diuerſos habent, ideo priuatim de eis aliquid dicendum duximus.

Quod attinet ad exordium, ex communibus locis alias numeratis ſumi poterit; a rei magnitudine, nouitate, vtilitate, noſtro ſtudio, &c.

Narratio nulla erit, ſi factum ſit notum: ſi ignotũ, breuiter attingetur per capita, quæ dein de exornanda ſunt: Vnde etiam naſcetur propoſitio, ſiue partitio: quæ fieri poterit per comparationem præferendo, quod laudamus aliis. Excmp. pete a Macrop.

Confirmatio ex illis locis petenda erit, qui generi inſeruiunt deliberatiuo; vt ſunt, honeſtũ, vtile, iucundum, poſſibile. Honeſtum dicitur id quod ſua vi atque natura laudabile eſt, propterque ſe expetẽdum; id nimirum, quod cum virtute, & ex virtute fit: cui ſubijciuntur omnes virtutis partes alibi numeratæ, & expoſitæ; iuſti- Lib. 2. de Inu Ora.

Quod igitur ad laudes Dei Opt. Max. attinet, qui ideo hunc lucentem mundum fabricauit, vt per rerum creatarum magnitudinem atque præſtantiam ab homine, quem ad ſui ſimilitudinem finxit, cognitus, perpetuis laudibus ornaretur, quamuis & nobis, non modo pro dignitate celebrari, ſed nec cognoſci, aut nominari quidem poſſit: tamen quando, quod poſſumus laudis tribuere, id ipſe a nobis requirit, & ad hoc munus præſtandum innumera ab eo accepta beneficia nos penitus commouent, vt poſſumus grati animi cauſſa, perpetuo eius laudes celebrare debemus. Qui autem in hoc ſupremo laudationis genere verſari voluerit, ne quid dicendo erret, non debet eſſe rerum diuinarum ignarus; cum non poſſit non peruerſe dicere is, qui rem de qua dicit, ignorat: vt hic omittam vitę integritatem; ne dum impuris labijs diuinam maieſtatem laudare contendit, iuſtam illam reprehenſionem exaudiat, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Qui non erit, vt oportet, in ſacra doctrina verſatus, is diuinas literas conſulat, quæ innumeris in locis mirifice immortalem Deum celebrant: ac etiā antiquos & eloquentes patres, qui varijs ſermonibus Deum Trinum & vnum docte, eleganterque laudarunt: quorum ego multa illuſtria loca citare poſſem, ſed hac in re immorari nolo; ſiquis voluerit, eos legat auctor, s, quos ſexto

Cic. lib. 3 Orat.

Pſal. 49.

libro

libro Introductionis in ſacram Theologiam citaui. Et vt vnum qui ſit loco omnium afferam, legendi ſunt duodecim libelli quos de gratia docte, pie, & eleganter Franco Abbas nobis ſcriptos reliquit.

Quod autem ad rationem laudandi attinet, Deum laudaturus, hos ſibi locos proponat, naturam ipſam diuinam, quam melius per negationem, quam per affirmationem vtcunque deſcribet: immenſa & infinita eius attributa, vt bonitatem, perfectionem, ſimplicitatem, æternitatem, ſcientiam, prouidentiam, iuſtitiam, amorem, & alia: eiuſdẽ opera, & actiones, vt ſunt diuinarum perſonarum ab vnica natura emanatio, mundi fabricatio, eiuſdem conſeruatio, gubernatio, atque humanæ naturæ per eiuſdem naturæ aſſumptionem inſtauratio: quæ ſingula capita, multas habent ſub ſe partes, multa adiuncta, in quibus explicandis fuſe lateque excurreret oratio. Vt ſi quis in mundi molitione verſari vellet, vbi a rerum multitudine, varietate, magnitudine, pulchritudine, mirabilique conſenſione, & ordine tantæ fabricæ molitorẽ laudaret. Exordium ſumi poterit, a rei magnitudine, a noſtra imbecillitate, & a tempore, vel die in quo habetur oratio. Hæc celebratio, eum habebit finem, eamque concluſionem, vt auditores, ad cognitionem, amorem, laudeſque æterni numinis commoueantur. Olim ſtulti Alienige-

næ

næ ſuos Deos ex his potiſſimum capitibus laudarunt. A naturæ vi, atque maieſtate: à propria cuiuſque functione & munere; nec enim vnus poterat omnia, & idcirco adminiſtrandarum rerum officia inter ſe diſtribuerant: ideo apud
Aen.1. *Virgilium Neptunus;*

Non illi imperium pelagi ſęuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

A rerum geſtarum atque inuentarum commemoratione: A genere, ſiue genealogia: erant enim Dij, alij maiores, alij minores: Ab antiquitate: naſcebantur nanque, immo pro hominũ voluntate fiebant: Denique à prolis fœcunditate. Quæ laudes & hymni vani erant, vt ij quibus tribuebantur: plura qui cupit, Menandrum legat. Lib.1. ca. 2. & ſeq.

Si quis æternas illas mentes cœleſtesque ſpiritus, quos Angelos vocamus, laudare vellet: duo præcipue capita attingere poſſet, eorũ præſtantem naturã a materiæ concretione remotã, & ab interitu alienam, atque præſtantiſſimas functiones, quas ſummo principi aſſiſtentes, & eius iuſſa facientes, ipſumque perpetuc laudantes exercent, ac etiam officia, quibus in rerum caducarum adminiſtratione, & præſertim in noſtra natura curanda funguntur. Hi enim ſunt eudæmones & lares, illi quos Ethnicorum agnouit Theologia. Sed iã de hominũ laude dicamus. Pſal.103.

Qui hominem laudare voluerit, is vno ex ijs methodis, quas ſubijciam ſuam orationem pote rit diſponere. Exẽp. pe te a Macrop.

Prima, ſi naturalem temporum ordinem ſeruabit; quę maximam ſuppeditat rerum copiam, iuuatque memoriam. De ijs itaque primo loco dicet, qui ante vitam conſiderantur: deinde de ijs quæ in natiuitate, & in tota vita: poſtremo de ijs, quæ in morte, & poſt mortem, cum fuerit vita functus is, quem laudat. In quibus tractandis, exempla, ſimilia, comparationes, loci communes, auctoritateſque afferendæ erunt. Hanc methodum fere ſeruant hiſtorici, & qui hominum vitas panegyricoſue ſcribunt: & interdũ Oratores ex parte. Cic. in Ver. In Piſon.

Secunda, ſi per ætatum gradus diſcurrat, dicendo quid in pueritia, quid in iuuenili, quid in virili, quid in matura ætate egerit: quædam attingendo virtutum capita, quæ in ſingulis laudantur ætatibus. Aut certe quaſdam attingendo præcipuas virtutes, aut res geſtas, quæ in eo reperiuntur, quem laudandum ſuſcepimus, vt fecit Cicero in Pompeiana; vbi a quattuor vir tutibus militaribus laudat Pompeium; ſingulas de nouo proponendo, & confirmando.

Tertia, ſi per tria bonorum genera, quę ſunt, animi, corporis, & fortunæ, fiat progreſſus: ex quibus præcipua & magis illuſtria ſumenda erunt.

Quarta,

næ ſuos Deos ex his potiſſimum capitibus laudarunt. A naturæ vi, atque maieſtate: à propria cuiuſque functione & munere; nec enim vnus poterat omnia, & idcirco adminiſtrandarum rerum officia inter ſe diſtribuerant: ideo apud
Aen.1. *Virgilium Neptunus;*

Non illi imperium pelagi ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

A rerum geſtarum atque inuentarum commemoratione: A genere, ſiue genealogia: erant enim Dij, alij maiores, alij minores: Ab antiquitate: naſcebantur nanque, immo pro hominũ voluntate fiebant: Denique à prolis fœcunditate. Quæ laudes & hymni vani erant, vt ij quibus tribuebantur: plura qui cupit, Menandrum legat. Lib.1.c2. 2.& ſeq.

Si quis æternas illas mentes cœleſtesque ſpiritus, quos Angelos vocamus, laudare vellet: duo præcipue capita attingere poſſet, eorũ præſtantem naturã a materiæ concretione remotã, & ab interitu alienam, atque præſtantiſſimas functiones, quas ſummo principi aſſiſtentes, & eius iuſſa facientes, ipſumque perpetuc laudantes exercent, ac etiam officia, quibus in rerum caducarum adminiſtratione, & præſertim in noſtra natura curanda funguntur. Hi enim ſunt eudæmones & lares, illi quos Ethnicorum agnouit Theologia. Sed iã de hominũ laude dicamus. Pſal.103.

Qui hominem laudare voluerit, is vno ex ijs methodis, quas ſubijciam ſuam orationem poterit diſponere. Exẽp. pete a Macrop.

Prima, ſi naturalem temporum ordinem ſeruabit; quę maximam ſuppeditat rerum copiam, iuuatque memoriam. De ijs itaque primo loco dicet, qui ante vitam conſiderantur: deinde de ijs quæ in natiuitate, & in tota vita: poſtremo de ijs, quæ in morte, & poſt mortem, cum fuerit vita functus is, quem laudat. In quibus tractandis, exempla, ſimilia, comparationes, loci communes, auctoritateſque afferendæ erunt. Hanc methodum fere ſeruant hiſtorici, & qui hominum vitas panegyricoſue ſcribunt: & interdũ Oratores ex parte. Cic. in Ver. In Piſon.

Secunda, ſi per ætatum gradus diſcurrat, dicendo quid in pueritia, quid in iuuenili, quid in virili, quid in matura ætate egerit: quædam attingendo virtutum capita, quæ in ſingulis laudantur ætatibus. Aut certe quaſdam attingendo præcipuas virtutes, aut res geſtas, quæ in eo reperiuntur, quem laudandum ſuſcepimus, vt fecit Cicero in Pompeiana; vbi a quattuor virtutibus militaribus laudat Pompeium; ſingulas de nouo proponendo, & confirmando.

Tertia, ſi per tria bonorum genera, quę ſunt, animi, corporis, & fortunæ, fiat progreſſus: ex quibus præcipua & magis illuſtria ſumenda erunt.

Quarta, ſi a minoribus ad maiora cum eſt amplificandum, progredietur; vt ſi prius de rebus geſtis in ſingulos, tum in remp. tum in Deum diceret: vel cum eſt opus extenuatione, a maioribus ad minora delaberetur.

Phil. 2. *Poſtrema, cũ æquabili quadam varitate per miſcentur parua magnis, læta triſtibus, obſcura dilucidis, incredibilia probabilibus, & grauia leuibus. In ſumma igitur, aut temporũ, aut ætatum, aut bonorum, aut virtutum, maiorum, minorumque ſeruatur ordo, aut horum varietate intexitur oratio. Verum qui breuiorem eſt habiturus orationem, vt qui adhuc hominem viuentem coram laudaret, vnam aliquam, aut pauciores & ad finem propoſitum accommodatas virtutes, aut res geſtas ſumeret: vt in oratione pro M. Marcello fecit Tullius.*

Quod attinet ad locos, ex quibus hominum laudes ſumendæ ſunt, legendus eſt ſecundus de Inuentione liber, vbi diligenter omnes numerauimus, expoſuimus, & exemplis illuſtrauimus, hic ſolum breuiter attingentur. Cum itaque omnis locus a bono ſumenda ſit, tria bonorum genera percurrendo, quæ ſunt, fortunæ, corporis, & animi, præcipuas eorum partes recenſebimus. Parrh. c.33. *In fortunæ bonis ante vitam, numeratur, natio, patria, maiores, parentes, quorum res geſtæ attinguntur, ac etiam præſagitiones, & prodigia. Videndum itaque eſt an is quem laudamus, ex nobili,*

nobili, aut obſcuro genere ſit natus: Si ex nobili, dicendum erit ſuis maioribus reſpondiſſe; familiæ ſplendorem illuſtraſſe, auxiſſe, & per comparationem, ſuos maiores ſuperaſſe. Si ex obſcuro, hinc illa laus ducetur, quod nõ ab alijs ſplendorem acceperit, ſed ipſe nobilitatem ſuis poſteris dederit, alijſque præluxerit. Fortunæ bona, in vita, hæc fere ſunt: educatio, opes, potentia, clientelæ, amici, propinqui, gratia, auctoritas, delati honores, dignitatis gradus, proſpera fortuna. Poſt mortem, funeralis pompa, publicus mœror, inſtituta opera, monumenta, fama, liberi, relicta de ſe opinio, & ſi quæ ſunt alia huc pertinentia. Et quoniam laus quæ ex hoc rerum genere ſumitur in vſu ſpectatur, ideo de eo, qui his bonis abundauerit dicendum erit, honeſte vſum fuiſſe, non ad luxum, non ad ſuperbiam, ſed in ſuam, & aliorum vtilitatem, Deiq; gloriam. Si vero his bonis caruerit, æquo animo tuliſſe, parui iſta feciſſe; cũ rem augere, vt apud Tullium ait Craſſus, non ſit nobilitatis. In ſecundo bonorum genere hæc fere numerãtur, bonus corporis habitus, forma, ſtatura, valetudo, vires, agilitas, velocitas, & ſi quid ſingulare in aliqua corporis parte fuerit. In his etiam notandus erit honeſtus vſus, vt paullo ante de bonis fortunæ diximus. Quod attinet ad animi bona a quibus maior & ſolidior ſumitur laus, hæc partim ſunt a natura inſita; vt ingenij perſpicacitas,

Cic. Ora. in Sallu.

Phil. 14.

Fab. li. 3. c. 7.

Lib. 2. Ora.

Hier. in epith. Nepotiani.

Parrh. c. 33.

tas, celeres intelligentiæ motus, memoriæ firmitudo, & ad animi ſenſa explicanda facilitas: partim vero ſtudio & diligentia acquiſita, vt ſunt omnes artium & ſcientiarum habitus. Quorum alij cognoſcendi vim, alij appetendi facultatem perficiunt: illi artes & ſcientias continent, hi virtutes: illi ad recte efficiendum cognoſcendumque referuntur, hi ad bene beateq; viuendum. Atque hic latiſſimus ſeſe offert ad laudandum campus, ab omnibus artibus & præſertim liberalibus; vt ſunt ars militaris, muſica, pictura, artes quæ in ſermone verſantur, Grammatica, Poetica, Rhetorica: & aliæ: & ab omnibus ſcientijs, tum humanis, tum diuinis, de quarum ſingulis quæ dicta fuerint, de eo dici poterunt, qui in eas operam nauauerit: & denique ab omnibus virtutibus morum; vt ſunt iuſtitia, fortitudo, temperentia, prudentia, & quæ ſub his continentur partes; quas libro de Inuentione ſecundo numerauimus & expoſuimus. Huc reuocares ſtudia, quibus delectatus eſt is, quem laudibus ornamus. Et quoniam omnis virtutis laus in actione conſiſtit, quæ cum virtute egerit, ea explicanda ſunt, eo modo quē infra de laude factorum: agendo demonſtrabo. Deinde, inquit Cicero, eſt ad facta veniendum; quorum collocatio triplex eſt: aut. n. temporum ſeruandus eſt ordo; aut in primis recentiſſimum quodque dicendum, aut multa & varia facta

Cic. in Part.

Cic. in Part. lib. 2. de inu.

Cic. in li. offic.

in propria virtutum genera ſunt dirigenda.

Quod ſi quiſpiam virum Chriſtianum, ſiue hominem vita functum, ac etiam in diuos relatum laudare vellet, multos alios habebit locos, quos, libro ſecundo de Inuentione, quod hactenus nemo fecit, numerauimus & expoſuimus: hic ſolum breuiter attingam. Sunt ergo iſti, tres virtutes, quas vocant Theologales, Fides, ſpes, caritas, quibus adde habitum gratiæ, cuius participatione homo diuinus euadit: Fit enim homo per gratiam diuinæ naturæ conſors, vt Petrus ait: Septem Spiritus ſancti chariſmata: gratiæ, quas vocant, gratis datæ: miraculorum patrandorum facultas, linguarum cognitio, & alia. Huc etiam pertinent, octo beatitudines, quas noſtræ ſalutis Recuperator recenſuit, & duodecim Spiritus ſancti fructus a Paulo numeratio. Duci etiam poterit laus ab æterna felicitate qua perfruitur. Denique, qui hominem Chriſtianum laudare voluerit, eos conſulat locos quos in Centuria de viro Iuſto nos tractauimus, vbi ni verborum elegantiam, ſaltem rerum copiam inueniet. Lege lib. 2. de Inu. Pſal. 149.

Placet hoc loco aliquid adſcribere de oratione funebri, de qua Menander libro ſecundo capite nono. Antiqua conſuetudine, vſurpatum eſt, vt virorum rerum geſtarum & virtutum gloriam illuſtrium ſigna, & imagines, vel domi, vel in foro erigerentur: tum ad eorum perpetuã

celebra-

celebrationem, tum ad poſteritatem ad eos imitandos incendendam. Quod ſi aliquorum præclara facinora hoc rerum genere non poterant exprimere, id publica oratione quam ad tumulos habebant, efficere conabantur. Hæc oratio à Græcis epitaphium, & epicedium dicitur: ſed illud antequam iuſta fierent; hoc ad tumulum habebatur: verum hoc ſemel habetur, illud etiã quolibet anno. Funebris itaque oratio ea dicitur quæ in funere alicuius habetur: In hac oratione Plato primum laudes defunctorum afferri præcipit: deinde moneri viuentes officij: poſteà filios & coniunctos ad virtutis æmulationem excitari: denique conſolationem adhiberi parentum, vxorum, & eorum quos dolore affectos viderimus. Continebit itaque hæc oratio laudationem cum iacturæ luctuſque ſignificatione, hortationem, & conſolationem; quæ ſumi poterit, a genere vitæ, & mortis, a meliori vita ad quam profectus eſt, à re aliqua, vnde iactura ſarciri poterit. Quare funebris dictio partim demonſtrationis, partim deliberationis locis conficitur. Hic licebit excurrere in locos cõmunes, agendo de huius vitæ miſeria, de bono mortis, de immortalitate, & de beata vita. In genere dicendi, illud cauendum erit, in quo quidam pueriliter errant, ne oratio ſit multum florida & vernans; pullatis itaque veſtibus, non auratis ad tumulum veniat funebris oratio.

Ambroſ. Orat. in funere Theodoſij & Valentiniani Greg. Nazianz. in funere Baſ. & Athanas.

Exordio,

Exordio, vtatur leni mœſto, & pene attonito, ſumpto ex ſignis publici mœroris, vel a conſuetudine, alioque communi loco ad rem accommodato: clauſula, vt diximus, ſit hortatoria & conſolatoria, adhibita precatione, pro eo, qui eſt vita functus exemplum apud Ciceronem habes ad finem decimæ quartæ Philippicæ, & initio tertij ſermonis de Oratore: & apud Demoſthenē, qui Athenienſes a Philippo extinctos laudauit. Extat etiam apud Dionem M. Antonij oratio in funere C. Cęſaris.

Denique, vt huic diſputationi ſit finis, addā aliquid de laude principum hominū, qui ſępius laudari ſolent. In Principe igitur, & Imperatore, Præſideve, & publica perſona laudanda, vt vniuerſe multos complectar, priuatim ſpectandæ ſunt virtutes illæ, quæ ad harum perſonarum munera exercenda ſunt omnino neceſſariæ, vt iuſtitia, clementia, munificentia, vigilantia, tollerantia, religio, a qua Virgilius præcipue laudauit Aeneam: qua ratione Tullius in Maniliana Imperatorias virtutes commendauit in Pompeio. Exaggeranda itaque erunt, quę iuſte, quæ fortiter, quæ religioſe, quæ liberaliter pro ratione ſuſcepti muneris egerit, in ſingulos, in omnes, in Deum: quæ omnia ſimilibus, exemplis, & collationibus illuſtranda erunt: conferendo cum viris, aliqua ex his virtutibus illuſtribus, vt Cęſar clemētia, Aeneas pietate,

Ariſtides iuſtitia, Themiſtocles prud peius felicitate, Epaminōdas fortitu hamus obedientia, Ioſephus caſtitat patientia. Quid pro diſcordijs tollend concilianda, pro artibus conſeruandi muni bono augendo, & pro legibus Quæ ſtatuerit decreta, quæ reſarci ria, quæ de nouo extruenda curauer caritate ſubditos amauerit, audiueri & pro annonæ copia laborauerit. T ſtudia, & voluntas, deque eodem iu moſtrandum erit. Et denique ex co perſonarum locis illi attingendi ſunt, illuſtres videbuntur. Quod ſi fortaſſe habenda eſſet oratio, ad eum, qui ad publicum munus, ſiue magiſtratum ſuſcipiendum accederet, ſumi poſſet exordium a communi lętitia, a rei neceſſitate, & opportunitate, ad mores corrigendos, ad diſcordias tollendas, ad bonos fouendos, religionemque propagandam. Hic de eius fama, ſcientia, rerum agendarum notitia, aliiſque adminiſtrationibus, quibus eſſet pręclare functus: De totius populi expectatione d, ſpe optimi regiminis, demonſtrando in eo eſſe oīa, quæ in bono præſide ſunt neceſſaria; vbi vno & eodem tempore laudabitur, & ſui muneris monebitur. Denique auditores ad orandum Deum pro eius incolumitate felicique adminiſtratione excitandi erunt. Et vt aliquando finiam, cum artis non ſit

ſingula

ſingula demonſtrare,qui locos communes nouerit,& adiuncta perſonæ,loci,& temporis, ſpectauerit, ſemper habebit latum in hoc genere ad dicendum campum.Sed iam quo artificio facta laudanda ſint breuiter doceamus.

De factorum laudatione. Diſp. VIII.

Q*Voniam facta ſępenumero ſeorſim a perſonis laudari,aut vituperari ſolent, vt factum ſcæuolæ,Horatij Machabęorum,Chriſti pro noſtra ſalute perpeſſio;quæ etiam locos quoſdam a laude perſonarum diuerſos habent, ideo priuatim de eis aliquid dicendum duximus.*

Quod attinet ad exordium, ex communibus locis alias numeratis ſumi poterit; a rei magnitudine,nouitate,vtilitate,noſtro ſtudio,&c.

Narratio nulla erit, ſi factum ſit notum: ſi ignotũ,breuiter attingetur per capita,quæ dein de exornanda ſunt:Vnde etiam naſcetur propoſitio,ſiue partitio: quæ fieri poterit per comparationem præferendo,quod laudamus aliis. Excemp. pete a Macrop.

Confirmatio ex illis locis petenda erit, qui generi inſeruiunt deliberatiuo; vt ſunt, honeſtũ, vtile, iucundum, poſſibile. Honeſtum dicitur id quod ſua vi atque natura laudabile eſt,propterque ſe expetẽdum;id nimirum, quod cum virtute, & ex virtute fit: cui ſubijciuntur omnes virtutis partes alibi numeratæ, & expoſitæ;iuſti- Lib.2. de Inu Ora.

tia, prudentia, & aliæ. Ad honeſtum reuocatur decorum, fas, æquum, honorabile, et glorioſum. Vtile eſt, quod per ſe non expetitur, ſed ad aliud conſequendum confert: quo reuocatur tutum, & commodum. Sunt autem quædam vtilia cũ honeſtate coniuncta, vt gloria, dignitas, amicitio, & horum ſimilia. Iucundum eſt quod voluptate quadam corpus, vel animum afficit & recreat: eſtque interdum cùm honeſtate coniunctum, vt eſt illud, quod ex honeſtis capitur actionibus. Poſſibile, ſiue dynaton, quod fieri vel eſſe natura, aut arte, vel per nos, vel per alios poteſt: quo reuocatur contingens, id ſcilicet, quod euenire ſolet: neceſſarium, quod aliter fieri non

Cic. in Par. & de Inu. *poteſt; vel id ſine quo ſalui eſſe non poſſumus. Facile, quod breui temporis ſpatio, ſine moleſtia & magno labore & ſumptu fieri ſolet. Huc referres, occaſionem, opportunitatem, auxilia, & conſequendi ſpem: de quibus locis latius infra, cum de genere deliberationis diſputabitur.*

Habet preterea factorum exornatio locos illos quaſi proprios, qui circunſtantiæ & attributa vocantur: quos qui tractare & amplificare nouerit, rem alias ieiunam & anguſtam copioſe & ample explicabit. Sunt autem circumſtantiæ, vt alias docuimus iſtę, Perſona, in qua ſpectantur eius attributiones alibi recenſitæ & explicatæ, natio, patria, genus, fortuna, corpus, inſtitutio, mores, & aliæ. Res, id nimirum quod

factum

factum eſt, vbi magnitudo, multitudo ſpectari poterunt. Locus domeſticus, priuatus, commodus, incommodus, ſacer, profanus, &c. Tempus, nocte, die, feſto, profeſto, opportuno, importuno, &c. Quomodo, ſiue agendi modus, palam, clam, prudenter, caſu, tarde, velociter, ſine difficultate, cum difficultate, &c. Quamobrem, vel cuius rei gratia, & ob quem finem, vt ob publicam vtilitatem, ob Dei gloriam, ob honeſtũ, ob vtile. Quo referres, cauſſam a qua motus fecit; vt ſunt, ira, amor, miſericordia, Denique quibus auxilijs, qua facultate, & quibus inſtrumentis, quæ ad modum referri poßunt. Vt autẽ hic circumſtantiarum locus, quarum conſideratio lumen rebus tribuit, vt Hilarius ſcripſit, melius intelligatur, hoc ſubijcio exemplum, de Chriſti perpeſſione. Quis perpeſſus eſt? Chriſtus Dei filius, innocens, Quid perpeſſus eſt? mortem atrociſſimam, indigniſſimam, & vt ait Paulus, mortem autem crucis. Vbi? in ciuitate regia, in loco notiſſimo, vbi ſcelerati puniri ſolẽt. Quãdo? ſolenniſſimo die, quando humana natura ad ſupremam corruptelam peruenerat, & uniuerſus terrarum orbis ſub vnius imperio deſcriptus erat, &c. Quomodo? patienti animo, tanquam agnus coram tendente, ab omnibus deſtitutus, ex caritate immenſa, & ex obedientia. Quamobrem? ob Dei gloriam, ob ſalutem humani generis, non ſua ſed aliorum cauſſa. Similiter,

Cor. Vals.

Hilar.

Paul.

liter, ſi Horatij Coclitis factum velles laudare. Quis? Horatius ſolus. Quid, totum hoſtium agmen. Vbi, in ponte ſublicio, ad vrbem. Quando? hoſtibus in vrbem irrumpere conantibus. Quomodo, & qua occaſione? occupato iam primo pontis aditu, modo ſingulos prouocans, modo increpans omnes, impetum hoſtium retardauit, donec pontem poſt tergum abruptum vidit. Quibus auxilijs? incredibili ſua tãtum fortitudine, & infatigabili pugna. Quamobrem? ne totum imperium vno momento corrueret. Similiter ſi laudare velles factum Camilli, qui ſuo aduentu Romanos a Gallis obſeſſos liberauit: in quo præter circumſtantias honeſtatem, vtilitatem, difficultatemque ſpectares.

In factorum laudatione, præſertim quando eſſent cum perſonæ laudibus coniungenda animaduertenda ſunt, quę prudenter apud Ciceronem admonuit Antonius. Primum gratiſſima eſt auditoribus laus eorum factorum, quæ a viris fortibus ſuſcepta videntur ſine ſpe præmij & emolumenti: vt ſi Pyrrhus laudetur qui captiuos Romanos ſine pretio reddidit. Nec mirũ videri debet ſi hæc laus eſt grata, quia factũ eſt ſingulare & rarum: cum pauci ſint, qui vtilitatis ſpecie nõ cõmoueãtur. Deinde, quę cũ labore & periculo ſuſcepta ſunt; vt factũ Scæuolæ et Deciorum patris et filij: hæc enim materiam habent variam ac præclaram, ac proinde libẽter audiuntur.

Lib. 2. Orat.

audiuntur. Poſtea magna et admirabilis laus videri ſolet, quæ ſumitur ab aliquo caſu fortiter et ſapienter lato; vt ſi quis non fuerit aduerſa fortuna fractus, et ſuam in rebus aduerſis retinuerit dignitatem; quemadmodum Socrates, et Regulus. Præterea, ea facta, et illæ perſonæ ſunt laudę dignæ, quibus præmia decreta, et honores delati fuere; cum huiuſmodi res ſint communi iudicio comprobatæ. Denique ſumendæ ſunt res, magnitudine præſtantes, nouitate primæ, et genere ipſo ſingulares, hoc eſt, ad vnum tantum ſpectantes.

In factorum exornatione, vſum priuatum habent loci communes, in quos excurrere poteſt oratio: qui cum prudentia adhibendi erunt, ne videantur affectati, alieni, et tanquam panni quidam temere adſuti. Comparatio quoque hic vim habet magnam, ſi factum cum facto comparetur: quo modo eloquentiſſimus orator factũ Cęſaris erga Marcellum, cum omnibus bellicis geſtis comparauit, et comparando prætulit. Cic. Ora. pro M. Marc.

Quo loco illud monuerim eos, qui in hoc genere ſunt verſaturi, ſi ad omnes perſonas, facta, et res laudandas volunt eſſe parati, vt multos locos communes cognitos atque tractatos habeant; eos nimirum, qui ſępius vſui eſſe poſſunt; vt de artibus, virtutibus, vitiis, ſtudiis magiſtratu, legibus, pace, diſcordia, bello, vita, morte, opibus, honoribus, politia, re domeſtica,

alijſq; ſimilibus; ex qua ſupellectili, ſuo tempore, multa poterit depromere. Sed de locis quibus facta laudantur hactenus: ex quorum contrarijs ſumetur copia ad vituperandum.

In hoc genere non ſolet occurrere confutatio; ſed ſi quid eſſet in facto minus probabile, illud excuſandum, minuendum, tollendumve erit.

Concluſio adhiberi poterit per breuem enumerationem commodorum, et per affectus commotionem ad gratulationem et imitationem.

De laudibus rerum, vbi loci ad multas res laudandas indicantur. Diſput. IX.

CVm de rerum laudibus nos acturos eſſe pollicemur, de iis intellige rebus, quæ potiſſimum, vel ex profeſſo, vt virtutes & artes, vel per digreſſiones laudari ſolent, vt montes, flumina, fontes, & ſimilia. Quarundam itaque rerum illuſtrium locos indicabimus, quos, qui in earum laudibus verſari voluerit, in cōfirmatione adhibere poterit: & primum de laudibus ſcientiarum ita ſtatuimus.

Exēp. pete a Macrop. *Scientiarum & artium laudes, ſumere in primis licebit a locis rhetoricis, vt ſunt honeſtum, & vtile, demonſtrando quanta ſit vtilitas, quā vniuerſis & ſingulis afferunt: voluptas, & delectatio,*

lectatio quæ ex rerum cognitione percipitur: bonum, ſiue perfectio & felicitas; perficiunt enim hominem, Deoque ſimilem reddunt. Hic demonſtrari poterit, hæc eſſe vera bona, perpetua, quæ nobiſcum portare poſſumus. Itē, neceſſitas, difficultas, ſeu facilitas in earum acquiſitione. Antiquitas, inuentio, & inuentores; qui operā illis dederunt, quibus præmijs & honoribus affecti fuerint. De philoſophia Plato & M. Tullius dixerunt eſſe munus ab immortali Deo humano generi tributum: & Poetæ omnium artium & ſcientiarum inuentionem Dijs tribuerunt. Deinde, ſumi poſſunt laudes a locis dialecticis; vt a definitione, ſiue natura, a materia, in qua verſantur, a partibus, a ſubiecto in quo ſunt, a forma, a fine, ab effectis & actibus. Denique, deſcriptiones, ſimilitudines, comparationes cum alijs artibus, & exempla, ad laudandum & amplificandum materiam amplam ſuppeditabunt. Quod ſi ea ars, quam laudandam ſuſcepimus aliquando vituperata, aut reiecta fuit, per confutationem defendenda erit. Nos integro libo, qui Fons vitæ & ſapientiæ inſcriptus eſt, in quo homines ad veram ſapientiam acquirendam hortati ſumus, latiſſimæ ſacræ Theologiæ laudes demonſtrauimus: ex quo ni elegantiam, ſaltem rerum copiam rationemque ad bonas artes laudandas, ſumere licebit. Epilogus in hoc orationis genere breuem laudum

Lib. 1. off.

enumera-

enumerationem continebit, atque auditores, ad eam artem excolendam excitabit; quæ laudibus ornata fuit. Sed de ſcientiarum laude hactenus, nunc de virtutibus.

Iidem fere loci, eademque ratione in laudandis virtutibus tractandi erunt: ſed illud hic priuatim erit demonſtrandum, vnam virtutem eſſe bonum per ſe honeſtum, vtile, & delectabile; ab ea ſola nos vere bonos poſſe appellari, eamque ſolam nos poſſe efficere beatos, hanc vnam porro neceſſariam eſſe, ad eam referenda eſſe alia omnia: per hanc homines adeptos fuiſſe veram gloriam, & ſui nominis celebritatem: hanc vnã Deo, diuis, hominibus ipſis etiam inimicis nos gratos efficere. Antiqui tanti virtutes fecerũt, vt eas tanquam Deas coluerint. In ſumma ſupra enumerati loci, attingendi erunt, neceſſitas, difficultas, natura, cauſſę, partes, effectus, ſimilia, contraria, comparationes, exempla, & alij. Nos libello de amore & concordia fraterna locos non obſcuros attigimus, quibus Pax & officium pacificandi laudari, & Diſcordia vituperari poteſt: quæ loca legiſſe fortaſſe non pœniteret eum, qui de his rebus eſſet acturus.

Cic. in para. 2. & 5.

De laudibus matrimonij, ſiue nuptiarum. Inter alia quæ oratione ab hominibus a mundi vſque exordio apud omnes nationes celebrari conſueuere, fuerunt nuptiæ, ſtatuſque coniugalis: quas non modo profana celebritate, ſed etiã

ſacris

ſacris cæremonijs honeſtarunt antiqui, quorum
conſuetudines hac in parte, cur nos recenſea-
mus nihil eſt neceſſe. Solum itaque quoſdam at- Cāp. ora.
tingemus locos,qui vſui eſſe poſſunt in conficien de matr.
da nuptiali oratione,quā Græci Epithalamion, Men.lib. cap. 6.
a thalamo,qui geniale, & nuptiale cubiculum Theon.
vocatur,appellarunt: quamuis nonnihil diſcri- Parrh. ca.
minis inter epithalamium et nuptialem oratio- 33. Sylua nupt.
nem, & hymenæos aſſignare liceat. In confi- Tiraq. de
cienda itaque nuptiali oratione hæc tria capita leg.cōnu.
ſpectari poſſunt;res ipſa,hoc eſt,matrimonium,
perſonæ quæ matrimonio vniūtur,perſonæ quæ
adſtant, aut aliquo pacto ad eas nuptias perti-
nent.

In laudibus matrimonij hi fere loci illuſtrio-
res occurrunt. Inſtitutio diuina a mundi origi-
ne,quam omnes nationes ſolenni pompa celebra
runt,& religione etiam coluerunt,& Chriſtus
Dominus Sacramenti dignitate auxit. Natu-
ræ vniuerſæ inſtitutio et ordo,quę omnibus ge-
nerandi ſimile vim dedit ad rerum conſeruatio-
nem & perpetuitatem: vnde fit, vt quæ infæ-
cunda ſunt,minus probentur. Quo loco aliquid Ariſt. lib. 2.de ani.
dici poterit, de diuinæ naturæ fœcunditate:
qua cum natura Angelica careat, hac in parte,
eſt humana natura inferior. Coniunctionis ge- Inſt.lib.1. tit.x.
nus,non vagum,non incertum,ac temerarium,
vt in cæteris animalibus,ſed legitimum, atque
indiſſolubile,perpetuumque: familiæ & generis
immorta-

immortalitas: coniugij commoditates, & vtilitates: mutua officia, vitæ commoditas, ſocietas, amicitia, bonorum & malorum communicatio, bona æſtimatio, Reip. conſeruatio; ciuium beneuolentia, domorum, & vrbium propagatio, voluptas ex filiorum præſentia, quos parentes tanquam ſuas viuas imagines cernunt, eorundem delitiæ, auxilia, & id genus alia. Si quæ ſunt in hoc vitæ genere incommoda extenuanda erunt, & vtilitate fructibuſque compēſanda. Item, vota & auguria de prole futura, deque felici ſucceſſu, erunt adhibenda, Quod attinet ad coniuges, laudandi erunt ex perſonarum locis, & maxime ab ijs virtutibus, quæ ad hunc ſtatum honeſte tranſigendum ſunt neceſſariæ. Hic de coniugum officio aliquid dici poterit, quis ad amorem concordiamque excitare fas erit. Quod attinet ad alias perſonas, ad gratulandum, & bene ominandum commoueri poterunt.

Menand. lib. 2. c. 7. *In die natalitio, ſiue genethliaco, duci poteſt procemium a die: dies laudabitur, quo natus eſt, ſi ſit dies celebris, ſolennis, fauſtus: ſimiliter anni tempus in quo natus eſt ſpectatur hic natiuitas & quæ in natiuitate contigerunt, quæ de ipſo ſpes concitata fuit: quæ educatio, quid ad ea vſque tempora geſſerit: quid facturum ſperetur: quæ omnia amplificanda erunt per comparationes, vt ſupra non ſemel docuimus.*

Regiones, laudantur ab antiquitate & primis cultoribus a populorum genere, quibus ſtudijs delectentur, quib. rebus ſint illuſtres, quas artes inuenerint, quæ res geſtæ: an libertate, an regno fruantur: quibus vtantur legibus: quæ & quanta ſit religio. Item, ab amplitudine, a ſitu, an Orientem Solem, an Occidentem, an meridiē ſpectent: a cœli clementia, ſalubritate, amœnitate, delitijs, fertilitate, & commoditate ad inuehenda ea quæ ſunt ad vitam tuendam neceſſaria; a vicinis locis, an ſint proximæ mari, an remotæ: an tutæ & inaceſſæ ab vrbiū frequentia, magnitudine: a montibus, fluminibus ſtagnis, planitie, generibus animaliū, fructuū, &c. Ex quibus locis illuſtriores, & qui habent aliquid ſingulare ſeligendi, & amplificandi erunt. Auditores ad patriæ gloriam retinendam, & amplificandam, commouere licebit. Men. lib. 1.c.11.15. & 16. Solinus cap.7. Foliet. in Brun.

Vrbes, habent quoſdam locos communes cū regionibus, vt ſunt, ſitus, cœli clementia, aeris ſalubritas, locus munitus, natura, vel arte magnitudo, mœnia, arces, propugnacula, ædes magnificæ, porticus, templa, viæ, theatra, mundities, ſcholæ, plateæ, putei, fontes, loca ad animi relaxationem, & honeſtos ludos accōmodata: viciniæ ſiluæ, prata, montes, flumina, horti: a variarum rerum copia, quæ neceſſariæ, vel vtiles ſunt ad vitam ducendam & ad artes colendas; quas artes, quæ ſtudia colant, quantæ opes, tum Parrh. capit. 33. Geor. Macrop. in Method. de ſcrib. epiſt.

publicæ, tum priuatæ; quæ monumenta antiqui tatis: quæ frequentia, quæ leges, quæ admini- ſtrandi ratio; quibus rebus, & hominibus illu- ſtres fuerint: quibus priuilegijs gaudeant: quæ pietas in Deū, in res ſacras, in peregrinos; quæ magnificentia, vrbanitas, quæ denique concor- dia, quæ eſt humanus humanæ conſociationis finis.

Domus & ædificia, a ſitu, amplitudine, ma- teria, forma, proſpectu, horto, puteo, atrio, aula, cubiculis, domeſtico cultu, &c.

Vber. Fo. Brum. *Agri, ab amœnitate, fertilitate, frugum, fru- ctuum, arborum, animalium, herbarum, varie- tate; a cultura prædiorum frequentia, &c.*

Flumina, ab ortu, a ſcaturigine copioſa, ve- locitate, colore, piſcium copia & varietate, ab alijs fluijs quos recipiunt, a locis quæ alluunt, a nauium frequentia, pontibus, ædificiorum multi tudine, & a commoditatibus, quas præbent.

Montes, ab altitudine, amplitudine, ab arbo rum herbarum, & animalium genere, a fonti- bus, a rebus memorabilibus in eis geſtis, a fru- gum copia, aliíſque ſimilibus attributionibus, quæ facile occurrunt.

Men. lib. 1.c.12. & ſeq. *Fontes, ſinus, portus, arces, & horum ſimi- lia, ex iam numeratis locis cōmendare poteris.*

Equum, a ſtatura, alacritate, colore, veloci- tate, robore, et maiori quadam ſagacitate, ſiue iudicio. Quorundam animalium ac rerum lau-

des

des ornatiſſime tractatas apud Iobum legere poteris.

Exempla orationum demonſtratiui generis apud Ciceronem habes in oratione pro M. Marcello, vbi clementiam Cæſaris laudat: & in oratione pro lege Manilia Pompeij laudes proſequitur: in Archiana humaniores literas commendat: in ſecunda Philippica vituperat Antonium; in Verrinis Verrem, & in Catilinarijs Catilinam. Apud Virgiliũ, eſt Oratio Aeneæ ad Didonem: In Piſon. Vatin. Lib. 1. Aen.

O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos reliquias Danaum, terręque, mariſque.
Omnibus exhauſtos, &c.

Et Didonis oratio ad Aeneam.

Quis te, nate Dea, p tanta pericula caſus
Inſequitur? quæ vis immanib. applicat oris?
Tu ne ille Aeneas, &c.

Eſt & illa, vt alias prætermittam, apud eundẽ, qua Numanus Troianos vituperauit,

Nõ pudet obſidione iterũ valloq; teneri Lib. 9.
Bis capti Phryges? & morti prætendere muros?
En qui noſtra ſibi bello cõnubia poſcũt.
Quis Deus Italiam, &c.

Atque de rerum laudatione hucuſque.

An in genere demonſttatiuo aliquis reperiatur ſtatus. Diſput. X.

NI Trapezuntius hoc loco nobis negotium aceſſiſſet, ad aliud genus explicandũ tranſeundum erat. Verum, homo de bene dicendi ratione multum benemeritus, quem nec in poſtremis, nec in tertijs collocandum puto, contra cōmunem Rhetorum ſententiam affirmare non dubitauit, nullum eſſe in genere laudationis ſtatũ, quam opinionem his argumentis confirmares.

Primum, hoc orationis genus ea, vt multi ſcribunt, tractanda ſuſcipit, quæ ſunt certa & manifeſta: atqui in hoc rerum genere, nulla poteſt eſſe dubitatio, ac proinde quæſtio & ſtatus nullus; cum quæſtio nihil aliud ſit, quam dubitabilis propoſitio. Propoſitionem ex eo confirmare licet, quod hoc dictionis genus ortum habuerit ab ea conſuetudine, qua olim, qui in gymnaſiis & palæſtra alios vincebant, laudibus ornari ſolebant: vbi, nec ſuſpicione quidem, adfuit aduerſarius; quo deficiente, nullus poteſt oriri in dicendo ſtatus.

Deinde, nullus eſt Orator, qui dum in demonſtrationibus verſatur, ſibi aliquem aduerſari fingat: quare in laudatione, nec re, nec fictione, vt quidam fingunt, adeſt aduerſarius: ac proinde ſtatus & controuerſia nulla.

Præterea

Præterea, ſi qui intercederet aduerſarius, et eius quod laudandum ſuſcipitur, vituperator: iam non erit cauſſa demonſtratiua, ſed in aliud migrabit genus, nimirum in iudiciale, vel deliberatiuum: quia cum res ſit dubia de ea ferenda erit ſententia: quare demonſtratio, ſua natura, nullam admittit controuerſiam, cum intentione et depulſione careat.

Ad hæc, ſi qui in laudando ſtatus poteſt intercedere, certe ex intentione et depulſione ficta, vnde ſtatus orietur fictus: ſi fictus ſtatus, loci igitur ficti, fictaque argumenta, & tota oratio ficta: Quare ficti hominis eſt, velle ibi ſtatũ aliquem ponere, vbi nulla intercedit controuerſia.

Poſtremo, ideo in cauſſis inueniendus eſt ſtatus, vt loci inueniantur ad eas tractandas idonei: atqui in hoc genere loci ſunt manifeſti ſine vlla ſtatus inuentione: fruſtra igitur ponitur.

In hac diſputatione prima opinio fuit Georgij Trapezuntij, quam quibuſdam dictis explicabo. Primum, genus demonſtratiuum purum, hoc eſt ſimplex, ſine vlla deliberatione et iudicio, ſemper continet id, quod certum eſt, et idcirco omni contentione caret. Secundum, incidenter hoc genus poteſt conſtitutionem recipere; quam ſi recipiat, non erit pura laudatio, ſed in alterum migrabit genus. Quoniam cum aduerſarij aliqua de re contendunt, tunc, vel decreto,

vel iudicio, ſententiáve opus eſt. Quare, ſi quis ſtatus incidat, non erit principalis, ſed acceſſorius. Poſtremum, licet re vera in hoc genere non poſſit eſſe principalis ſtatus: tamen ſi fingas aduerſarium adeſſe, occulte et implicite ſtatum oriri neceſſe eſt. Cenſet itaque hic auctor in pura demonſtratione non poſſe eſſe ſtatum: et ſi qui intercedit, erit acceſſorius; vt cum fingimus aduerſarium adeſſe, vt quæ ab eo dici poſſent, refellamus. Quare, in laudatione, ſolum implicite, non aperte quærenda eſt conſtitutio.

Lib. 1. de Inu. In Top. *At vero alij Rhetores in hoc etiam genere, vt in alijs, ſtatum eſſe affirmant: Ita M. Tullius cum ait, Omnis et demonſtratiua, et deliberatiua, et indicialis cauſſa neceſſe eſt aliquo eorum, quæ ante expoſita ſunt, conſtitutionis genere, vno pluribuſve verſetur: et alio in loco, Atq; etiam in deliberationibus et laudationibus ijdẽ exiſtunt ſtatus. Idem expreſſe docuit Fabius, Marius Victorinus in ſuis commentarijs in libros Tullij de Inuentione: Ioannes Viſorius in eoſdem libros, Georgius Valla in Ciceronis Topica: Rodolphus Agricola, qui quo pacto ſtatus in hoc genere inueniendus ſit, diligenter expoſuit. Petrus Pellitarius in orationem pro A. Cęcina: Valentinus Erythreus in orat. pro M. Marcello: Melchior Iunius capite quinto libello de præceptis artis dicendi, Antonius Luſcus Vicentinus in orationem pro lege Manilia, vbi*

teſtatur hanc eſſe cõmunem ſententiam. Vt autẽ, quod alij non faciunt, quo pacto in hoc cauſſarum genere ſua natura ſit aliquis ſtatus, plane demonſtrem, hæc ſtatuo fundamenta.

Primum fundamentum, cum multæ ſint dicendi formæ ſub genere demonſtratiuo contentæ, vt ſupra docuimus, quarum aliquæ ſaltem, dubitationem admittunt aliquam; quod neque Trapezuntius, vt arbitror, negaret, profecto aſſirmandum erit, hoc genus non excludere omnino ſtatum. Et vt illud priuatim de forma laudationis dicamus, non ſolum certa, ſed etiam incerta aut minus certa laudare ſolemus. Immo, ſi quis diligenter animaduertat, in omni laudatione, etiam cum certa tractanda ſuſcipiuntur, aliquid dubij, aut incerti in animo auditorum eſſe ſupponitur, atque eſſe etiam poteſt; quod orator dicendo, ac perſuadendo remouere conatur; vt ecce, certum eſt Eloquentiam eſſe quid præclarum, eſſe laudibus dignam; ſed quanta ſit eius præſtantia, quantaque laude ſit ornanda, non omnes norunt, id quod Orator de laudibus eloquentiæ agendo demonſtrare contendit: alias enim fruſtra ſuſciperetur laudatio. Dei opera eſſe digna laude ambigere poteſt nemo: quæ non ſolum prædicantur, vt ſi quis adeſſet Momus, refelleretur; ſed etiam, vt quæ & quãta ſint, ab omnibus intelligatur. Et denique, vt id quod volumus paucis exponamus, quid po- Pſal. 102. 103. & alijs.

teſt tam certum reperiri quod aliqua ratione, ſaltem apparenti impugnari non poſſit?

Secundum fundamentum, in omni dicendi genere, ſiue iudicij, ſiue deliberationis, ſiue laudis, illud eſt oratori propoſitũ, vt dicendo quandam opinionem, ſeu perſuaſionem in eorum animis ingeneret, apud quos dicit: per quam fidẽ aliquod iudicium, ea de re quam audiũt, faciãt: ſed tamen differenter. Nam in demonſtratione ea gignitur fides, ſiue perſuaſio, ac notitia, quæ non refertur ad aliquid agendum; ſed in ipſo ſiſtit auditore. Quo fit, vt in hoc genere ſatis ſit Oratori, ſi dicendo talem eam rem de qua dicit, eſſe perſuadeat, qualem haberi vult. Ex qua doctrina inferre licet, nõ omninò eſſe verum, quod a multis docetur, in laudando oratoris ſcopum eſſe ſuam oſtentare eloquentiam, deque ſua facundia ſpecimen præbere; cum id non ex re & arte ipſa, ſed ex artificis volũtate ſumatur. At vero illa perſuaſio, quæ in alijs generibus gignitur, alio refertur; vt, non tam fides illa, quam id quod ex ea ſequitur, res nimirũ aliqua facienda ſpectetur. Nã illa perſuaſio quæ in conſultatione gignitur, ad aliquid in poſterum agendum, refertur. Similiter in iudicijs, ideo fidem facere conamur, vt tãdem Iudex, aut abſoluat, aut condemnet reum ob iam perpetratum crimen. Atque ex his intelligi poteſt, non propterea quod in laudatione eſt aliqua dubitatio ſu-

Parth. cap. 18.

per re, de qua aliter opinari licet, ideo ad alia genera reuocandam eſſe; ita vt cauſſa deſinat eſſe laudatiua, vt vir doctus, Trapezũtium dico, exiſtimauit. Atq; hæc pro huius quæſtionis ſolutione adnotaſſe ſufficiat: ad poſitiones igitur accedamus.

Prima poſitio, in genere demõſtratiuo, ſi vniuerſe loquamur, aliquis agnoſcendus eſt ſtatus. Nam, vt paullo ante dicebamus, in hoc genere aliqua poteſt eſſe dubitatio, quod etiã aduerſarius fatetur: igitur & aliqua inter aduerſarios contentio, ex qua oritur ſtatus.

Secunda poſitio, quæſtio illa, ſiue ſtatus qui in hoc genere inuenitur, non extrinſecus accedit, ſed ex re ipſa naſcitur: ita vt laudatio ex ſua natura ſtatum aliquem admittat, qui ad alia genera non ſit referendus. Eſt hæc poſitio contra Trapezuntij ſententiam: quæ ex iactis fundamentis ſatis aperte refellitur, & ex communi auctoritate; quam etiam, quæ deinceps dicemus euidenter impugnabunt.

Tertia poſitio, in quacunque re laudanda, et in omni oratione ſub gene demonſtratiuo contẽta, aliquis inueniendus eſt ſtatus. Primum hanc doctrinam confirmat communis Rhetorum opinio: nam de hoc genere, ſine vlla diſtinctione rei certæ, vel incertę, ſimplici ve & coniunctę, In Part. *docent ſemper ſtatũ eſſe inueniendũ. Ideo Cicero hac de re loquendo ſimpliciter dixit, & in lau-*

dationibus ijdem exiſtunt ſtatus. Adde etiam quod Oratorum interpretes in omnibus orationibus ſtatum aliquem inueſtigant: igitur. Deinde, in omni ratione aliquid tandem dicendo concluditur: quod prius ob oculos tanquam dubiũ ponendum eſt; id autem nihil aliud eſt, quã quod per contentionem aliquam eſt inuentum: igitur. Confirmatur, quoniam nunquam idoneæ rationes adhiberi poſſunt, nunquam recta fieri poteſt diſpoſitio, ni aliquid inueniatur, quo referantur omnia; quæſtio nimirum aliqua, quæ dicẽdo demoſtranda eſt. Adhæc, quæſtiones cognitionis, ſi veram ſententiam defendere volumus, ad hoc genus reuocantur; at in his nemo diceret, nullam eſſe dubitationem; & quæ eſt, nec ad iudicia, neque ad Senatum reuocatur: igitur. Poſtremo, vt multas alias rationes, quas afferre poſſem, omittam, quæ contra allata ſunt argumenta pro contraria ſententia, nihil concludũt; vt ex eorum ſolutione patebit: nihil eſt igitur cur a communi & meliore opinione hac in parte recedamus.

Quarta poſitio, licet in re manifeſta fingatur adeſſe, qui contradicat, vt ſtatum inueniamus, non propterea ſtatus cenſebitur fictus, ſed verus. Quoniam vere proponitur aliquid de quo vera poteſt eſſe controuerſia per veram contentionem aduerſarij, cuius perſonam fingimus.

Quincta poſitio, in genus demonſtratiuum

poſſunt

poſſunt incidere omnes ſtatus. Idem, inquit Tullius, contingit in laudationibus. Nam aut negari poteſt id factum eſſe, quod laudetur: aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit; aut omnino non eſſe laudabile, quod non recte, non iure factum ſit. Quod autem ad argumētorum ſolutionem attinet, facile ſoluuntur ex dictis, ac proinde ea breuiter percurram. In Top. Quin. lib. 3. cap. 7.

De primo, iam diximus, laudari etiā dubia: immo potius dicendum eſſet, certa non laudari, quod ſignificaſſe videtur Lacedemonij, qui Rhetori cuidam Herculem celebrare volenti dixerunt, Quis vnquam eum vituperauit? Lucian.

De ſecundo, falſum eſt oratores, qui ex arte dicunt, non proponere ac fingere ſibi ſtatum, cū laudare volunt.

De tertio, ea quæ hic intercedit dubitatio, non migrat in aliud genus, vt ſupra docuimus.

De quarto, licet fingatur aduerſarius, tamen controuerſia non eſt ficta, ob eam rationem, quā paullo ante attulimus.

De vltimo, & ad locos idoneos inueniendos, & ſeligendos, & ad recte diſponendam laudationē, vt alias cauſſas omittam, ſtatus inuentio eſt neceſſaria.

De generis deliberatiui natura, & cauſsis. Diſputatio XI.

Est quidem apud omnes, qui de ratione dicẽdi præcepta tradunt, omnino exploratum, deliberationis cauſſas oratori eſſe ſubiectas. Verum in eius natura explicanda, non ita omnes conueniunt, nec quæ dicuntur, ita ſunt certa, vt nullus relictus ſit dubitãdi locus. Quæ igitur mihi occurrunt dubitationes hæ ſunt.

Primum, omnes quotquot fuerũt Rhetores, aiunt huius generis partes eſſe ſuaſionẽ & diſſuaſionem: quod tamen videtur falſum, cũ multo plures partes in ſe contineat: non eſt igitur vera iſta communis doctrina.

Deinde, male communiter dicitur, huius generis ſcopum eſſe ſuadere, vel diſſuadere; cum non ſolum in hoc genere, ſed etiam in alijs ſuadeamus, & diſſuadeamus; quare ſuaſio & diſſuaſio potius ſunt totius artis finis, quã vnius generis partes.

Præterea, grauiſsimi auctores, vt Ariſtoteles & M. Tullius, affirmant huius generis finẽ eſſe vtilitatem: quod non videtur rationi conſentaneum, cum deliberationes, non minus ab honeſtate, quam ab vtilitate pendeant: quare potius ſola honeſtas, quæ etiam vtilitatem continet pro fine proponenda erit: vt omittam, quod deliberationes fiunt apud Senatores, & viros

bonos,

bonos, qui præcipue honeſtate mouentur.

Denique, conſultatio, nullum requirit ornatum, nullum motum, vt ex Ariſtotelis doctrina colligere, & ex conſuetudine Areopagitarum comprobare licet; ſed ſolum nudam rei propoſitionem, ſimplicemque ac minime fucatam orationem: non erit igitur oratori, qui copioſe & ornate, & ad animos permouendos apte dicere debet, vllo modo hoc genus ſubiectum. Lib. 1. rheto. cap. 1.

De hac orationis forma, quod ad ſcriptores attinet, ſcripſit accurate Ariſt. libro primo a capite quarto ad nonum vſque: auctor Rhetorices ad Alexandrum capite primo, & ſecundo: M. Tullius in Partitionibus, & libro ſecundo oratorio: Fabius libro tertio ſuarum inſtitutionum capite octauo: Trapezuntius libro quarto: Antonius Lullus libro ſecundo de oratione capite trigeſimoſecundo: Parrhaſius capite trigeſimoſecundo, Georgius Macropedius in ſua methodo de cōficiendis epiſtolis: Herbetius libro tertio, capite duodecimo.

In propoſita diſputatione has poſſumus animaduertere ſcriptorum ſententias. Primū circa finē, Ariſtoteles, huius generis finem, ait eſſe vtilitatem: idem aliquando aſſeuerauit Tullius; at vero alias, dignitatem, hoc eſt virtuti coniunctum ſplendorem, deliberationi pro fine aſſignauit: a qua ſententia non abhorruit Fabius, cum dixit, ſi huic generi vnus eſt ſtatuendus Lib. 1. rheto. In Par. Lib. 2. or.

dus finis, is certe eſt honeſtas: qui illud etiã adiecit, eos qui vtilitatem proponunt, eam Stoicorum more cum honeſtate confundere: quod de Cicerone fortaſſe dici poteſt, qui ſæpe more Stoico
Lib. de officiis. locutus eſt. Trapezuntius, honeſtatem cũ vtilitate coniunctam deliberationis finem eſſe exiſtimauit.

De forma & charactere dicendi, quidam, in quorum numero fuit Theophraſtus, requirunt dicendi formam ab omni ornatu & ſplendore alienam; ita vt in ea nulla appareat eloquen-
Parrh. capitu. 32. tiæ oſtentatio. At vero alij ornatum & apparatum aliquẽ, rebus tamen & perſonis accommodatum, requirunt.

Præterea dubitant dicendi artifices, an deliberatio admittat ſtatus: nam aliqui dixerunt nullum habere ſtatũ: alij ſolum admittere ſtatũ
Lib. 3. qualitatis, cum propoſitam habeat vel vtilita-
Lib. 4. tem, vel honeſtatẽ: alij vero, vt Fabius, & Trapezuntius, alios etiam ſtatus deliberationi tribuunt. Et vt illud etiam adnotauerim, negat Fabius huic generi ſubiectas eſſe res neceſſarias, quidam vero affirmant. Ad huius diſputationis explicationem, quæ adnotari poſſent ea in ipſis afferam poſitionibus, quas nunc ſubijcio.

Prima poſitio, hoc orationis genus græce συμβουλευτικὸν, ideſt conſultatiuum, et δημηγορικὸν atque ἐκκλησιαστικὸν, hoc eſt populare et concionale nominatur; quia apud eos fere in concionibus

tionibus populi vſurpabatur; à Latinis deliberatiuum, conſultatio, et deliberatio; quod in eo de aliqua re facienda, vel non facienda conſiliũ capiatur, ac deliberetur: et a nobiliore ſui parte dicitur etiam ſuaſorium, a ſuadendo. Deliberare autem, nihil aliud eſt, quam honeſtatis et vtilitatis momenta, quaſi libra perpendere, et iuſta lance ponderare; vel de re relata ſententiã dicere. At vero ſuadere, eſt conſilium dare, vt aliquid fiat; vt cum dicitur, ſuadere pacem, ſuadere diſcordiam: et hinc eſt, quod Tullius eos qui conſilium dant ſuaſores, et auctores appellat. Quo fit, vt ſuadere, ſi proprie loqui velimus, nõ ſit idem, quod perſuadere, quod idem valet, ac fidem facere, et probare, atque rei de qua agimus, omnino aſſenſionem gignere: quamuis Cicero aliquando ſuadere, pro fidem facere vſurpauerit. Quare, hoc genus dicitur ſuaſorium, non a ſuadendo, vt probare, ſed vt conſilium dare ſignificat. Ant. Pin.

Secunda poſitio, hoc genus his modis deſcribi ſolet: Deliberatiuum genus eſt, quod in conſultatione poſitum, habet in ſe ſuaſionem et diſſuaſionẽ: vel, quod poſitum in diſceptatione et conſultatione, habet in ſe ſententię dictionem. Alij hoc modo, eſt commune domicilium propoſitionum illarum, quibus ſuademus, aut diſſuademus, hortamur, aut dehortamur, et c. Vel certe dicas, Deliberationem eſſe orationis genus, de Auct. Her. Cic. lib. 1. de Inu. M. To. Merc.

de rebus, quæ in conſultationem venire poſſunt, vtilitatis cauſſa ſumptum. Quo fit, vt huius generis ſubiecta materia, ſint res, de quibus eſſe poteſt deliberatio, quas infra priuatim recẽſebo.

Protope. Apoſtrope.

Tertia poſitio, huius generis præcipue partes ſunt ſuaſio, et diſſuaſio, et conſequenter, hortatio, dehortatio, petitio, conciliatio, conſolatio, commendatio, et nonnullæ aliæ, quas ſupra numerauimus. Eſt autem ſuaſio, oratio, quæ id qđ in conſultationem venit faciendum, explicat; diſſuaſio vero, quod eſt vitandum, exponit. Et quoniam tam diſſuaſio, quam ſuaſio duplex eſt, altera publica, altera priuata; ad Oratorem ſola publica ſuaſio pertinet. Hanc deliberationis diuiſionem aliqui ab officio ſumptam eſſe dicũt: quam poſſes etiam ad materiam reuocare. Nã conſultatio eſt de re, bona, vel mala; ſuademus bona, diſſuademus mala.

Cic. in Part. & Top.

Quarta poſitio, ſi proprie loqui velimus, huius generis finis eſt potius vtilitas, quam honeſtas. Nam, vt docent Philoſophi, qui mores tractant, conſilium eſt de rebus quæ conferunt ad finem, et ad honeſtatem, quæ eſt politicæ vitę ſcopus, conſequẽdam ſunt accommodata: at quę ſunt huiuſmodi, vtilia dicuntur, cum ad finis cõſecutionem referantur, quamuis interdum honeſtatem annexam habeant: igitur. Hæc autem vtilitas huiuſmodi eſſe debet, quæ cum honeſto non pugnet. Non negauerim tamen Oratorem

pro perſonarum ratione, nunc vtilitatem, nunc honeſtatem, alias vtrunque ſimul auditoribus proponere debere. Neque fortaſſe quiſpiam perperam affirmaret, deliberationis finem, ratione auditorum, eſſe ipſum bonum, quod ſub ſe honeſtum, vtile, et delectabile continet.

Quincta poſitio, genus deliberatiuum proprie verſatur circa tempus futurum, minus proprie circa præſens, vel præteritum. Quo fit, vt non ita proprie loquantur, (quo etiam modo aliquando nos locuti ſumus) qui hoc genus diuidunt in deliberationem, quæ eſt de futuro, & in eam, quæ eſt de præſenti; vt ſi in Senatu, quæratur, qualia putanda ſint acta Cæſaris: aut quo animo ſint aliqui populi erga Romanos: cuiuſmodi quæſtiones alijs ſubijceres generibus; diceresque Senatores interdum, vel iudicis, vel ſpectatoris perſonam agere. Sua itaque natura deliberatio tempus futurum reſpicit; vt nõ vno in loco docet Ariſtoteles: cuius auditor eſt Senator & is qui deliberat. Quinct. Lib. 1. Rhet.

Sexta poſitio, huius generis motus eſt ſpes, vel reformidatio; hoc eſt, qui in deliberatione verſatur, in eis, qui audiunt, excitabit ſpem, ſi ſuadet; ſi vero diſſuadet, reformidationem, ſiue timorem: Siquidem ſpes nos ad aliquid faciẽdum impellit, timor a faciendo reuocat. Doctrina eſt M. Tullij, qui loquens de eo quod ſibi proponit in hoc genere Orator, ait, in ſuaſione autẽ In part.

aut

aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

Septima poſitio, ea ſub deliberationem cadunt, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, & aliter eſſe, quę ſunt in noſtra poteſtate ſita, & quæ ad rem noſtram pertinent. Quare neceſſaria, & quæ per nos fieri non poſſunt, & quę noſtra nihil interſunt, non veniunt in conſilium. Cauebit igitur prudens Orator, ne quando iſta ſuadenda ſuſcipiat. Ea vero, de quibus in Senatu, vt plurimum, conſilium capitur, hæc fere ſunt. Bellũ, pax, facultates, ſiue ratio pecuniarum comparandarum, regionis cuſtodia, leges, & res quæ importantur, & exportantur. Hæc enim præcipue ad remp. bene gerendam ſunt neceſſaria. In rhetorica ad Alexandrum ſeptem harum rerum numerantur capita. Quare, qui in Senatu verſantur, hos & alios ſimiles locos deberẽt habere tractatos.

Ariſt. lib. 2. pol. c. 4.

Ariſt. lib. 1. Rhet.

Octaua poſitio, in deliberationibus tria ſunt ſpectanda; res de qua deliberatur, perſonæ quæ deliberant, & is qui ſuadet: his enim tribus, nec pluribus, nec paucioribus omnis abſoluitur conſultatio: in quibus quæ ſint neceſſaria, ſequentibus poſitionibus explanabo.

Nona pcſitio, in re quæ in conſilium venit, hæc obſeruanda ſunt. Primum, an fieri poſſit, & ſi poſſit, an facile, an difficile. Deinde, eſto fieri poſſit, an ſit vtilis, an neceſſaria. Poſtremo, quo tempore, quo loco, quo modo, & quibus auxilijs.

xilijs. Primum & poſtremum coniectura quæruntur, & ad ſtatum pertinent coniecturalem: Secundum ad ſtatum qualitatis.

Decima poſitio, in perſona, quę deliberat, hęc ſpectanda ſunt: an ſint plures; vt totus populus, vel Senatus: an ſinguli; vt Cæſar, vel Cato; ſexus, an homo, an fœmina: ætas, an iuuenis, an ſenex: dignitas, an nobilis, an ignobilis & plebeius: mores, an honeſti, an turpes homines, & an honeſtate, an vtilitate ducantur.

Vndecima poſitio, in ſuaſore, hęc fere deſiderantur. Primum, harum rerum quas recenſebo notitia: boni ſeu humanæ felicitatis cognitio, ita vt ſciat quid ſit bonum, quæ eius partes: quæ certa & incerta bona; quæ item maiora & minora: earum rerum ſcientia, de quibus agit, vt facultatum, belli, cuſtodię, commeatus, & legũ; ita vt noſcat, quæ ad iſta bona comparanda, conſeruanda, & augenda conferunt: diſciplina rerum publicarum; denique cognitio morum, populi, ciuitatis, et ſingulorum apud quos dicit; cum pro morum varietate dicendi genus mutandum ſit. Ad conſilium autem de rep. dandum, ait Cicero, caput eſt noſſe remp. Ad dicendum vero probabiliter, noſſe mores ciuitatis: qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis eſt ſępe mutandum. Earumq; rerum quas diximus cognitionem, Ariſtotelis ſcripta ſuppeditabunt. Deinde, in eo qui ſuadet vitæ integritas, Cic. lib. 2. Orat. In Eth. & Pol. In Rhet. lib. 1.

ſiue præiudicata bonorum morum opinio. Huc pertinet illa Euripidis ſententia, ὀυκ ἔςι πείθων ὁ λόγος, ἀλλ' ὁ λέγων. ideſt, nõ perſuadet oratio, ſed qui dicit. Eo enim modo quiſque conſulit, vt eſt moribus præditus. Multum itaque morata oratio ad conſilium dandum valet: cum is non poſſit ſatis bene alijs conſulere, qui ſibi ipſi non bene conſulit. Quare, cauendum erit, ne mores cum oratione pugnẽt. Poſtremo, in ſuaſore deſideratur quædam non obſcura auctoritas, quæ generis nobilitate, rebus, geſtis, ætate, fama, gra
Lib. 2. Orat. *tia, doctrinaque nititur: De ſuadentis perſona hæc docet apud Ciceronem Craſſus; ſed tamen ſuadere aliquid, aut diſſuadere, grauiſſimæ mihi videtur eſſe perſonæ. Nam et ſapientis eſt, conſilium explicare ſuum de maximis rebus; & honeſti et diſerti; vt mente prouidere, auctoritate probare, oratione perſuadere poſſit.*

Duodecima poſitio, deliberatio requirit orationem ſimplicem, grauem tamen et eruditam, naturaliter decoram, non fuco ornatam. Tota, inquit Tullius, oratio ſimplex, et grauis, et ſententijs debet eſſe ornatior, quam verbis. Verũ, vt idem docet, pro perſonarum, et locorum varietat. dicendi forma mutanda erit. Atque hæc, inquit ipſe, in Senatu minore apparatu
Lib. 2. Orat. *agenda ſunt. Sapiens enim eſt conſilium, multiſque alijs dicendi relinquendus eſt locus, vitanda etiam ingenij oſtentationis ſuſpicio.*

cio. At vero ſi in concione ad populum habeatur oratio, ornatus, ſpiritus, motuſque poterit eſſe maior. Concio, idem loquitur, capit omnem vim orationis, & grauitatem, varietatemque deſiderat. Item, & quamquam vna fere vis eſt eloquentiæ, tamen quia ſumma dignitas eſt populi, grauiſſima cauſſa reip. maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius & illuſtrius eſſe adhibendum videtur, maximaque pars orationis admouenda eſt ad animorum motus nonnunquã aut cohortatione, aut commemoratione aliqua &c. Propterea in Philippicis, cum apud Senatores diceret, non tanto vſus eſt verborum apparatu, vt in Pompeiana, & pro lege Agraria, quas orationes coram populo habuit. Ibidem.

Decimatertia poſitio, genus deliberatiuum, omnes ſtatus admittit, ſed potiſſimum duos, an ſit, & quale ſit; vt, ſint ne literæ græcæ diſcendæ; ſint ne vtiles, & neceſſariæ. Hoc affirmauerim contra quoſdam, qui dixerunt deliberationes nullum habere ſtatum, quorum ſententia, eſt ita aperte falſa, vt non ſit operę pretium eã pullis rationibus confutare. Satis igitur ſit hæc Ciceronis auctoritas, Atque etiam in deliberationibus, & laudationibus iidem exiſtunt ſtatus. Nam & negatur ſepe ea eſſe futura, &c. His ita expoſitis, reſtat, vt eas rationes refellamus, quas initio huius diſputationis attulimus, Vltr. Part.

vt ei finem faciamus.

Ad primam, ſi qui ſunt Rhetores, qui exiſti ment, hoc genus has duas tantum partes continere, ij grauiter errant: Quare hæ potiſſimum numerantur, quod ſint præcipuę, & aliæ aliquo pacto ad has reuocentur, cum in omnibus huius generis aliqua ſit ſuaſio, vel diſſuaſio.

Ad ſecundam, quo pacto hęc ratio ſoluenda ſit, patet ex ijs quę in prima poſitione docuimus, vbi diſcrimen horum verborum, ſuadere, & perſuadere attulimus. Finis ergo totius artis eſt perſuadere, huius generis vero ſuadere, vel diſsuadere. Quare hoc genus non vocatur ſuaſorium a perſuadendo, hoc eſt a probando, ſed a ſuadendo, id eſt a conſilio dando.

Ad tertiam, hæc etiam ratio ex ïs quæ in quarta poſitione ſtatuimus, plane diſſoluitur: nihil eſt igitur, vt aliquid ad eam reſpondendo dicamus.

Ad quartam, iam diximus, pro ratione perſonarum & locorum, atque etiam rerum hoc genus admittere, vel non admittere ornatum, maiorem vel minorem. Quod autem attinet ad motum, alio loco late diſputabo, cum de oratoris officio integrum librum faciam: nunc breuiter dixerim, in omni dicendi genere licere ad aliquod bonum perſuadendum aliquem adhibere motum.

Qua ratione oratio generis deliberatiui diſponenda ſit. Diſp. XII.

QVæ ad deliberationis naturam cognoſcendam faciunt, ea proxima diſputatione expoſuimus, dum de eius definitione, cauſſis, & partibus egimus: nunc qua methodo diſponenda ac tractanda ſit, nobis docendum eſt. Et cum nullas dubitandi rationes in medium, ſine vtilitate afferre uelim, ad poſitiones me confero.

Prima poſitio, deliberatio quattuor potiſſimum orationis partes admittit, exordium, propoſitionem, confirmationem, & epilogum. Nã quod attinet ad narrationem, quæ eſt præteritarum rerum expoſitio, ſua natura, in controuerſia de futuro non eſt neceſſaria: quando & quomodo poſſit incidere, paullo poſt docebo.

Secunda poſitio, deliberatio, ſua natura, non reſpuit exordium: Quoniam abrupta oratio, in hoc genere, quia temere ſuſcepta videretur, non placere, aut minus placere, ac perſuadere poteſt. Requiritur itaque in hoc genere exordium, vel ob noſtram perſonam, vt in Maniliana: vel propter aduerſarij calumnias, vt in ſeptima Antoniana: vel quia res de qua agitur maior, aut minor auditori videtur: vel denique ornatus cauſſa: interdum, ſed rarius nullum. Quod adhibebitur exordium, non eſt vndecunque ſu- Quin. lib. 3. c. 8. Hom. Ilia. 2.

mendum, ſed ex loco ad rem accommodato; vt ab officio perſonæ, a rei neceſſitate, a periculi magnitudine, & interdum a breui negocij expoſitione. In concionibus beneuolentia præcipue concilianda erit, maxime a ſuo ſtudio & voluntate: qua conciliatione priuatæ conſultationes non egent. Erunt autem exordia breuiora; & moderatus orationis ingreſſus.

Tertia poſitio, tunc deliberatio narrationẽ admittet, cum noſtra ſuaſio, ex eo quod geritur, aut geſtum eſt, naſcitur: Ideo Cicero pro lege Manilia narrat bellum geri cum potentiſſimis regibus; vnde naſcebatur conſultatio de Imperatore eligendo. Narratio argumentorum ſeminibus grauida eſſe debet; cum ſit ad probandum præcipue comparata: verum non ſolũ confirmationis, ſed etiam laudationis, reprehenſionis, & admonitionis cauſſa in hoc genus narrationes incidunt.

Olynt. 3. Phil. 3. Pro lege Man.

Quarta poſitio, narrationis loco hoc genus propoſitionem, partitionemve admittit. Debet autem propoſitio plerunque cum amplificatione fieri; ne oratio nuda, et ſicca, videatur, & res de qua agitur parui momenti: interdum tamen ſimplicior propoſitio, & rerum explicandarum partitio ſatis erit; quidem in ſeptima Antonianа poſuit Tullius:

Quincta poſitio, confirmationis loci ſunt fere iſti: honeſtum, laudabile, glorioſum, vtile, iucundum,

dum,

dum, tutum, neceſſarium, poſsibile, & facile, quæ ad tria capita reuocari poſſunt, ad honeſtum, vtile, & delectabile; quibus locis vtitur is qui ſuadet: diſſuaſor autem contrarijs, turpi, vituperabili, indigno, pernicioſo, moleſto, non tuto, non neceſſario, difficili, & impoſsibili. Ambobus communis eſt euentus, ſicuti & exempla; quæ magnam vim in deliberãdo habent. Locos, hic breuiter numeratos, ſequenti diſputatione planius ſingulorum uim & partes pateſaciẽdo, explicabimus. Poſſunt autem bifariam tractari, ſimpliciter, & comparate; demonſtrando quid honeſtius, quid vtilius, quid honeſtiſsimũ, & vtiliſsimum ſit, &c.

Sexta poſitio, cum conſultatio comparate tractabitur, eos locos præ manibus habere oportebit, quos ad hoc genus quæſtionis explicandũ fuſe numerauit Ariſtoteles; quos breuiter atq; perſpicue libro quarto de Inuentione nos expoſuimus: qui loci conſulere volenti deberent omnino eſſe perſpecti. Quandoquidem, vt Fabio viſum eſt, omnis deliberatio comparatione conſtat; ſed non ſola; tametſi præcipuum locum teneat. Sunt itaque, vt aliquot locos attingamus, magis eligenda, Quæ pluribus proſunt, diuturniora, ſolidiora, faciliora, quæ ſapientioribus probantur, quæ melioribus artibus quæruntur, id quod ſibi ſufficit, quod maioris boni cauſſa eſt, & ſimilia.

In Top. Cap. 22. & 23.

Septima poſitio, in allatis locis tractandis, hæc poterit ſeruari methodus. Prius agatur de
In Part. *malo, quam de bono. Et illud videndum, ait Cicero, quanto magis homines mala fugiant, quã ſequantur bona. Nam neque honeſta tam expetunt, quam deuitant turpia, &c. Deinde prius honeſtum, quam vtile; & prius vtile, quam neceſſarium, quod non ſolet venire in conſultationem, niſi ſit aliquo pacto dubium: a quo Tullius in Pompeiana auſpicatus eſt: iucundum vero poſteriore loco attingendum erit. Quæ capita, vt ſeorſim tractari poſſunt, ita interdũ coniunctim. Sed hoc loco videndum erit, qui ſint qui deliberant, & qui eorum mores, vt videamus, quem nam locum magis vrgere debeamus, honeſtatem an vtilitatem. Sed quia, ait Cicero, temporibus, quæ vim habẽt maximam, perſæpe euenit, vt vtilitas cum honeſtate certet, earumque contentio plerunque deliberationes efficit, ne aut opportuna propter dignitatẽ, aut honeſta propter vtilitatem relinquãtur; ad hanc difficultatem explicandam præcepta referamus.*
In Part. *Et quoniam non ad veritatem ſolum, ſed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt accommodanda eſt oratio, hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera: alterum indoctũ & agreſte, quod anteferat ſemper vtilitatem honeſtati: alterum expolitum; quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi*

laus,

laus, honor, gloria, fides, iuſtitia, omniſque virtus; illi autem alteri quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur; atque etiam voluptas, quæ eſt maxime inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrime ſequitur, neque ſolũ honeſtis rebus, ſed neceſſariis anteponit. In ſuadendo, cum ei homini conſilium des, ſępe ſane laudanda eſt. Nam, neque honeſta tam expetũt, quam deuitant turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis vllum decus tã vnquam expetat, quam vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat, quarum rerum dolor grauis eſt? Eſt genus hominum ad honeſtatem natum, malo cultu, prauiſque opinionibus corruptum. Quare in cohortando atq; ſuadendo propoſitum quidem nobis erit illud, qua vi bona conſequi, malaque vitare poſsimus: ſed apud homines bene inſtitutos plurimũ de laude, & de honeſtate dicemus, maximeque ea virtutum genera tractabimus, quæ in communi hominum vtilitate tuenda, augendaque verſantur. Sin apud indoctos imperitoſque dicemus, fructus, emolumenta, voluptates, vitationeſque dolorum proferantur, addantur etiam contumeliæ, atque ignominiæ. Nemo enim eſt tam agreſtis, quem non, ſi ipſa minus honeſtas, contumelia tamen & dedecus magnopere moueat. Et alio loco, ergo in ſuadẽdo, nihil eſt optabilius,

de rebus, quæ in conſultationem venire poſſunt, vtilitatis cauſſa ſumptum. Quo fit, vt huius generis ſubiecta materia, ſint res, de quibus eſſe poteſt deliberatio, quas infra priuatim recẽſebo.

Protope. Apoſtrope.

Tertia poſitio, huius generis præcipue partes ſunt ſuaſio, et diſſuaſio, et conſequenter, hortatio, dehortatio, petitio, conciliatio, conſolatio, commendatio, et nonnullæ aliæ, quas ſupra numerauimus. Eſt autem ſuaſio, oratio, quæ id qđ in conſultationem venit faciendum, explicat; diſſuaſio vero, quod eſt vitandum, exponit. Et quoniam tam diſſuaſio, quam ſuaſio duplex eſt, altera publica, altera priuata; ad Oratorem ſola publica ſuaſio pertinet. Hanc deliberationis diuiſionem aliqui ab officio ſumptam eſſe dicũt: quam poſſes etiam ad materiam reuocare. Nã conſultatio eſt de re, bona, vel mala; ſuademus bona, diſſuademus mala.

Cic. in Part. & Top.

Quarta poſitio, ſi proprie loqui velimus, huius generis finis eſt potius vtilitas, quam honeſtas. Nam, vt id docent Philoſophi, qui mores tractant, conſilium eſt de rebus quæ conferunt ad finem, et ad honeſtatem, quæ eſt politicæ vitę ſcopus, conſequẽdam ſunt accommodata: at quę ſunt huiuſmodi, vtilia dicuntur, cum ad finis cõſecutionem referantur, quamuis interdum honeſtatem annexam habeant: igitur.. Hæc autem vtilitas huiuſmodi eſſe debet, quæ cum honeſto non pugnet. Non negauerim tamen Oratorem

pro

pro perſonarum ratione, nunc vtilitatem, nunc honeſtatem, alias vtrunque ſimul auditoribus proponere debere. Neque fortaſſe quiſpiam perperam affirmaret, deliberationis finem, ratione auditorum, eſſe ipſum bonum, quod ſub ſe honeſtum, vtile, et delectabile continet.

Quinta poſitio, genus deliberatiuum proprie verſatur circa tempus futurum, minus proprie circa præſens, vel præteritum. Quo fit, vt non ita proprie loquantur, (quo etiam modo aliquando nos locuti ſumus) qui hoc genus diuidunt in deliberationem, quæ eſt de futuro, & in eam, quæ eſt de præſenti; vt ſi in Senatu, quæratur, qualia putanda ſint acta Cęſaris: aut quo animo ſint aliqui populi erga Romanos: cuiuſmodi quæſtiones alijs ſubijceres generibus; diceresque Senatores interdum, vel iudicis, vel ſpectatoris perſonam agere. Sua itaque natura deliberatio tempus futurum reſpicit; vt nō vno in loco docet Ariſtoteles: cuius auditor eſt Senator & is qui deliberat. Quint. Lib. 1. Rhet.

Sexta poſitio, huius generis motus eſt ſpes, vel reformidatio; hoc eſt, qui in deliberatione verſatur, in eis, qui audiunt, excitabit ſpem, ſi ſuadet; ſi vero diſſuadet, reformidationem, ſiue timorem: Siquidem ſpes nos ad aliquid faciēdum impellit, timor a faciendo reuocat. Doctrina eſt M. Tullij, qui loquens de eo quod ſibi proponit in hoc genere Orator, ait, in ſuaſione autē In part.

aut

aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

Septima poſitio, ea ſub deliberationem cadunt, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, & aliter eſſe, quę ſunt in noſtra poteſtate ſita, & quæ ad rem noſtram pertinent. Quare neceſſaria, & quæ per nos fieri non poſſunt, & quę noſtra nihil interſunt, non veniunt in conſilium. Cauebit igitur prudens Orator, ne quando iſta ſuadenda ſuſcipiat. Ea vero, de quibus in Senatu, vt plurimum, conſilium capitur, hæc fere ſunt. Bellũ, pax, facultates, ſiue ratio pecuniarum comparandarum, regionis cuſtodia, leges, & res quæ importantur, & exportantur. Hæc enim præcipue ad remp. bene gerendam ſunt neceſſaria. In rhetorica ad Alexandrum ſeptem harum rerum numerantur capita. Quare, qui in Senatu verſantur, hos & alios ſimiles locos deberẽt habere tractatos.

Ariſt. lib. 2. pol. c. 4.

Ariſt. lib. 1. Rhet.

Octaua poſitio, in deliberationibus tria ſunt ſpectanda; res de qua deliberatur, perſonæ quæ deliberant, & is qui ſuadet: his enim tribus, nec pluribus, nec paucioribus omnis abſoluitur conſultatio: in quibus quæ ſint neceſſaria, ſequentibus poſitionibus explanabo.

Nona poſitio, in re quæ in conſilium venit, hæc obſeruanda ſunt. Primum, an fieri poſſit, & ſi poſſit, an facile, an difficile. Deinde, eſto fieri poſſit, an ſit vtilis, an neceſſaria. Poſtremo, quo tempore, quo loco, quo modo, & quibus auxilijs.

xilijs. Primum & poſtremum coniectura quæruntur, & ad ſtatum pertinent coniecturalem: Secundum ad ſtatum qualitatis.

Decima poſitio, in perſona, quę deliberat, hęc ſpectanda ſunt: an ſint plures; vt totus populus, vel Senatus: an ſinguli; vt Cæſar, vel Cato; ſexus, an homo, an fœmina: ætas, an iuuenis, an ſenex: dignitas, an nobilis, an ignobilis & plebeius: mores, an honeſti, an turpes homines, & an honeſtate, an vtilitate ducantur.

Vndecima poſitio, in ſuaſore, hęc fere deſiderantur. Primum, harum rerum quas recenſebo notitia: boni ſeu humanæ felicitatis cognitio, ita vt ſciat quid ſit bonum, quæ eius partes: quæ certa & incerta bona; quæ item maiora & minora: earum rerum ſcientia, de quibus agit, vt facultatum, belli, cuſtodię, commeatus, & legũ; ita vt noſcat, quæ ad iſta bona comparanda, conſeruanda, & augenda conferunt: diſciplina rerum publicarum; denique cognitio morum, populi, ciuitatis, et ſingulorum apud quos dicit; cum pro morum varietate dicendi genus mutandum ſit. Ad conſilium autem de rep. dandum, ait Cicero, caput eſt noſſe remp. Ad dicendum vero probabiliter, noſſe mores ciuitatis: qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis eſt ſępe mutandum. Earumq́ rerum quas diximus cognitionem, Ariſtotelis ſcripta ſuppeditabunt. Deinde, in eo qui ſuadet vitæ integritas, Cic. lib. 2. Orat. In Eth. & Pol. In Rhet. lib. 1.

ſiue

tio. *At vero ſi in concione ad populum habeatur oratio, ornatus, & ſpiritus, motuſque poterit eſſe maior. Concio, idem loquitur, capit omnem vim orationis, & grauitatem, varietatemque deſiderat. Item, & quamquam vna fere vis eſt eloquentiæ; tamen quia ſumma dignitas eſt populi, grauiſſima cauſſa reip. maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius & illuſtrius eſſe adhibendum videtur, maximaque pars orationis admouenda eſt ad animorum motus nonnunquã aut cohortatione, aut commemoratione aliqua &c. Propterea in Philippicis, cum apud Senatores diceret, non tanto vſus eſt verborum apparatu, vt in Pompeiana, & pro lege Agraria, quas orationes coram populo habuit.* Ibidem.

Decimatertia poſitio, genus deliberatiuum, omnes ſtatus admittit, ſed potiſſimum duos, an ſit, & quale ſit; vt, ſint ne literæ græcæ diſcendæ; ſint ne vtiles, & neceſſariæ. Hoc affirmauerim contra quoſdam, qui dixerunt deliberationes nullum habere ſtatum, quorum ſententia, eſt ita aperte falſa, vt non ſit operę pretium eã pullis rationibus confutare. Satis igitur ſit hæc Ciceronis auctoritas, Atque etiam in deliberationibus, & laudationibus ijdem exiſtunt ſtatus. Nam & negatur ſepe ea eſſe futura, &c. His ita expoſitis, reſtat, vt eas rationes refellamus, quas initio huius diſputationis attulimus, Vltr. Part.

vt ei finem faciamus.

Ad primam, ſi qui ſunt Rhetores, qui exiſti ment, hoc genus has duas tantum partes continere, ij grauiter errant: Quare hæ potiſſimum numerantur, quod ſint præcipuę, & aliæ aliquo pacto ad has reuocentur, cum in omnibus huius generis aliqua ſit ſuaſio, vel diſſuaſio.

Ad ſecundam, quo pacto hęc ratio ſoluenda ſit, patet ex ijs quę in prima poſitione docuimus, vbi diſcrimen horum verborum, ſuadere, & perſuadere attulimus. Finis ergo totius artis eſt perſuadere, huius generis vero ſuadere, vel diſſuadere. Quare hoc genus non vocatur ſuaſorium a perſuadendo, hoc eſt a probando, ſed a ſuadendo, id eſt a conſilio dando.

Ad tertiam, hæc etiam ratio ex ijs quæ in quarta poſitione ſtatuimus, plane diſſoluitur: nihil eſt igitur, vt aliquid ad eam reſpondendo dicamus.

Ad quartam, iam diximus, pro ratione perſonarum & locorum, atque etiam rerum hoc genus admittere, vel non admittere ornatum, maiorem vel minorem. Quod autem attinet ad motum, alio loco late diſputabo, cum de oratoris officio integrum librum faciam: nunc breuiter dixerim, in omni dicendi genere licere ad aliquod bonum perſuadendum aliquem adhibere motum.

Qua ratione oratio generis deliberatiui diſponenda ſit. Diſp. XII.

Q*Væ ad deliberationis naturam cognoſcendam faciunt, ea proxima diſputatione expoſuimus, dum de eius definitione, cauſſis, & partibus egimus; nunc qua methodo diſponenda ac tractanda ſit, nobis docendum eſt. Et cum nullas dubitandi rationes in medium, ſine vtilitate afferre uelim, ad poſitiones me confero.*

Prima poſitio, deliberatio quattuor potiſſimum orationis partes admittit, exordium, propoſitionem, confirmationem, & epilogum. Nã quod attinet ad narrationem, quæ eſt præteritarum rerum expoſitio, ſua natura, in controuerſia de futuro non eſt neceſſaria: quando & quomodo poſſit incidere, paullo poſt docebo.

Secunda poſitio, deliberatio, ſua natura, non reſpuit exordium: Quoniam abrupta oratio, in hoc genere, quia temere ſuſcepta videretur, non placere, aut minus placere, ac perſuadere poteſt. Requiritur itaque in hoc genere exordium, vel ob noſtram perſonam, vt in Maniliana: vel propter aduerſarij calumnias, vt in ſeptima Antoniana: vel quia res de qua agitur maior, aut minor auditori videtur: vel denique ornatus cauſſa: interdum, ſed rarius nullum. Quod adhibebitur exordium, non eſt vndecunque ſu- Quin. lib. 3. c. 8. Hom. Ilia. 2.

mendum, ſed ex loco ad rem accommodato ; vt ab officio perſonæ, a rei neceſſitate, a periculi magnitudine, & interdum a breui negocij expoſitione. In concionibus beneuolentia præcipue concilianda erit, maxime a ſuo ſtudio & voluntate: qua conciliatione priuatæ conſultationes non egent. Erunt autem exordia breuiora, & moderatus orationis ingreſſus.

Tertia poſitio, tunc deliberatio narrationẽ admittet, cum noſtra ſuaſio, ex eo quod geritur, aut geſtum eſt, naſcitur: Ideo Cicero pro lege Manilia narrat bellum geri cum potentiſſimis regibus; vnde naſcebatur conſultatio de Imperatore eligendo. Narratio argumentorum ſeminibus grauida eſſe debet, cum ſit ad probandum præcipue comparata: verum non ſolũ confirmationis, ſed etiam laudationis, reprehenſionis, & admonitionis cauſſa in hoc genus narrationes incidunt.

Olynt. 3. Phil. 3. Pto lege Man.

Quarta poſitio, narrationis loco hoc genus propoſitionem, partitionemvè admittit. Debet autem propoſitio plerunque cum amplificatione fieri; ne oratio nuda, et ſicca, videatur, & res de qua agitur parui momenti: interdum tamen ſimplicior propoſitio, & rerum explicandarum partitio ſatis erit; qualem in ſeptima Antoniana poſuit Tullius:

Quincta poſitio, confirmationis loci ſunt fere iſti: honeſtum, laudabile, glorioſum, vtile, iucu-

dum, tutum, neceſſarium, poſsibile, & facile, quæ ad tria capita reuocari poſſunt, ad honeſtum, vtile, & delectabile; quibus locis vtitur is qui ſuadet: diſſuaſor autem contrarijs, turpi, vituperabili, indigno, pernicioſo, moleſto, non tuto, non neceſſario, difficili, & impoſsibili. Ambobus communis eſt euentus, ſicuti & exempla; quæ magnam vim in deliberãdo habent. Locos, hic breuiter numeratos, ſequenti diſputatione planius ſingulorum uim & partes patefaciẽdo, explicabimus. Poſſunt autem bifariam tractari, ſimpliciter, & comparate; demonſtrando quid honeſtius, quid vtilius, quid honeſtiſsimũ, & vtiliſsimum ſit, &c.

Sexta poſitio, cum conſultatio comparate tractabitur, eos locos præ manibus habere oportebit, quos ad hoc genus quæſtionis explicandũ fuſe numerauit Ariſtoteles; quos breuiter atq; perſpicue libro quarto de Inuentione nos expoſuimus: qui loci conſulere volenti deberent omnino eſſe perſpecti. Quandoquidem, vt Fabio viſum eſt, omnis deliberatio comparatione conſtat; ſed non ſola; tametſi præcipuum locum teneat. Sunt itaque, vt aliquot locos attingamus, magis eligenda, Quæ pluribus proſunt, diuturniora, ſolidiora, faciliora, quæ ſapientioribus probantur, quæ melioribus artibus quæruntur, id quod ſibi ſufficit, quod maioris boni cauſſa eſt, & ſimilia.

In Top. Cap. 22. & 23.

Septima poſitio, in allatis locis tractandis, hæc poterit ſeruari methodus. Prius agatur de In Part. *malo, quam de bono. Et illud videndum, ait Cicero, quanto magis homines mala fugiant, quã ſequantur bona. Nam neque honeſta tam expetunt, quam deuitant turpia, &c. Deinde prius honeſtum, quam vtile; & prius vtile, quam neceſſarium, quod non ſolet venire in conſultationem, niſi ſit aliquo pacto dubium: a quo Tullius in Pompeiana auſpicatus eſt: iucundum vero poſteriore loco attingendum erit. Quæ capita, vt ſeorſim tractari poſſunt, ita interdũ coniunctim. Sed hoc loco videndum erit, qui ſint qui deliberant, & qui eorum mores, vt videamus, quem nam locum magis vrgere debeamus, honeſtatem an vtilitatem. Sed quia, ait Cicero, temporibus, quæ vim habẽt maximam, perſæpe euenit, vt vtilitas cum honeſtate certet, earumque contentio plerunque deliberationes efficit, ne aut opportuna propter dignitatẽ, aut honeſta propter vtilitatem relinquãtur; ad hanc difficultatem explicandam præcepta referamus.* In Part. *Et quoniam non ad veritatem ſolum, ſed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt accommodanda eſt oratio, hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera: alterum indoctũ & agreſte, quod anteferat ſemper vtilitatem honeſtati: alterum expolitum; quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi*

laus,

laus, honor, gloria, fides, iuſtitia, omniſque virtus; illi autem alteri quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur; atque etiam voluptas, quæ eſt maxime inimica virtuti, boniqne naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrime ſequitur, neque ſolũ honeſtis rebus, ſed neceſſariis anteponit. In ſuadendo, cum ei homini conſilium des, ſæpe ſane laudanda eſt. Nam, neque honeſta tam expetũt, quam deuitant turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis vllum decus tã vnquam expetat, quam vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat, quarum rerum dolor grauis eſt? Eſt genus hominum ad honeſtatem natum, malo cultu, prauiſque opinionibus corruptum. Quare in cohortando atq; ſuadendo propoſitum quidem nobis erit illud, qua vi bona conſequi, malaque vitare poſsimus: ſed apud homines bene inſtitutos plurimũ de laude, & de honeſtate dicemus, maximeque ea virtutum genera tractabimus, quæ in communi hominum vtilitate tuenda, augendaque verſantur. Sin apud indoctos imperitoſque dicemus, fructus, emolumenta, voluptates, vitationeſque dolorum proferantur, addantur etiam contumeliæ, atque ignominiæ. Nemo enim eſt tam agreſtis, quem non, ſi ipſa minus honeſtas, contumelia tamen & dedecus magnopere moueat. Et alio loco, ergo inſuadẽdo, nihil eſt optabilius,

bilius, quam dignitas: nam qui vtilitatem putat, non qd maxime velit ſuaſor, ſed quid interdum magis ſequatur, videt. Nemo eſt enim præſertim in clara ciuitate, quin putet maxime expetendam dignitatem: ſed vincit vtilitas plerunque, cum ſubeſt ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem poſſe retineri.

Lib. 2. Orat.

Octaua poſitio, vtilitatis tractatio quattuor habet capita, duo ex parte boni, duo ex parte mali, quę ſuo ordine, prout ratio poſtulabit, tractanda erunt. Capita ſunt hæc, pro malo præſenti remouendo aut minuendo; & pro futuro vitando: pro bono quod poſſidetur conſeruando & augendo, & pro eo quod non habetur, adipiſcendo. Demonſtrandam itaque erit, ni fiant quę ſuademus, fore vt nō vitemus, non expellamus mala: non conſequamur bona, ſed adepta omittamus: Eademque ratione laus & gloria tractari poterunt. Quattuor itaque vtilitates ſpectādæ ſunt, cōſeruatio & adeptio boni, depulſio & vitatio mali: & rurſus duæ partes, quid ſit futurum ſi fiat, & quid ſi non fiat, quod ad euentū pertinet: Vbi intercedere etiam poteſt quæſtio comparata, demōnſtrando, an maiora ſint bona, quam mala. Quo loco cauendum erit, ne quod manifeſte obeſſe, aut prodeſſe poteſt, negetur: cū nihil magis auditorem offendat, quam rei manifeſtæ negatio. In ſumma, hic locus tractatur ꝓpoſitione et amplificatione ꝑ exēpla et ſimilia.

Nona

Nona poſitio, poſſibile, cuius partes ſunt, facile, & difficile, dupliciter tractatur: uel per aſſeuerationem & contrarietatem, vt eſt difficile, eſt facile: uel per negationem, & concceſſionē; vt, non eſt difficile, & eſto eſſet difficile; tamen eſt valde neceſſarium. Quare videndum erit, qui ordo ſit magis ad rem accommodatus. Vbi illud admonuerim, facilitatis & difficultatis cauſſas aperiendas eſſe; quas ex circumſtantijs facile erueres: & quia difficilia multas habere ſolent obiectiones; ſiquæ apparent, remouendæ erunt. Quare, qui ſuadet, demonſtrabit quod eſt difficile, fieri poſſe: qui vero diſſuadet, oſtendet facile eſſe difficile, & difficile impoſſibile.

Decima poſitio, propoſitum in deliberationibus, iuxta Hermogenis methodum, diuidi poteſt in duas partes, in probationem, & refutationē. Probatio ſumenda eſt ex locis enumeratis: refutationis hęc ſunt capita. Enſtaſis, vt, Non eſt ducenda vxor, ni ob aliud ſaltem vt cœlibē vitam ducamus. Antipariſtaſis, ſiue oppoſitionis ſolutio per inſtantiam, Nec eſt in hoc vitæ genere aliquid moleſtiarum, aut incommodi, vt quidam putant. Violenta definitio, Immo plurimum voluptatis, & vtilitatis eſt in vita matrimonij vinculo ſoluta. Euentus, neque in matrimonio deſunt curæ, ſi verum eſt, quod aliquando Baſilius ſcripſit, cumulum curarum ſuſcipere eum qui vxorem ducit. Baſil. epiſt. ad Greg.

Vt

Empor. Lul. *Vt autem adhuc ampliorem methodum ad deliberationes tractandas indicemus, hæc capita in deliberatione capienda ſpectanda propono, Theſin, ſiue propoſitum, hypotheſin, ſiue negotium & factum ipſum, circumſtantiam, cauſſam, & euentum. Hæc capita, alij gradus vocant, & gradum in generalem, proprium, perſonalem, cauſalem, & coniecturalem diuidunt.*

Primum itaq; ſumendum erit exordium ab aliqua ſententia, prouerbio, & chria, quæ ſit propoſito accommodata, uel a laude eius rei quę proponitur, aut a reprehenſione rei contrariæ. Vbi ad propoſitum ventum fuerit, paucis, ſi res poſtulabit, exponendum erit.

Poſtea, ad enumeratos gradus accedendum eſt; & quidem priore loco, ex facto, ſiue ex negotio, & circumſtantia, ſiue perſona, & cauſſa ipſa, hoc eſt, ex re, quæ in conſilium venit, elicienda eſt generalis quæſtio, ſiue theſis, quę vniuerſe tractanda erit. Vt ecce, conſilium capit Lucretia, an ob illatum a Rege ſtuprum ſe necare debeat; Facti genus eſt, vis, iniuria, contumelia: perſonæ, fœmina, nobilis, pudica, Cauſſę, ſiue rei ob quam conſultamus, nimirum mortis, atrox & arduum conſilium, factumque. Ex quibus hæc generalis oritur quæſtio, An ob illatā contumeliam, nobilis & pudica fœmina, graue conſilium capere debeat: quam tractare licet,

per

per gnomas, ſiue axiomata, & ſententias; vt ſunt hę, magis mortem, quam infamem vitam eſſe expetendam: Talem ſe eſſe demonſtrare oportere, qualem haberi velis: & id genus alię. Vbi illud adnotauerim, quæſtiones vniuerſales fieri poſſe de omnibus circumſtantijs, de perſona, de re, de fine, de modo, & de cæteris. Explicata theſi, quæſtioneve generali, ad hypotheſin, hoc eſt, ad negotium accedendum erit, vt in allato exemplo, ad ſtuprum, de quo ſine circumſtantijs agetur.

Poſtea veniendum eſt ad circumſtantiam perſonæ, ad Lucretiam, Tricipitini filiam, cuius caſtitas erat celebris: deceat ne talem fœminã, ſic viuere? In cauſſa, ſicut & in alijs capitibus quæri generatim poteſt, an aliud perfugium, an aliud ſolatium inueniri debeat in re tam graui, quam mors eſt. Hic per Enſtaſin, dicendum eſt, Mortem non eſſe in malis ponendam. Per antipariſtaſin, etiamſi non ſit bona; tamen fœminæ pudicæ & conſtanti, vita ſine honeſtatę & gloria, ducenda non eſt. Per violentiam, expetenda eſt mors, quæ eſt omnium malorum finis, & ad omnium bonorum poſſeſſionem aditus.

Sequitur vltimo loco euentus, quid eueniet, ſi ſe necauerit; vt ſuperbus Rex pœnas luat, nobilis familia ſuam gloriã retineat, &c. Quæ capita per tractationem locorum communium amplificari poterunt; vt, de animi magnitu-

dine,

dine, de pudicitia, de morte; quæ omnia exemplis amplificanda eſſent. Atq; de his hactenus.

Vltima poſitio, in deliberationibus concluſio, ſiue epilogus, in genere, conſtare debet enumeratione firmiſſimorum argumentorum, rerumque geſtarum exemplis: quibus affectus, quos diximus in auditore commouendi ſunt. Vterque vero, ait Tullius, ad augendum habeat exemplorum, aut recentium, quæ notiora ſunt, aut veterum, quo plus auctoritatis habeant, copiam. Maximeque ſit in hoc genere meditatus, vt poſſit, vel vtilia, ac neceſſaria ſæpe honeſtis, vel hæc illis anteferre. Ad commouendos autē animos maxime proficient; ſi incitandi erunt, huiuſmodi ſententiæ, quæ ad explendas cupiditates, aut ad odium ſatiandum, aut ad vlciſcendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto ſtatu fortunæ, dubijſque euentis rerum futurarum, & retinendis ſuis fortunis, ſi eſſent ſecundæ; ſin autem aduerſæ, de periculo commonendi. Erit autem epilogus breuior, vel longior, pro cauſſæ ratione; vt alibi docuimus.

Enumerantur ac exponuntur loci proprij generis deliberatiui. Diſp. XIII.

V*T multo melius orationem deliberatiuam diſponere poſſumus, eorum locorum, quos ſupra*

ſupra breuiter numerauimus, partes, exponere non erit inutile; quod hac diſputatione faciendum nobis eſt.

Prima poſitio, bonum ex quo in hoc genere omnis probationis vis dimanat, illud dicitur; quod eſt appetibile: cuius tria ſunt genera: Vnum, quod ſolum eſt per ſe expetendum, vt eſt ipſa felicitas & beatitudo, quæ nullo modo propter aliud expeti poteſt; ad quam tandem omnia expetibilia referuntur. Quæ duplex eſt, altera perfecta, poſita in omnium bonorum cumulo, qualis non eſt in hac vita: altera imperfecta, in illis ſita bonis, quæ ſunt naturæ conſentanea, & naturæ vi acquiri poſſunt: Alterum, quod ſolum propter aliud eſt expetibile, ut ſunt, opes, diuitiæ, & fortunæ bona: Tertium, quod licet ad aliud referatur, tamen adhuc expeteretur, ſi ad aliud non eſſet relatum, vt ſunt virtutes, & honeſtę actiones. Rurſus, bonum in tres diuiditur partes, in honeſtum, vtile, & delectabile: quas paullo latius nunc alijs poſitionibus explicabimus.

Secũda poſitio, honeſtum eſt ipſa virtus, aut id quod eſt à virtute profectum, aut virtuti cognatum; illud inquam, bonum quod ſua bonitate & pulchritudine eſt expetendum; quod, aut Deus præcipit, aut recta ratio præſcribit; aut humana lex recte decernit: quod ad cuiuſque officium pertinet; & in ſumma quidquid etiam

detracta

ria ipſam virtutem, atq; honeſtatem, vt vmbra corpus; quibus deſpicatio, contumelia, & ignominia, quę ex turpitudine manant, opponuntur. Quid autem ſit honor, quia laus, quid gloria, quæ ab eo qui dicit ignorari non debent, alibi
Lib. 2. de Inu. *docuimus.*

Quarta poſitio, vtile illud eſſe cēſetur, quod nullam habet in ſe rationem, cur propter ſe tantum expeti debeat; ſed ſolum alterius gratia expetitur, quod præſens bonum conſeruat, & abſens cōparat; reijcitve malum præſens, & auertit, quod imminet: quo inquā adipiſcimur, conſeruamus, amplificamus bona, vel remouemus, propulſamus, minuimus mala, vel animi, vel corporis, vel fortunæ. Sūt tamē quadā vtilia cū honeſtate coniūcta, ita vt ſeparari nō poſſint; vt ſunt amplitudo, gloria, dignitas, honor, & amicitia. Siquidē quiquid honeſtatis rationē habet, etiam vtilitatem continet, modo ad aliquid aliud aliquo pacto referri queat; vt virtutes ad beatam vitam. Vtile, diuidi poteſt in tutum, ſiue commodum, & in neceſſarium, quod
Lib. 2. de Inu. *vtilitatem neceſſariā vocat Cicero: de quibus ſequentibus poſitionib. dicetur. In vtilibus etiā quoſdam gradus animaduertere licet: nam alia ad tuendam honeſtatem, alia ad corporis, alia ad fortunæ bona conſeruanda ſunt vel neceſſaria, vel commoda: ex quibus alia colligitur bonorum diſtributio, quod alia ſint animi, vt virtutes*

tutes

tutes & ſcientiæ, alia corporis, vt valetudo robur, alia fortunę; vt opes, gratia, & amici. Itẽ, aliud eſt bonum publicum, aliud priuatum; illud eſt magis amandum & conſeruandum, quã hoc, quod ad illud refertur. Hic locus tractari poteſt, ſicuti & duo ſuperiores, per propoſitionem, diſtributionem, enumerationemque, per contraria, exempla, &c.

Quincta poſitio, Tutum dicitur id quod omni malorum metu & periculo vacat, quod ſine cura & periculo poſſidetur: commodũ vero, quod ad aliquid facilius acquirendũ, conſeruandũque vim habet; & quod plures vtilitates ſecum affert, & vitam ſtatumq; quietum gratum, iucundumque reddit. Hic etiam ſpectandum erit, quid ſit magis tutũ, magis cõmodũ; ex cauſſis efficientibus, iuuantibus, ex adiunctis, & ex aliys ſimilibus, & ſæpe repetitis locis. Hunc etiã locum eadem ratione, vt ſuperiores tractare licebit.

Sexta poſitio, neceſſarium eſt id, ſine quo res fieri nequit, aut niſi fiat & ſuſcipitur, incommoda ſequuntur: illud inquam, quod ni fecerimus, quæ habemus conſeruare, & quæ expetimus conſequi, aut præſentia incõmoda propulſare, futuraque depellere non poſſumus. Neceſſitatis, ſiue neceſſitudinis duas facit partes M. Tullius: quarum vna eſt ſimplex & abſoluta: altera cũ adiunctione. Illud dicitur ſimpliciter neceſſarium, cui nullo modo reſiſti poteſt, quin minus Lib. 2. de Inu.

fiat, aut eueniat: vt homines mortales interire; orto Sole, diem eſſe. Illud vero cum adiunctione, ſine quo aliquid honeſtum, vel vtile conſequi non poſſumus: quo modo neceſſarium eſt, vt cibo vtamur, ni velimus interire: neceſſariũ eſt vrbem obſeſſam ſeſe hoſti dedere, ni velit fame perire: liberare ſocios, fines defendere, ſi dignitatem retinere, ſi vitam conſeruare velimus. atq; hanc potiſſimum neceſſitatem tractat is, qui conſilium dat. Aliud itaque eſt, aliquid eſſe neceſſarium ad aliquem finem obtinendum, aliud eſſe commodum; vt ad iter faciendum equum, & ad vrbem expugnandam machinas. Poteſt autem eadem res aliquando eſſe vtilis & neceſſaria, diuerſorum bonorum comparatione: literæ vtiles ſunt ad comparandas opes, non tamẽ neceſſariæ, cum alijs modis comparari poſſint: ſimiliter diſciplinæ conferunt ad honeſte viuendum, ſed poteſt quiſpiam honeſte viuere ſine diſciplinarum cognitione. Videndum itaque erit, quid commodum, quid neceſsarium ſit: cum neceſſariũ vehementius vrgeat; & aliqua ſint adeo neceſſaria, vt eorũ cauſſa, etiã vita ſit exponenda.

Dem. olyn. 1. Phil. 7. Pro lege Man.

Quid igitur, inquit Cicero proficere poteſt hæc neceſſitudinis diſtributio? prope dicam, plurimum, cũ is locus neceſſitudinis videbitur incurrere. Nam, cum ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire poſſimus. Cum autem ita neceſſe

erit

erit, vt aliquid effugere, aut adipiſci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat vtilitatis, aut quid honeſtatis erit conſiderandum. Nam omni tempore id pertinebit, vt aut ad honeſtatem hoc modo exponenda neceſſitudo ſit, Neceſſe eſt hoc faciamus, ſi honeſte volumus viuere: aut ad incolumitatem, hoc modo, Neceſſe eſt, ſi incolumes volumus eſſe: aut ad commoditatem, hoc modo, Neceſſe eſt, ſi ſine incommodo volumus uiuere. Ac ſumma quidem neceſſitudo videtur eſſe honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia ac leuiſſima cõmoditatis: quæ cum his duabus numquam poterit comparari. Haſce autem inter ſe ſępe neceſſe eſt comparari, & quæ apud Tullium ſequuntur.

Ex his colligere licet, duodecim fieri poſſe hac in parte propoſitiones: tres ratione conſeruandorum bonorũ præſentium, animi, corporis, fortunæ: tres ratione eorundem bonorum abſentium comparandorum: tres ratione remouendorum malorum animi, corporis, fortunæ: & denique tres ratione eorundem malorum imminentium repellendorum. Hic etiam locus, eodem tractabitur modo, vt ſuperiores.

Septima poſitio, delectabile, ſiue iucundum eſt id, quod voluptatem & delectationem, animi, vel corporis, vel vtriuſque, præſentem, vel conſequentem aſſert: quod naturam recreat, ac reficit, & cũ ſuauitate afficit. Iucunda ſiue ani-

mi, ſiue corporis, ratione temporis diſtribuũtur in præterita, quorũ recordamur: in præſentia, quæ ſentimus: & in futura, quæ ſperamus. Hoc *boni genus, ideo eſt a natura inſtitutum; vel, vt ea quæ agunt ad agendum, quaſi quadam eſca, trahantur: vel vt labore iam defatigata recreentur, vireſque ad iterum agendum reſarciant. Quo fit, vt non ſit propter ſe expetibile, ſed vt alio referatur. Poteſt autem hoc bonũ, ſicuti & vtile cum honeſto eſſe coniunctum, ali quando cum eodem pugnare. Idem diceres, ſi cum vtilitate comparetur, cum qua interdum conſentiet, interdum vero diſſidebit. Quare, nõ eſt neceſſe, vt quod eſt aliquo modo delectabile, ſit vtile, vel honeſtum: cum tamen omne vtile et honeſtum ſit delectabile. Amplificabitur hic locus iucundorum diſtributione, comparatione, contrariorum conflictione, &c.*

Ariſt. lib. 10. eth.

Is vero maxime vrgebit, commouebitque, qui in re, quam ſuadere conatur, omnẽ boni vim atque rationem inueniri demonſtrabit. Nam cũ homines a boni ſpecie commoueantur, illud ſane maxime cõmouere poterit, quod nihil habebit mali, cur reĳci & omnem continebit rationem, cur appeti debeat: cuiuſmodi eſt ſola virtus, q̃ ex ſe eſt honeſta, vtilis, & delectabilis, atque etiam beata vita; quorum bonorum cauſſa omnia alia expetuntur: in quibus tandem humana conquieſcit appetitio.

Octaua

Octaua poſitio, poſſibile eſt id, quod modis quibuſdam conſeruari, aut comparari, aut fieri, aut remoueri poteſt: cuius partes ſiue modi ſunt, facile, difficile. Facile, illud dicitur quod ſine magno, aut ſine vllo labore, ſumptu, moleſtiaq; quam breuiſſimo tempore perfici poteſt. Labor autem, ſumptus, & tempus ſunt parua, aut per ſe conſiderata, aut comparatione rei præclaræ, & magni momenti, quam ſuademus. Ad facilitatē pertinet etiā agendi modus, quem præſcribere omnino debet is qui ſuadet, docēdo, qua ratione res pſuaſa, in vsū actionēq; redigi queat.

Modi explicatio, conſiſtit in demonſtratione cauſſarum, efficientium & iuuantium: in viribus ingenij, corporis, externorumq; bonorum; vt ſunt, amici, diuitiæ, opes, potentia, dignitas, gratia, auctoritas, & ſimilia; quæ ſpectari poſſunt in omnibus, & in ſingulis hominibus. Itē, in aſſignatione omnium circunſtantiarum, temporis, locorum, perſonarum, &c. Atque ex his facile deſcriberes contrarios locos, qui ad diſſuadendum conferunt.

Turpe eſt ipſum vitium, quod ex vitio profectum eſt, aut vitio cognatum: ſiue turpe eſt malum quod adiecta omni vtilitate, & iucunditate, propter ſuam turpitudinem eſt fugiendum; id denique, quod eſt honeſto contrarium.

Vituperabile, quod ignominiā præſentē, aut conſequentem affert.

Pernicioſum, quod nocet animo, corpori, aut externis bonis: quod vel omnino, vel aliqua parte labefactat bona quæ habemus, & impedit, quæ accedere poſſunt: & quod conſeruat, augetve mala præſentia, importatq; abſentia.

Moleſtum, ſiue iniucūdum quod, vel animo, vel corpori, vel vtrique triſtitiam, doloremque adfert.

Periculoſum eſt, quod periculis inſtantibus animæ aut corporis, aut fortunæ ſubiectum eſt: vel id per quod nobis, noſtriſque bonis proprijs, aut communibus diſcrimen imminet.

Non neceſſarium eſt id, ſine quo res aut conſeruari, aut comparari, aut fieri, aut eſſe poteſt.

Difficile vero, quod magnis laboribus, ſumptibus, ac longo tempore conficitur: quod qui diſſuadet, ita augere contendet, vt impoſſibile videatur.

Phil. 3.7. & 12. *Modus autem fugiendæ rei, ex iiſdem petendus eſt locis, vnde modum, ſiue facultatem faciendæ, petendum eſſe diximus. Atq; hi loci eadem ratione tractandi erunt, qua locos ſuaſionis tractandos eſſe diximus, per propoſitiones, enumerationes, contentiones, per exempla, & per alios.*

Huc pertinet cognitio eorū quæ fieri poſsūt; quorum capita & communes locos libro de Inuentione ſecundo numerauimus: vt eſt id, cuius contrarium ſimile relatum eſt, vel efficitur, id

cuius amor, & cupiditas eſt a natura, id quod eſt poſterius, ſi factum eſt quod eſt, prius, maius, pulchrius, & id genus alia: idem dicas de ijs, quæ fieri non poſſunt.

Nona poſitio, in genere deliberatiuo non habet paruam vim caput illud, quod ab euentis, & conſequentibus ſumitur, propterea eorum diſcrimina perpendenda erunt: certitudo, magnitudo, varietas, & ſimilia. Ad quorum confirmationem, exempla, quæ præcipuum locum habent in deliberando afferenda erunt. Facile.n. futura præteritis reſpondent, & experimentis homines permouentur; præſertim ſi ſint domeſtica, & recentia. Cauendum tamen eſt, ne contraria, aut diſparia exempla adducantur: vt accideret, quando non eſſet eadem deliberantium, & eorum, quos in medium adducimus ratio. Nec enim mouetur populus Senatorum exemplo, nec tyranni regum, nec reges tyrannorum, ſed quiſque ſimilium.

Decima poſitio, hi omnes enumerati loci, vim habent ex loco cauſſæ efficientis, & iuuantis, ſiue impellentis.

Denique vt ſit huic diſputationi finis, pro huius generis vſu legendæ ſunt orationes Demoſthenis, quæ fere in conſultatione verſantur; Ciceronis pro lege Manilia, pro lege Agraria, & omnes fere Antonianæ. Multæ ſunt huius generis orationes lectu dignæ, apud Liuium, quæ

Empor. Lul. *Vt autem adhuc ampliorem methodum ad deliberationes tractandas indicemus, hæc capita in deliberatione capienda ſpectanda propono, Theſin, ſiue propoſitum, hypotheſin, ſiue negotium & factum ipſum, circumſtantiam, cauſſam, & euentum. Hæc capita, alij gradus vocant, & gradum in generalem, proprium, perſonalem, cauſalem, & coniecturalem diuidunt.*

Primum itaq; ſumendum erit exordium ab aliqua ſententia, prouerbio, & chria, quæ ſit propoſito accommodata, uel a laude eius rei quę proponitur, aut a reprehenſione rei contrariæ. Vbi ad propoſitum ventum fuerit, paucis, ſi res poſtulabit, exponendum erit.

Poſtea, ad enumeratos gradus accedendum eſt; & quidem priore loco, ex facto, ſiue ex negotio, & circumſtantia, ſiue perſona, & cauſſa ipſa, hoc eſt, ex re, quæ in conſilium venit, elicienda eſt generalis quæſtio, ſiue theſis, quę vniuerſe tractanda erit. Vt ecce, conſilium capit Lucretia, an ob illatum a Rege ſtuprum ſe necare debeat; Facti genus eſt, vis, iniuria, contumelia: perſonæ, fœmina, nobilis, pudica, Cauſſę, ſiue rei ob quam conſultamus, nimirum mortis, atrox & arduum conſilium, factumque. Ex quibus hæc generalis oritur quæſtio, An ob illatā contumeliam, nobilis & pudica fœmina, graue conſilium capere debeat: quam tractare licet,

per

per gnomas, ſiue axiomata, & ſententias; vt ſunt hę, magis mortem, quàm infamem vitam eſſe expetendam: Talem ſe eſſe demonſtrare oportere, qualem haberi velis: & id genus alię. Vbi illud adnotauerim, quæſtiones vniuerſales fieri poſſe de omnibus circumſtantijs, de perſona, de re, de fine, de modo, & de cæteris. Explicata theſi, quæſtioneve generali, ad hypotheſin, hoc eſt, ad negotium accedendum erit, vt in allato exemplo, ad ſtuprum, de quo ſine circumſtantijs agetur.

Poſtea veniendum eſt ad circumſtantiam perſonæ, ad Lucretiam, Tricipitini filiam, cuius caſtitas erat celebris: deceat ne talem fœminā, ſic viuere? In cauſſa, ſicut & in alijs capitibus quæri generatim poteſt, an aliud perfugium, an aliud ſolatium inueniri debeat in re tam graui, quam mors eſt. Hic per Enſtaſin, dicendum eſt, Mortem non eſſe in malis ponendam. Per antipariſtaſin, etiamſi non ſit bona; tamen fœminæ pudicæ & conſtanti, vita ſine honeſtatę & gloria, ducenda non eſt. Per violentiam, expetenda eſt mors, quæ eſt omnium malorum finis, & ad omnium bonorum poſſeſſionem aditus.

Sequitur vltimo loco euentus, quid eueniet, ſi ſe necauerit; vt ſuperbus Rex pœnas luat, nobilis familia ſuam gloriā retineat, &c. Quæ capita per tractationem locorum communium amplificari poterunt; vt, de animi magnitudine,

dine, de pudicitia, de morte: quæ omnia exemplis amplificanda eſſent. Atq; de his hactenus.

Vltima poſitio, in deliberationibus concluſio, ſiue epilogus, in genere, conſtare debet enumeratione firmiſſimorum argumentorum, rerumque geſtarum exemplis: quibus affectus, quos diximus in auditore commouendi ſunt. Vterque vero, ait Tullius, ad augendum habeat exemplorum, aut recentium, quæ notiora ſunt, aut veterum, quo plus auctoritatis habeant, copiam. Maximeque ſit in hoc genere meditatus, vt poſſit, vel vtilia, ac neceſſaria ſæpe honeſtis, vel hæc illis anteferre. Ad commouendos autẽ animos maxime proficient, ſi incitandi erunt, huiuſmodi ſententiæ, quæ ad explendas cupiditates, aut ad odium ſatiandum, aut ad vlciſcendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto ſtatu fortunæ, dubiiſque euentis rerum futurarum, & retinendis ſuis fortunis, ſi eſſent ſecundæ; ſin autem aduerſæ, de periculo commonendi. Erit autem epilogus breuior, vel longior, pro cauſſæ ratione; vt alibi docuimus.

Enumerantur, ac exponuntur loci proprij generis deliberatiui. Diſp. XIII.

VT multo melius orationem deliberatiuam diſponere poſſumus, eorum locorum, quos

ſupra

ſupra breuiter numerauimus, partes, exponere non erit inutile; quod hac diſputatione faciendum nobis eſt.

Prima poſitio, bonum ex quo in hoc genere omnis probationis vis dimanat, illud dicitur; quod eſt appetibile: cuius tria ſunt genera: Vnum, quod ſolum eſt per ſe expetendum, vt eſt ipſa felicitas & beatitudo, quæ nullo modo propter aliud expeti poteſt; ad quam tandem omnia expetibilia referuntur. Quæ duplex eſt, altera perfecta, poſita in omnium bonorum cumulo, qualis non eſt in hac vita: altera imperfecta, in illis ſita bonis, quæ ſunt naturæ conſentanea, & naturæ vi acquiri poſſunt: Alterum, quod ſolum propter aliud eſt expetibile, ut ſunt, opes, diuitiæ, & fortunæ bona: Tertium, quod licet ad aliud referatur, tamen adhuc expeteretur, ſi ad aliud non eſſet relatum, vt ſunt virtutes, & honeſtæ actiones. Rurſus, bonum in tres diuiditur partes, in honeſtum, vtile, & delectabile: quas paullo latius nunc alijs poſitionibus explicabimus.

Secūda poſitio, honeſtum eſt ipſa virtus, aut id quod eſt à virtute profectum, aut virtuti cognatum; illud inquam, bonum quod ſua bonitate & pulchritudine eſt expetendum; quod, aut Deus præcipit, aut recta ratio præſcribit; aut humana lex rectè decernit: quod ad cuiuſque officium pertinet; & in ſumma quidquid etiam

detracta

detracta vtilitate & præmio, adhuc expeti debet. Honeſtum, ſicuti & decorum duplex eſt: alterum internum in animo ſitum, quod nihil aliud eſt, quam quædam animi pulchritudo & dignitas: alterum in quadam externa morum cõpoſitione collocatum, quod ſub aſpectum cadit; de quo nihil hoc loco eſt dicendum. Internum rurſus duplex: alterum, quo qui eſt ornatus, vere dicitur bonus, ſub quo omnes virtutes, & quæ ab his proficiſcuntur actiones continentur. Virtutum autem, aliæ diuinæ, a Deo diuinitus conceſſæ; aliæ humanæ, quas homines honeſte agendo ſibi comparant: quas omnes libro ſecundo de Inuentione Oratoria explicatas inuenies. Alterum quod hominem laude et honore dignũ facit, non tamen ſimpliciter bonum: ſub quo omnes artes & ſcientiæ, & earum partes continentur. Sunt etiam quidam honeſtatis gradus, qui in conſultando animaduertendi ſunt, Religio & cultus erga Deum: pietas erga patriam & parentes: caritas erga conſanguineos & aliqua affinitate coniunctos: obſeruantia erga eos quos aliquo honore dignos eſſe exiſtimamus, & quidam alij, quos Cicero recenſuit. Quamuis ergo omnia quæ diximus honeſtate contineantur: tamen ſi comparate tractentur, vnũ eſt alteri præferendum: Religio.n. omnibus bonis præponderat. Quo fit, vt ignoranter, ſtulte, & impie conſulant ij, qui alias Reip. & regni rationes, alias

Lib. 2. de Inu.

religionis eſſe putant: cum quidquid cum religione pugnat, dominium neceſſario labefactet, euertat: qua in re, an peccetur, alij dixerint; nobis, qui ad recte conſilium dandum locos indicamus, ſatis ſit id monuiſſe, nihil magis cum recta gubernãdi ratione pugnare, quam regnandi cauſſa, aliquo pacto religionem offendere; cũ vt clarum naturæ lumen oſtendit, non ſolum quæ Deo, ſed etiam quæ homini, & hoſti honeſte data fuerit fides, ſeruanda ſit. Tractatur hic locus per propoſitionem, cũ aliquid proponitur, tanquam honeſtum, pium, iuſtum, clemens, magnanimum, liberale, ſapiens, pulchrum denique, & decorum, aut pulchrius, & pulcherrimum. Amplificatur locis dialecticis, enumeratione, comparatione, contrariorum conflictione, effectis tum proprijs, tum communibus, cauſſis, & denique exemplis, & auctoritatibus.

Tertia poſitio, honorabile, ſiue laudabile, & glorioſum eſt quidquid cum virtute fit, aut eſt, eſſe ve putatur cum virtute coniunctum, quod præſentem, aut conſequentem laudem, commendationemque habet. Laudabilia itaque ſunt ea, quæ ſunt honeſta, & eo magis, vel minus, quo magis minuſve ad honeſtatem accedent. Vnde laudabiliores ſunt virtutes morum, quam cognitionis, & hæ magis, quam graduum dignitates, & opes; quibus minus proprie aliquis tribuitur honor. Sequuntur itaque honor laus, et glo

ria ipſam virtutem, atq; honeſtatem, vt vmbra corpus; quibus deſpicatio, contumelia, & ignominia, quę ex turpitudine manant, opponuntur. Quid autem ſit honor, quia laus, quid gloria, quæ ab eo qui dicit ignorari non debent, alibi Lib. 2. de Inu. *docuimus.*

Quarta poſitio, vtile illud eſſe cẽſetur, quod nullam habet in ſe rationem, cur propter ſe tantum expeti debeat; ſed ſolum alterius gratia expetitur, quod præſens bonum conſeruat, & abſens cōparat; reijcitve malum præſens, & auertit, quod imminet: quo inquã adipiſcimur, conſeruamus, amplificamus bona, vel remouemus, propulſamus, minuimus mala, vel animi, vel corporis, vel fortunæ. Sũt tamẽ quædã vtilia cũ honeſtate coniũcta, ita vt ſeparari nō poſſint; vt ſunt amplitudo, gloria, dignitas, honor, & amicitia. Siquidẽ quiquid honeſtatis rationẽ habet, etiam vtilitatem continet, modo ad aliquid aliud aliquo pacto referri queat; vt virtutes ad beatam vitam. Vtile, diuidi poteſt in tutum, ſiue commodum, & in neceſſarium, quod Lib. 1. de Inu. *vtilitatem neceſſariã vocat Cicero: de quibus ſequentibus poſitionib: dicetur. In vtilibus etiã quoſdam gradus animaduertere licet: nam alia ad tuendam honeſtatem, alia ad corporis, alia ad fortunæ bona conſeruanda ſunt vel neceſſaria, vel commoda: ex quibus alia colligitur bonorum diſtributio, quod alia ſint animi, vt virtutes*

tutes & ſcientiæ, alia corporis, vt valetudo robur, alia fortunę; vt opes, gratia, & amici. Itē, aliud eſt bonum publicum, aliud priuatum; illud eſt magis amandum & conſeruandum, quā hoc, quod ad illud refertur. Hic locus tractari poteſt, ſicuti & duo ſuperiores, per propoſitionem, diſtributionem, enumerationemque, per contraria, exempla, &c.

Quincta poſitio, Tutum dicitur id quod omni malorum metu & periculo vacat, quod ſine cura & periculo poſſidetur: commodū vero, quod ad aliquid facilius acquirendū, conſeruandūque vim habet; & quod plures vtilitates ſecum affert, & vitam ſtatumq; quietum gratum, iucundumque reddit. Hic etiam ſpectandum erit, quid ſit magis tutū, magis cōmodū; ex cauſſis efficientibus, iuuantibus, ex adiunctis, & ex aliis ſimilibus, & ſæpe repetitis locis. Hunc etiā locum eadem ratione, vt ſuperiores tractare licebit.

Sexta poſitio, neceſſarium eſt id, ſine quo res fieri nequit, aut niſi fiat & ſuſcipitur, incommoda ſequuntur: illud inquam, quod ni fecerimus, quæ habemus conſeruare, & quæ expetimus conſequi, aut præſentia incōmoda propulſare, futuraque depellere non poſſumus. Neceſſitatis, ſiue neceſſitudinis duas facit partes M. Tullius: quarum vna eſt ſimplex & abſoluta: altera cū adiunctione. Illud dicitur ſimpliciter neceſſarium, cui nullo modo reſiſti poteſt, quin minus Lib. 2. de Inu.

fiat, aut eueniat: vt homines mortales interire; orto Sole, diem eſſe. Illud vero cum adiunctione, ſine quo aliquid honeſtum, vel vtile conſequi non poſſumus: quo modo neceſſarium eſt, vt cibo vtamur, ni velimus interire: neceſſariũ eſt vrbem obſeſſam ſeſe hoſti dedere, ni velit fame perire: liberare ſocios, fines defendere, ſi dignitatem retinere, ſi vitam conſeruare velimus. atq; hanc potiſſimum neceſſitatem tractat is, qui conſilium dat. Aliud itaque eſt, aliquid eſſe neceſſarium ad aliquem finem obtinendum, aliud eſſe commodum; vt ad iter faciendum equum, & ad vrbem expugnandam machinas. Poteſt autem eadem res aliquando eſſe vtilis & neceſſaria, diuerſorum bonorum comparatione: literæ vtiles ſunt ad comparandas opes, non tamẽ neceſſariæ, cum alijs modis comparari poſſint: ſimiliter diſciplinæ conferunt ad honeſte viuendum, ſed poteſt quiſpiam honeſte viuere ſine diſciplinarum cognitione. Videndum itaque erit, quid commodum, quid neceßarium ſit: cum neceſſariũ vehementius vrgeat; & aliqua ſint adeo neceſſaria, vt eorũ cauſſa, etiã vita ſit exponenda.

Dem. olyn. 1. Phil. 7. Pro lege Man.

Quid igitur, inquit Cicero proficere poteſt hæc neceſſitudinis diſtributio? prope dicam, plurimum, cũ is locus neceſſitudinis videbitur incurrere. Nam, cum ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire poſſimus. Cum autem ita neceſſe

erit

erit, vt aliquid effugere, aut adipiſci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat vtilitatis, aut quid honeſtatis erit conſiderandum. Nam omni tempore id pertinebit, vt aut ad honeſtatem hoc modo exponenda neceſſitudo ſit, Neceſſe eſt hoc faciamus, ſi honeſte volumus viuere: aut ad inincolumitatem, hoc modo, Neceſſe eſt, ſi incolumes volumus eſſe: aut ad commoditatem, hoc modo, Neceſſe eſt, ſi ſine incommodo volumus uiuere. Ac ſumma quidem neceſſitudo videtur eſſe honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia ac leuiſſima cõmoditatis: quæ cum his duabus numquam poterit comparari. Haſce autem inter ſe ſępe neceſſe eſt comparari, & quæ apud Tullium ſequuntur.

Ex his colligere licet, duodecim fieri poſſe hac in parte propoſitiones: tres ratione conſeruandorum bonorũ præſentium, animi, corporis, fortunæ: tres ratione eorundem bonorum abſentium comparandorum: tres ratione remouendorum malorum animi, corporis, fortunæ: & denique tres ratione eorundem malorum imminentium repellendorum. Hic etiam locus, eodem tractabitur modo, vt ſuperiores.

Septima poſitio, delectabile, ſiue iucundum eſt id, quod voluptatem & delectationem, animi, vel corporis, vel vtriuſque, præſentem, vel conſequentem affert: quod naturam recreat, ac reficit, & cũ ſuauitate afficit. Iucunda ſiue ani-

mi,ſiue corporis,ratione temporis diſtribuũtur in præterita,quorũ recordamur: in præſentia, quæ ſentimus: & in futura,quæ ſperamus. **Hoc** *boni genus,ideo eſt a natura inſtitutum; vel,vt*
Ariſt. lib. 10. eth. *ea quæ agunt ad agendum, quaſi quadam eſca, trahantur: vel vt labore iam defatigata recreentur, vireſque ad iterum agendum reſarciant. Quo fit, vt non ſit propter ſe expetibile, ſed vt alio referatur. Poteſt autem hoc bonũ, ſicuti & vtile cum honeſto eſſe coniunctum, aliquando cum eodem pugnare. Idem diceres, ſi cum vtilitate comparetur, cum qua interdum conſentiet, interdum vero diſſidebit. Quare,nõ eſt neceſſe,vt quod eſt aliquo modo delectabile, ſit vtile, vel honeſtum: cum tamen omne vtile et honeſtum ſit delectabile. Amplificabitur hic locus iucundorum diſtributione, comparatione, contrariorum conflictione, &c.*

Is vero maxime vrgebit, commouebitque, qui in re,quam ſuadere conatur,omnẽ boni vim atque rationem inueniri demonſtrabit. Nam cũ homines a boni ſpecie commoueantur,illud ſane maxime cõmouere poterit, quod nihil habebit mali, cur reiici & omnem continebit rationem, cur appeti debeat: cuiuſmodi eſt ſola virtus, q̃ ex ſe eſt honeſta, vtilis, & delectabilis, atque etiam beata vita; quorum bonorum cauſſa omnia alia expetuntur:in quibus tandem humana conquieſcit appetitio.

Octaua poſitio, poſſibile eſt id, quod modis quibuſdam conſeruari, aut comparari, aut fieri, aut remoueri poteſt: cuius partes ſiue modi ſunt, facile, difficile. Facile, illud dicitur quod ſine magno, aut ſine vllo labore, ſumptu, moleſtiaq; quam breuiſſimo tempore perfici poteſt. Labor autem, ſumptus, & tempus ſunt parua, aut per ſe conſiderata, aut comparatione rei præclaræ, & magni momenti, quam ſuademus. Ad facilitatẽ pertinet etiã agendi modus, quem præſcribere omnino debet is qui ſuadet, docẽdo, qua ratione res pſuaſa, in vsũ actionẽq; redigi queat.

Modi explicatio, conſiſtit in demonſtratione cauſſarum, efficientium & iuuantium: in viribus ingenij, corporis, externorumq; bonorum; vt ſunt, amici, diuitiæ, opes, potentia, dignitas, gratia, auctoritas, & ſimilia; quæ ſpectari poſſunt in omnibus, & in ſingulis hominibus. Itẽ, in aſſignatione omnium circunſtantiarum, temporis, locorum, perſonarum, &c. Atque ex his facile deſcriberes contrarios locos, qui ad diſſuadendum conferunt.

Turpe eſt ipſum vitium, quod ex vitio profectum eſt, aut vitio cognatum: ſiue turpe eſt malum quod adiecta omni vtilitate, & iucunditate, propter ſuam turpitudinem eſt fugiendum; id denique, quod eſt honeſto contrarium.

Vituperabile, quod ignominiã præſentẽ, aut conſequentem affert.

Perniciosſum, quod nocet animo, corpori, aut externis bonis: quod vel omnino, vel aliqua parte labefactat bona quæ habemus, & impedit, quæ accedere poſſunt: & quod conſeruat, augetve mala præſentia, importatq; abſentia.

Moleſtum, ſiue iniucūdum quod, vel animo, vel corpori, vel vtrique triſtitiam, doloremque adfert.

Periculoſum eſt, quod periculis inſtantibus animæ aut corporis, aut fortunæ ſubiectum eſt: vel id per quod nobis, noſtriſque bonis proprijs, aut communibus diſcrimen imminet.

Non neceſſarium eſt id, ſine quo res aut conſeruari, aut comparari, aut fieri, aut eſſe poteſt.

Difficile vero, quod magnis laboribus, ſumptibus, ac longo tempore conficitur: quod qui diſſuadet, ita augere contendet, vt impoſſibile videatur.

Phil. 3.7. & 12. *Modus autem fugiendæ rei, ex iiſdem petendus eſt locis, vnde modum, ſiue facultatem faciendæ, petendum eſſe diximus. Atq; hi loci eadem ratione tractandi erunt, qua locos ſuaſionis tractandos eſſe diximus, per propoſitiones, enumerationes, contentiones, per exempla, & per alios.*

Huc pertinet cognitio eorū quæ fieri poſsūt; quorum capita & communes locos libro de Inuentione ſecundo numerauimus: vt eſt id, cuius contrarium ſimile relatum eſt, vel efficitur, id

cuius

cuius amor. & cupiditas eſt a natura, id quod eſt poſterius, ſi factum eſt quod eſt, prius, maius, pulchrius, & id genus alia: idem dicas de ijs, quæ fieri non poſſunt.

Nona poſitio, in genere deliberatiuo non habet paruam vim caput illud, quod ab euentis, & conſequentibus ſumitur, propterea eorum diſcrimina perpendenda erunt: certitudo, magnitudo, varietas, & ſimilia. Ad quorum confirmationem, exempla, quæ præcipuum locum habent in deliberando afferenda erunt. Facile.n. futura præteritis reſpondent, & experimentis homines permouentur; præſertim ſi ſint domeſtica, & recentia. Cauendum tamen eſt, ne contraria, aut diſparia exempla adducantur: vt accideret, quando non eſſet eadem deliberantium, & eorum, quos in medium adducimus ratio. Nec enim mouetur populus Senatorum exemplo, nec tyranni regum, nec reges tyrannorum; ſed quiſque ſimilium.

Decima poſitio, hi omnes enumerati loci, vim habent ex loco cauſſæ efficientis, & iuuantis, ſiue impellentis.

Denique vt ſit huic diſputationi finis, pro huius generis vſu legendæ ſunt orationes Demoſthenis, quæ fere in conſultatione verſantur; Ciceronis pro lege Manilia, pro lege Agraria, & omnes fere Antonianæ. Multæ ſunt huius generis orationes lectu dignæ, apud Liuium, quæ

quodam libello ſelectæ circunferuntur: multæ apud Virgilium, vt illa artificioſa oratio Corydonis ad Alexin, Veneris ad Iouem.

Libro 1. Aen.

O qui res hominumq; Deumq;
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres
Quid meus Aeneas in te cõmittere, &c.

Huc etiam refertur Iunonis oratio ad Aeolum.

Libro 1. Aen.

In eodẽ genere eſt oratio Ilionei oratoris Aeneę ad Didonem.

O Regina, nouã cui cõdere Iuppiter vrbẽ,
Iuſtitiaq; dedit gentes fręnare, &c.

Libro 2. Aen.

Itẽ artificioſiſſima Sinonis oratio ad Troianos:

Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint quæcunque fatebor
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo
Hoc primum, &c.

Lib. 4.

Item Annæ ad Didonem, qua ſuadere conata eſt, vt matrimonium cum Aenea inire vellet.

O luce magis dilecta ſorori,
Sola ne perpetua mœrẽs carpere iuuẽta?
Nec dulces natos, Veneris, nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?
Eſto, &c.

Item apud eundem Oratio Latini ad Turnum, & apud Ouidium Phœbi Oratio ad Phaëtontem.

tem filium. Atq; de hoc ſecundo genere, hæc dixiſſe ſufficiant: ad tertium ſtylum cõuertamus.

De natura & cauſsis generis Iudicialis. Diſputatio XIIII.

NOn me latet eſſe quoſdam dicendi artifices, qui ideo de hoc genere pauca ſibi dicenda eſſe arbitrãtur, quod videant accuſandi, & defendendi munus, his temporibus, eſſe prorſus ab oratoribus ad Iuriſperitos delatum, & non tam dictione, quàm ſcriptione, non oratoria, ſed potius Dialectica, aut nec Dialectica quidem, ſed alia quadam ratione, iudiciales cauſſas, ab ijs, qui nihil oratoriæ dignitatis retinent, tractari. Quæ, etſi ita ſint, tamen hoc genus nullo modo eſt negligendum, cum eius diligens tractatio, atque cognitio, non paruas ſecum vtilitates afferat. Nec propterea quod de hoc genere vnicam tantum diſputationem faciemus, pauca de eo nos ſcripſiſſe exiſtimare quiſpiã debet; cum multa, quæ de alijs generibus dicta ſunt, huic generi inſeruiant; & quæ de ſtatibus diximus, & omnia fere, quæ libro de oratoria Diſpoſitione docuimus, ad hoc genus tractandũ referenda ſint: Atque etiam idem dicas de ijs, quæ in libris de Inuẽtione tradidimus. Hoc itaq; loco illud eſt nobis propoſitum, vt vniuerſe huius generis naturam explicemus, quod ſequentibus poſitionibus faciemus.

Prima

Prima poſitio, ea doctrina quæ de genere iudiciali a veteribus dicendi magiſtris tradita fuit, eſt etiam his temporibus vtilis, ac etiam neceſſaria. Primo, confert hæc doctrina ad Rhetorum ſcripta recte intelligenda, præſertim veterum; vt Quinctiliani, Hermogenis, Tullij, & aliorum. Deinde, ad ſummorum oratorum huius generis orationes recte explicandas. Præterea, ſi qui nunc verſantur in foro, & in cauſſis iudicialibus, ea cognoſcerent; quæ veteres dicendi Magiſtri tradiderunt, & ſpeciatim quæ de ſtatibus docuerunt, non paruam vtilitatem inde perciperent. Poſtea, multæ ſunt dicēdi formæ, huic generi ſubiectæ, quæ etiam his temporibus vel publice, vel priuate in vſum veniunt; præſertim in ſcribendis epiſtolis, quarum multę ſpecies ſub hoc genere continentur: ac etiam in eccleſiaſticis controuerſiis, & concionibus. Denique, in omni vita, dum vel alios accuſamus, vel arguimus, nosve ipſos defendimus præceptis, doctrinaque ad hoc genus pertinente, vti non raro poſſumus.

Secunda poſitio, hoc genus a Græcis δικανικὸν, nominatur, vel a δίκη, id eſt a cauſſa, vel ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ, id eſt a indice. Latini genus iudicij, & iudiciale, iuridicialem cauſſam, litē, & forenſe dicendi genus vocant, quod eas continet controuerſias, quæ iudicio & ſententia terminandæ ſunt: quare a iudicio, ſiue a iudicando

ſic

ſic appellatum eſt.

Tertia poſitio, hoc genus hũc in modum deſcribi ſolet, Iudiciale genus eſt, quod poſitum, in iudicio, habet in ſe accuſationem & defenſionẽ, aut petitionem & recuſationem. Vel hoc modo, Iudiciale genus eſt, quod poſitum in controuerſia, habet accuſationẽ, aut petitionem cum defenſione. Circa quas definitiones, quæ ſubijciã, ex aliorum ſententia hæc animaduertẽda ſunt. Primum, eas aſſignari per materiam et partes: materia eſt controuerſia, ſiue iudicium, controuerſia, inquiunt, non quæcunque, ſed quæ in iudicio tractatur: & iudicium, hoc eſt, controuerſia iudicanda. Deinde, adnotarunt quidam, accuſationem & defenſionem proprie dici, in illis cauſſis in quibus agitur de crimine, petitionem vero & recuſationem in illis, in quibus de rebus repetendis: quas cauſſas, criminales & ciuiles vocant. Huc facit illa cauſſæ iudicialis deſcriptio, quam in altero de Inuentione libro attulit M. Tullius, cum dixit, Iuridicialem cauſſam eſſe in qua æqui et iniqui natura, præmij, aut pœnæ ratio quæritur. Alij vero hoc pacto accuſationem & petitionem diſtinguunt, quod illa ſit in iudicijs publicis hæc in priuatis; quare, qui publice agit, proprie accuſator, qui priuate, petitor nominatur; ſed interdum ſine vllo diſcrimine has voces vſurpauit Tullius. Denique, illud etiam adnotatum eſt, petitionem & recuſationem,

Auct. Heren.

Aſce. Prut. lib. 3. cap. 11.

In Part.

nem, ad duas alias partes reuocari poſſe; cum qui petit, eum accuſet, a quo ſuum iniuſte retineri ait, & qui recuſat, ſe defendat.

Quarta poſitio, materia huic generi ſubiecta, ſunt crimina, vel expreſſe, vel tacite commiſſa, ſiue quidquid aliqua ratione iuſtitiã æquitatemve lædit: vel, vt nunc loquuntur, cauſſa ciuilis, vel criminalis. Primi generis exemplũ habes in oratione pro Roſcio Comœdo: ſecundi in Catilinarijs, Verrinis, & in quibuſdam alijs apud M. Tullium.

Quincta poſitio, ſub hoc genere hæ continentur formæ: Accuſatio, defenſio, expoſtulatio, purgatio, exprobratio, deprecatio, comminatio, inuectiua, & harum ſimiles: quarum partium nonnulla exempla videre licet apud Macropedium. Rurſus, ex Fabij doctrina, iudicialium Lib. 3. capit. 10. *cauſſarum quattuor ſunt genera vnũ ſimplex, vt eſt illud, in quo vna de tantum agitur: alterum coniunctum, quod plura continet capita, quæ, vel ſunt vnius generis, vt repetundarũ, vel diuerſorum, vt furti & ſacrilegij, cuiuſmodi erat cauſſa Verris, & Cœlij; vt in tractatione de Statibus diximus: tertiũ in quo cauſſæ abſolutæ & comparatæ continentur; ad quod reuocantur illæ orationes in quibus de perſonis comparate agitur, vt de actore conſtituendo, quas diuinationes vocant, & de delatoribus, vter præmium meruerit. Cur autem illæ diuinationes*

nes vocentur, plures reduntur rationes, & ſpeciatim illa, quod nō de facto, ſed de futuro quæratur, cuius eſt diuinatio. Quartum genus, in mutua accuſatione verſatur, quam Græci Anticategorian vocant: qua litigantes, vel de eodem, vel de diuerſo crimine inter ſe accuſant. Gel. lib. 2.c. 4.

Sexta poſitio, huius generis finis, ex parte oratoris eſt æquitas, ſiue iuſtum; ex parte auditorum, defendendo clementia, ſiue miſericordia, accuſando, ſæuitia: tempus verò, præteritum: locus, forum & ſubſellia auditor, iudex, & diſceptator.

Septima poſitio, in cauſis iudicialibus dicendi genus debet eſſe concitatum, neruorum plenum, in quo potiſſimum enthymemata dominentur, non omnino ornatum & floridum, non tamen incomptum, et ſqualidum. Genus autem hoc orationis, ait Tullius, de ornato loquens, neque totum aſſumendum eſt ad cauſſas forenſes, neque omninò repudiandū. Si enim ſemper vtare; cum ſatietatem affert, & quæ apud ipſum ſequuntur. In orat.

Octaua poſitio, hoc genus, quod ad diſpoſitionem attinet, omnes admittit orationis partes, exordium, narrationem, propoſitionem, contentionem, atque perorationem: quæ quales eſſe debeant, integro libro de Oratoria Diſpoſitione docuimus: cum quæ ibi de diſpoſitione traduntur præcepta, priuatim huic generi inſeruiant.

Nihil

Nihil eſt igitur, vt hoc loco de diſponendi ratio ne in hoc genere ſeruanda aliquid dicamus. Huc etiam pertinent, quæ de ſtatibus agentes ſcripſimus; vbi ſingulorum ſtatuum capita, ex Hermogenis doctrina expoſuimus.

Nona poſitio, qui ſint huius generis loci, cognoſcere licet ex doctrina in libro de ſtatibus explicata: cui etiam aliorum generum loci inſeruiunt. Quare, pro ſtatuum diuerſitate, varij ſunt ſeligendi loci: & in ſumma, perſonarum attributa, humanarum actionum cauſſæ, circūſtantiæ, in iudicijs, plurimum valent.

Decima poſitio, qui vult in hoc genere verſari, earum rerum cognitionem præcipue habere debet, quas proxime recenſebo. Quæ ſit natura iuſtitiæ & iniuſtitię: quid iniuria, qui faciant iniuriam, quibus, ob quas cauſſas; quarū duæ ſunt pręcipuę, vtile & iucundum: quare, quæ vtilia, quę iucunda ſint cognoſcendum erit: quæ minor iniuria; legeſq; quæ ad cauſſas iudiciales pertinent: actionum formæ modive agendi in iudicijs: loci extrinſeci, qui potiſſimum iudicijs inſeruiunt, vt præiudicia, teſtes, quæſtiones, & alij: de quibus fere omnibus in libris de Inuentione egimus. Et vt illud etiam addiderim, qui M. Tullij orationes iudiciales exponere, rectève intelligere voluerit, ius ciui e Romanorum: conſuetudineſque iudiciorum antiquas cognitas habere debebit: quam cognitionem, tū

ex pandectis, tum ex ſcriptis eorum qui de Romanorum legibus & iure ſcripſerunt, ſumere licebit. Huius generis orationes apud Ciceronẽ multa habes exempla; vt eſt oratio pro Roſcio Amerino, pro Ligario, Cluentio, Flacco, Deiotaro, Sylla, & quædam aliæ. Antequam autem huic diſputationi finẽ faciã, quæ de præmij petitione ſcripſit M. Tullius, ea adſcribere placet, quæ interdum vſui eſſe poſſunt. Tullius itaque præmij cauſsam in quattuor partes diſtribuit, in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates. Beneficia ex ſua vi, ex tempore, ex animo eius qui fecerit, ex cauſſa cõſiderantur. Ex ſua vi quærentur hoc modo, magna an parua, facilia an difficilia, ſingularia ſint an vulgaria, vera an falſa quadam ex oratione honeſtentur. Ex tempore autem, ſi tunc cum indigeremus, cum cęteri non poſſent, aut nollent opitulari, ſi tunc cum ſpes deſeruiſset, opitulatus ſit. Ex animo, ſi non ſui commodi cauſſa, ſed eo conſilio fecit omnia, vt hoc conficere poſſet. Ex caſu, ſi non fortuna, ſed induſtria, factum videbitur, aut ſi induſtriæ fortuna obſtitiſſet. In hominem autẽ, quibus rationibus vixerit, quid ſumptus in eam rem, aut laboris inſumpſerit, &, ſi quid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut deorum bonitatis præmium ſibi poſtulet: num aliquando ipſe talem ob cauſſam aliquem præmio affici negarit oportere: aut num iam ſatis

Lib. 2. de Inu.

tis

tis pro eo, quod fecerit, honos habitus ſit: aut, num neceſſe fuerit ei facere id, quod fecerit: aut, num huiuſmodi ſit factum, vt, niſi feciſſet, ſupplicio dignus eſſet, non, quia fecerit, præmio: aut, num ante tempus præmium petat, & ſpem incertam certo venditet pretio: aut, num, quo ſupplicium aliquod vitet, eo præmium poſtulet, vti de ſe præiudicium factum eſſe videatur. In præmij autem genere, quid, & quantum, & quamobrem poſtuletur, & quo, & quanto quęque res præmio digna ſit, conſiderabitur. Deinde, apud maiores quibus hominibus, & quibus de cauſſis talis honos ſit habitus, q̃retur. Deinde, ne is honos nimium peruagetur. Atque hic eius, qui contra aliquem præmium poſtulantē dicet, locus erit communis, præmia virtutis, & officij ſancta, & caſta eſſe oportere, neque ea, aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Et alter, minus homines virtutis cupidos fore virtutis pręmio peruulgato. Quæ enim rara, & ardua ſint, ea ex præmio pulchra, & iucunda hominibus videri. Et tertius, ſi exiſtant qui apud maiores noſtros ob egregiam virtutem tali honore dignati ſunt, non ne de ſua gloria, cum pari præmio tales honores affici videant, deliberari putent? & eorum enumeratio, & cum eis, quos contra dicat comparatio. Eius autem, qui præmium petet, facti ſui amplificatio, & eorum, qui præmio

affecti ſunt, cum ſuis factis contentio. Deinde, ceteros a virtutis ſtudio repulſum iri, ſi ipſe præmio non ſit affectus. Facultates autem conſiderantur, cum aliquod pecuniarum præmiũ poſtulatur; in quo, vtrum copia ſit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria conſiderantur. loci communes, facultates augere, non minuere oportere; & impudentem eſſe, qui pro beneficio, non gratiam, verum mercedem poſtulet. Cõtra autem de pecunia ratiocinari, ſordidum eſſe, cum de gratia referenda deliberetur, & ſe non pretium pro facto, ſed honorem, ita vt factitatum ſit, pro beneficio poſtulare. Hactenus Cicero, & nos etiam de iudiciali genere.

De genere didaſcalico, ſiue doctrinæ. Diſputatio XV.

QVamuis didaſcalicum, ſiue didacticum dicendi genus non ſit ab alijs generibus diſtinctum, vt ſupra docuimus; cum in omni oratione, & præſertim in demonſtratiua docendũ ſit: tamen facilitatis & doctrinæ cauſſa, de eo ſpeciatim aliqua præcepta tradere, & ab alijs diſtinguere, & ſeorſim explicare non eſt inutile. Quæ ergo de hoc genere dicenda nobis occurrunt, miſſis hac in parte dubitandi rationibus, & opinionibus, quas alibi attulimus, ſequentibus poſitionibus complectemur.

[Mercl. libro 1.] *Prima poſitio, genus didaſcalicum eſt methodus dialectica explicandi euoluendique tam ſimplices, quam coniunctas quæſtiones. Ita aliqui deſcribunt: Vel eſt, quod veritatis cognoſcendæ gratia ſuſceptum, accõmodate ad docendum tractatur: vel Quæſtio docendi cauſſa ornate & copioſe tractata.*

Secunda poſitio, genus didacticum non ſolum ad Dialecticos, vel Philoſophos, ſed etiam ad oratorem pertinet. Hoc affirmauerim contra quoſdam, qui de hoc genere mentionem facientes, totum ab arte dicendi reijciunt: ac proinde nihil de eo ſibi dicendum putant. Quorum ſententiam falſam eſſe, non vno in loco a nobis demonſtratum eſt: quare in præſentia nihil ad huius poſitionis confirmationem dicam. Cur autẽ Rhetores de hoc genere, aut nihil, aut parũ ſane quid dixerint, has rationes aſſignare licet. Primum, quia non erat omnino certum, an ad oratorem pertineret: deinde quia admodum pauca de eo dicẽda erant; cum quæ de alijs generibus, & maxime de demonſtratiuo, cui eſt valde ſimile, dicuntur, huic generi facile accommodentur. præterea quia habet eandem fere tractandi rationem, quam ſtatus definitiuus; poſtremo, quia rarius vſurpari & ſeorſim tractari ſolet ab ijs qui in concione verſantur; ſed fere coniunctim cum cauſſis finitis, & cum ijs quæ ad actionem referuntur. Cęterum nullo modo dicendum eſt,

[Supra libro 1. Diſput. 1. Lib. 1. de ar. dicẽd.]

non

non poſſe, & interdum non debere ſeorſim ab Oratore tractari.

Tertia poſitio, huius generis, tractatio, atque cognitio in dicendi ratione eſt maxime vtilis, ac etiam neceſſaria. Primum quoniam, hoc genus confert ad tractandos cõmunes locos, quorũ in omni fere ſubiecta materia maximus eſt vſus: hi.n. loci methodo fere didaſcalica explicãtur: quo fit vt maxime inſeruiat generi demonſtratiuo; ad quod ſupra pertinere diximus. Deinde, quoniam explicatio quæſtionum definitarũ, quæ in iudicijs & deliberationibus occurrũt, ex huius generis tractatione pendet. Poſtea, qui hoc genus non habent cognitum, atq; tractatum, in omni re, & loco, & apud omnes perfecti oratoris munere perfungi nequeunt. Denique, ne in re manifeſta confirmanda diutius immorer, cũ ſæpenumero orator, non tam delectare, ac mouere, quam docere debeat: qui hoc genus ad docendum comparatum ignorant, apte ad docendum dicere minime poterunt.

Quarta poſitio, longe diuerſa ratione tractatur hoc genus ab oratore, quam a Dialectico, et Philoſopho. Primum Orator tractat hoc genus ornate, copioſe, ſplendideque. Dialecticus vero ſine vllis verborum ornamentis, conciſe, atque ieiune: ille rationibus veriſimilibus et ad popularem ſenſum accõmodatis, hic certis argumentis, aut quantũ fieri poteſt firmis, rebus ipſis cõ-

ſentaneis: ille apte ad homines rudes & idiotas inſtruendos, hic ad homines non ignaros docendos accõmodate diſſerit: ille vulgi aſſenſum auriumq; voluptatem ſpectat, hic ſapientium iudicium & approbationem: ille non ſolum rationibus, ſed etiam ipſo dicendi genere fidem facit, hic tantum rationibus: hic ſubtiliter diſſerit, ille craſſa quadã ratione. Hæc.n. noſtra oratio, inquit Antonius, multitudinis eſt auribus accõmodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, & ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Quare de animorum immortalitate, de bonorũ & malorum finibus, de diuina prouidentia, de diuinatione, de fato, & denique de mundi æternitate hi duo artifices differerent; & alijs interdum, aliterque tractatis locis.

Lib. 2. Orat.

Quincta poſitio, hoc genus omnes admittit ſtatus; An ſit, quid ſit, & quale ſit. Doctrina *eſt manifeſta: quandoquidem hi tres quærendi modi huius generis vim attingere videntur: cũ ſolum ſciendi cauſſa, quæſtiones iſtæ ſuſceptæ videantur.*

Sexta poſitio, huius generis ſubiecta materia ſunt quæſtiones cognitionis & infinitæ: quæ partim ſimpliciter, partim coniũcte tractari, ac explicari poſſũt: quo fit, ut duo ſint genera quæſtionum, quæ huic generi ſubijciuntur: vnum quo quæſtio ſimplex, alterum quo coniuncta continetur.

netur. Simplex quæſtio dicitur cum alicuius rei vnum, vel plura capita explicanda proponuntur; vt ſi quæratur, quid ſit maieſtas, quæ rhetoricæ partes, qui medicinæ finis: coniuncta vero, cum rei attributum per aliquem locum, ſiue argumentũ, probatur; vt ſi proponatur hæc quæſtio probanda, An terra ſit globoſa, in qua aliquid confirmandum, aut refellendum eſt.

Septima poſitio capita, quæ ſimplici quæſtione de re quapiam inueſtigari poſſunt, & ſolent, ſunt fere iſta: Quid rei vocabulum ſignificet: an res ſit, quod per nominis definitionem inueſtigari ſolet: quo referuntur quæſtiones de præterito, & futuro, an fuerit, & an futura ſit: quid res ſit, quæ explicatur per inuentionem generis & differentiæ: quæ ſint rei cauſſæ, tum intrinſecæ materia & forma, tum extrinſecę efficiens & finis: quæ rei partes ex quibus conficitur, vt ſũt illæ, quas integrantes vocant; quo etiã refer res ſpecies, quas partes ſubiectas appellant: quæ proprietates & attributiones; quo etiam reuocares officiũ: qui effectus & operationes: quæ adiuncta, ſiue circumſtantiæ; quæ cognata, ſeu ſimilia, quæ contraria, & oppoſita, ſiue diſſimilia. Quod ſi de eadem re comparate ageretur, aliæ conſurgunt attributiones, quæ ad coniunctã pertinerent quæſtionem; vt, an ſit melior, an maior, an prior, an vtilior, an honeſtior, & ſic de alijs. Vel vt breuius ac ſimplicius dicamus,

ſentaneis: ille apte ad homines rudes & idiotas inſtruendos, hic ad homines non ignaros docendos accõmodate diſſerit: ille vulgi aſſenſum auriumq; voluptatem ſpectat, hic ſapientium iudicium & approbationem: ille non ſolum rationibus, ſed etiam ipſo dicendi genere fidem facit, hic tantum rationibus: hic ſubtiliter diſſerit,
Lib. 2. Orat. *ille craſſa quadã ratione. Hæc.n. noſtra oratio, inquit Antonius, multitudinis eſt auribus accõmodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, & ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Quare de animorum immortalitate, de bonorũ & malorum finibus, de diuina prouidentia, de diuinatione, de fato, & denique de mundi æternitate hi duo artifices differerent; & alijs interdum, aliterque tractatis locis.*

Quincta poſitio, hoc genus omnes admittit ſtatus; An ſit, quid ſit, & quale ſit. Doctrina eſt manifeſta: quandoquidem hi tres quærendi modi huius generis vim attingere videntur: cũ ſolum ſciendi cauſſa, quæſtiones iſtæ ſuſceptæ videantur.

Sexta poſitio, huius generis ſubiecta materia ſunt quæſtiones cognitionis & infinitæ: quæ partim ſimpliciter, partim coniũcte tractari, ac explicari poſſũt: quo fit, ut duo ſint genera quæſtionum, quæ huic generi ſubijciuntur: vnum quo quæſtio ſimplex, alterum quo coniuncta continetur.

netur. Simplex quæſtio dicitur cum alicuius rei vnum, vel plura capita explicanda proponuntur; vt ſi quæratur, quid ſit maieſtas, quæ rhetoricæ partes, qui medicinæ finis: coniuncta vero, cum rei attributum per aliquem locum, ſiue argumentũ, probatur; vt ſi proponatur hæc quæſtio probanda, An terra ſit globoſa, in qua aliquid confirmandum, aut refellendum eſt.

Septima poſitio capita, quæ ſimplici quæſtione de re quapiam inueſtigari poſſunt, & ſolent, ſunt fere iſta: Quid rei vocabulum ſignificet: an res ſit, quod per nominis definitionem inueſtigari ſolet: quo referuntur quæſtiones de præterito, & futuro, an fuerit, & an futura ſit: quid res ſit, quæ explicatur per inuentionem generis & differentiæ: quæ ſint rei cauſſæ, tum intrinſecæ materia & forma, tum extrinſece efficiens & finis: quæ rei partes ex quibus conſtitur, vt sũt illæ, quas integrantes vocant; quo etiã referes ſpecies, quas partes ſubiectas appellant: quæ proprietates & attributiones; quo etiam reuocares officiũ: qui effectus & operationes: quæ adiuncta, ſiue circumſtantiæ; quæ cognata, ſeu ſimilia, quæ contraria, & oppoſita, ſiue diſſimilia. Quod ſi de eadem re comparate ageretur, aliæ conſurgunt attributiones, quæ ad coniunctã pertinerent quæſtionem; vt, an ſit melior, an maior, an prior, an vtilior, an honeſtior, & ſic de alijs. Vel vt breuius ac ſimplicius dicamus,

de re quapiam hæc quæri poſſunt, quid ſit, quæ partes, & ſpecies, quæ cauſſæ, qui effectus, quæ cognata, & quæ pugnantia: vel, quid ſit qualis ſit, quæ cauſſæ & effectus; & quæ partes. Vel cum Ariſtotele hoc modo, An ſit, quid ſit, qualis ſit, & propter quid ſit: ad quos ſane gradus reuocantur omnia quæ de aliqua re quærere fas eſt. Vnde, ſiquis proponeret ſibi agendum de aliqua virtute; de ea primo inueſtigaret, an ſit neceſſaria, quod pertinet ad quæſtionẽ, an ſit: quæ eius materia ſubiecta, & obiectũ, quod ad quæſtionem naturæ ſpectat.: quæ ſint eius affectiones & attributiones, vbi de qualitate quæritur & ad extremum, quo modo acquiri poſſit, quod ad quartam quæſtionem reuocares; cum cauſſæ, & impedimenta quærantur. Verum, non eſt neceſſe vt ſemper de omni re omnia propoſita capita tractentur, neque eodem ordine, quo numerata fuere, præſertim ab oratore: vel quia interdum aliqua ſunt nota, vel quia non ſunt neceſſaria: vel quia non quæuis res ea omnia habet. Quare, vt allatam doctrinam aliquo illuſtremus exemplo, ſiquis acturus eſſet de oratione, hæc de ea explicaret capita. Oratio, dicta eſt, quaſi oris ratio: Quæ eſt actus religionis, quo mens eleuatur in Deum, ſeu, Rei honeſtæ petitio a Deo: cuius partes ſunt, obſecratio, poſtulatio, gratiarum actio: vel mentalis & vocalis: cauſſæ, prima diuinus ſpiritus, qui nos ad

Paul. 1 Tim. 2. Rom.

Orandum

Orandum mouet: iuuantes, vel excitantes quotidianæ miſeriæ & inſtantia pericula: effectus, rei petitæ adeptio, gratię augumentum, pœnarũ remiſſio, & alij per multi: attributiones, ſiue adiuncta, quæ antecedunt, quæ coniuncta ſunt, vt fides, ſpes, attentio & quæ ſequuntur, vitæ melioris inſtitutio, mundi contẽptus, rerum æternarum deſiderium, ſiue circunſtantiæ, locus, tẽpus, modus, &c. in cubiculo, mane: ſimilia, lectio, auſcultatio, contemplatio, &c. contraria, ſui & Dei obliuio, quæ eſt omnium malorum origo: ac denique exempla & auctoritates eorum qui orationem frequentarunt, aut ad orandum nos excitarunt. De quibus omnibus præter alios, legendus eſt Chryſoſtomus in duobus libris de Oratione. Antioc. Nilus.

Octaua poſitio, huius generis finis eſt ſola cognitio; ſiue veritas: tempus proprie nullum, quippe quod res vniuerſas tractat, aut ſi quod eſt, eſt præſens, vt aliqui volunt: motus, aut nullus, aut ſola delectatio, lenioreſq; affectus, quibus auditores ad attentionem & beneuolentiã, aſſenſionemque commouentur, aut veritatis cognoſcendæ amor. Herb. libro 3.

Nona poſitio, in didactica oratione, exordiũ magis ornandi cauſſa præponitur, quã quod res ipſa exigat: ideo Ariſtoteles interdum omittit, & a propoſitione auſpicatur: Cicero vero iuſta ſolet adhibere exordia, quibus conciliat, & attentum

tentum beneuolumque auditorem facit. Quod ſi quippiam proponatur, quod credere, aut intelligere ſit difficile, inde exordium ſumatur, vnde auditor paulatim idoneus reddatur, vt ſi quis de mundi creatione eßet acturus, a Dei omnipotentia auſpicari poſſit; ſi de prouidentia a bonitate & ſapientia. Exordij didactici elocutio debet eſſe ſummißa, aperta, & quotidiano ſermoni fere ſimilis.

Decima poſitio, hoc dicendi genus narrationem nullam requirit: & ideo exordio ſubijciēda erit propoſitio, & partitio, Interdum tamen adhibentur narrationes intercurrentes; vt obſeruare licet apud Ciceronem libello de Amicitia, & in Catone maiore, & in alijs eiuſdem didacticis operibus. Idem de perſonarum, locorum, temporum, rerumque deſcriptionibus, ad animos legentium reficiendos neceſſarijs; vt a Platone, & Tullio in dialogis fit.

Vndecima poſitio, coniuncta huius generis quæſtio, ijſdem fere capitibus tractatur, vt ſimplex: ſiue locis Dialecticis, quos libro ſecundo, tertio, & quarto de Inuentione oratoria late enumeratos & explicatos habes. Quæſtione itaque aiente aut negante propoſita, eius ſubiectum & attributum ſpectanda ſunt, & ex vtroque varia argumenta, vt alibi exemplis docuimus, ſumenda erunt; vt a rei natura, proprietatibus, cauſſis, effectis, adiunctis, ſimilibus, &

L.b.3. de Inuen.

alijs

alijs. Quo autem modo argumenta varie diſponenda ac tractãda ſint, libro de Oratoria diſpoſitione plane docuimus. Genus vero dicendi in confirmatione, non erit omnino neglectum atq; incultum; ſed verbis latinis, proprijs, apertis, & vſitatis conſtabit. Elocutio itaque ſit ſummiſſa: figuræ leuiores, vt ſunt interrogationes, repetitiones, breues occupationes, ſubiectiones, aliæque ad docendum, & retinendum auditorẽ accommodatæ; vt ſunt anacephaleoſis, propoſitio, & breuis digreſſio, atque deſcriptio, compoſitio pariter temperata, non aſpera, quæ leniter fluat, ſed non admodum numeroſe, iuxta ea, quæ libro tertio de Elocutione oratoria diximus, vbi de decoro oratorio & Philoſophico diſputauimus.

Duodecima poſitio, epilogus in genere doctrinæ, dictorum breuem continebit repetitionem, cum aliqua hortatione ad diſcendum, vel amplectendum id de quo dictum ſcriptumque eſt, vt ſi de amicitia, de virtute, de religione, de veritate diſputatum eſſet. In ſumma igitur, qui oratorie docere voluerit, exordietur, proponet, & diuidet, confirmabit, refelletque, & concludet. At vero, qui more Philoſophico, in ſcholis docent, aut domi ſcribunt, aliam methodum, quam loco paullo ante citato expoſuimus vſurpant. Proponunt, & propoſitionem declarant; argumenta contraria afferunt, ſententias exponunt, fundamenta

damenta & notanda, cum opus eſt, ſtatuunt: concluſionibus quid tenendum ſit, docent, & tandem argumenta contraria diſſoluunt.

Decimatertia poſitio, didactico genere vtimur in docendo, interrogando, reſpondendo, diſſerendo, exponendo, ſiue interpetrãdo. Ad quod reuocatur dialogorum ſcriptio, cum eſt ad docendum comparata.

Vltima poſitio, hoc genus eſt alijs tribus generibus maxime affine. Demonſtratiuo, quia eſt veluti quædam definitio, & rei probatio, demonſtratioque: deliberatiuo; quia in deliberando magnam vim habet communium locorum tractatio: iudiciali propter ſtatum definitiuum, & legalem. Quare, vt alias diximus hoc genus, vel idem erit cum demonſtratiuo, vel cum omnibus permiſtum: de quo hæc dixiſſe volui; cuius exemplum apud Ciceronem, vt aliqui ſcribunt, eſt Cæcinniana oratio. Habes etiam nonnulla ad hoc genus pertinentia exempla apud Macropedium.

Pet. Pel. I t.

Quodnam e tribus orationis generibus ſit præſtantius. Diſput. XVI.

E*A nobis reſtat in hac de tribus generibus cauſſarum tractatione diſcutienda controuerſia, quodnam, e tribus generibus ſit præſtantius. Quæ, etſi cuipiam inutilis videri poſſet: tamen id minime verum eſt; cum de vnaque qua*

re

re comparata diſputatio, longe melius eius naturam declaret: deinde, quia ex ijs, quæ hac in parte dicemus, intelligi poterit, quo in genere potiſſimum elaborandum ſit: denique quæ hoc loco docebimus, ad aliorum ſcripta melius intelligenda nonnihil iuuabunt. Quod autem vnũquodque ex his tribus generibus ſit alijs multo præſtantius, his rationibus perſuaderi poteſt.

Iudiciale cæteris antecellere videtur; tum ratione difficultatis, cum re vera ſit omniũ difficillimum: tum etiam ratione finis, quem ſpectat, nimirum iuſtitiæ, quæ eſt virtutum omniũ præſtantiſſima, vt docuit Ariſtoteles.

Deliberatiuum alijs generibus præſtare, illud demonſtrat, quod verſetur in ſummis maximiſque negotijs, ad commune bonum pertinentibus: & quidem in Senatu, qui locus eſt præſtantiſſimus: alia vero in foro, vel in roſtris.

At vero demonſtratiuum non eſſe alijs poſtponendum, ea ſuadet ratio, quia propoſitam habet dignitatem & honeſtatem, quæ ſub ſe omnes honeſti partes complectitur: ad quod etiam accedit eius amplitudo, materia, cũ nihil ſit, quod in hoc genus cadere non queat.

Quod attinet ad auctorum opiniones in hac difficultate, nolo accuratius varios dicendi modos in medium afferre, qui aut ſunt, aut eſſe poſſunt: quando iuxta varias rationes, omnes

conciliare licet. Illud dixerim, varios oratores magis vno genere, quam alio delectatos fuiſſe. Gorgias, et qui eum ſecuti ſunt Sophiſtæ, domonſtratiuum potiſſimum coluerunt: Zeno Iudiciale: alij Deliberatiuum: alij denique in omni genere excelluerunt, vt M. Tullius: qui tamen aliquando demonſtratiuum alijs ante poſuiſſe viſus eſt. Nos vnum vel alterum breuiter adnotabimus & deinde varijs poſitionibus, quid in re propoſita ſentiendum ſit ſtatuemus.

Primum fundamentum; cum aliqua inter ſe comparantur, duobus id modis fieri poteſt primo cum quæritur, quid ſimpliciter loquendo, ſentiendum ſit; vt ſi inueſtigetur, vtra ſit nobilior ars, rhetorica, an poetica, ſine vlla diſtinctione: ſecundo, non ſimpliciter, ſed ſecundum varias conſiderationes; ſecundum quas aliquid poteſt alteri præferri, & poſtponi: quo modo dicere poſſumus; hominem eſſe aliquo pacto Angelo inferiorem, & aliqua ratione ſuperiorem. Rurſus, cum ſit inter res aliquas comparatio, multis modis intelligi poteſt; vt in præſtantia, & dignitate, in vtilitate, in antiquitate, aliiſque ſimilibus attributionibus: nos hic ſpeciatim de dignitate & vtilitate quæremus.

Secundum fundamentum, quamuis ex multis capitibus horum trium generum præſtantia ſumere liceat: tamen, eam potiſſimum ex quat-

tuor eorum cauſſis perpendemus, ex materia, hoc eſt ex re ſubiecta: ex forma, hoc eſt ex genere loquendi, ex efficiente, modoue acquirendi, hoc eſt, ex facilitate & difficultate, atque etiã ex maiori doctrina, & arte, quæ in oratore requiritur: denique ex fine. His hunc in modum adnotatis, has ſtatuo poſitiones.

Prima poſitio, ſi comparatio fiat in materia, et in dignitate primum locũ tenet genus demonſtratiuum, ſecundum deliberatiuum, tertium iudiciale. Quoniam laudationi ſubiecte ſunt omnes res, tum humanæ, tum diuinæ, omnes virtutes, & omnes omnium rerum, factorũ & perſonarum perfectiones. Similiter, vt planum eſt, plura & ampliora ſunt ſubiecta deliberationi, quam iudicio, quod ſolum res iuſtas & iniuſtas tractat.

Secunda poſitio, ſi comparatio fiat, in forma hoc eſt in genere dicendi, demonſtratio eſt alijs duobus dignior; & horum iudiciale præferendum erit deliberatiuo. Nam, vt ſupra docuimus, in epidictico genere omnia dicendi ornamenta adhibentur, cum potißimum ad inſpiciendum, delectationis cauſſa ſit comparatum. De qua orationis forma loquens Cicero, ait, eſt illa quaſi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, & de quo molimur aliquid exquiſitius dicere. Ab hac & verborum copia alitur, &

eorum

eorum conſtructio, & numerus liberiore quadā fruitur licētia, et quæ apud ipſum ſequūtur.

Iudiciale etiam, cum maiores debeat mouere affectus, maiorem quandam eloquentiam, & in dicendo artem requirit, quam deliberatiuum, quod minus ornamenti poſtulat.

Tertia poſitio, ſi comparatio fiat in cauſſa hoc eſt in difficultate, iudiciale eſt longe difficilius alijs, & deliberatiuum, demonſtratiuo. Hanc poſitionem hæc illuſtris Antonij verba veram eſſe demonſtrant, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum & politioris humanitatis experti. In cauſſarum contentionibus magnum eſt quoddā opus: atque haud ſcio, an de humanis operibus longe maximum: in quibus vis Oratoris plerunque ab imperitis exitu & victoria iudicatur: Vbi adeſt armatus aduerſarius, qui ſit & feriendus, & repellendus: vbi is, qui ſæpe rei dominus futurus eſt, alienus atque iratus, aut etiam amicus aduerſario, & inimicus tibi eſt; cum aut docendus is eſt, aut dedocendus: aut reprimendus, aut incitandus: aut omni ratione ad tempus, ad cauſſam, oratione moderandus: in quo ſæpe beneuolentia ad odium, odium autem ad beneuolentiam deducendum eſt; & quæ ſequuntur. Multa hic poſſem indicare capita, qui

bus

bus huius generis difficultatem demonſtrare liceret; ſed nolo eſſe in re manifeſta, abſque neceſſitate longior: cum præſertim ea quiſque ex ſe animaduertere queat. At vero deliberare, & demonſtrare, quoſdã habent faciles, & quaſi non errare patientes vias: ſemper tamen in deliberatione maior erit, quam in demonſtratione difficultas: tum ob rerum quæ tractantur dubitationem grauitatem & incertitudinem, ob quam cauſſam deliberatio videri poteſt difficilior, quam iudicium, cum ibi de futuris, hic de præteritis, quæ facilius ſciri poſſunt, agatur: tũ quoniam fere non deeſt aduerſarius, quo cum pugnandũ eſt, quem refellere, & ferire oporteat. Ariſt.

Quarta poſitio, ſi comparatio fiat in fine, ſiue in vtilitate, primum locum obtinebit deliberatio, ſecundum iudicium, tertium laudatio. Etenim deliberatio habet pro fine bonum, ſiue honeſtatem, cum vtilitate coniunctam: & bonũ quidem, commune, atque publicam felicitatem: ad quam quidquid ab homine politico agitur, referendum eſt: alia vero genera, tam ſublimen finem non attingunt, tantam vtilitatem ſecũ non afferunt. Quod vero iudiciale, ſit vtilius demonſtratiuo, vel ex eo patet, quod in iudicijs, de fortunis, de honore, & de vita hominum agitur: in laudationibus vero finis eſt delectatio, vel rei de qua agitur commendatio. Hinc eſt, quod a-

pud

pud Romanos, quorum agendi rationes multo prudentiores fuerunt, quam Græcorum, hoc genus, referente Antonio, erat minus vſitatum.

Quincta poſitio, ſimpliciter loquendo, e tribus generibus præſtantius eſt genus demonſtratiuum. Primum ratione materiæ, quia ei ſubiectæ ſunt, vt dicebã, res omnes, quæ ſunt aut fuerunt, humanæ inquam & diuinæ, omnia virtutum genera, omnes omniũ rerum perfectiones, & attributa, ac etiam earundem cognitio. Deinde, quia plures ſub ſe continet partes, quã alia genera. Poſtea ratione formæ, ſiue eloquentiæ, copiæque dicendi, cum perfectum requirat oratorem, non modo diſertum, ſed eloquentem, qui copioſe, qui magnifice, qui ſplẽdidæ, qui denique ornatiſſime dicat: quo fit, vt ex hoc potiſſimum genere, quantũ quis in arte dicendi valeat, perpendatur. Præterea, ex rerum cognitione, quæ longe maior in laudatore, quam in ſuaſore et patrono requiritur: cum is cui demonſtranda & laudanda ſunt omnia, omnia debeat habere cognitione comprehenſa; & præſertim virtutes omnes, ſine quarũ notitia, vt ait Antonius laudatio effici non poteſt. Vnde illa enaſcitur vtilitas, vt hoc genus conferat bene viuendum, hoc docuit Cicero, cum dixit, laudandi vituperandique rationes, non ad bene dicẽdum ſolum, ſed etiam ad honeſte viuendum valent. Et alio

loco

loco, Genus nullum eſt orationis, quod aut uberius, ad dicendum, aut vtilius ciuitatibus eſſe poſſit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum, vitiorumque verſetur. Iam vero, præſtat laudatio cæteris generibus ratione vſus, quoniam valet in rebus publicis & priuatis, in noſtris & alienis, in omni loco, in foro, in concione in Senatu, apud omnia perſonarum genera: non modo in patria, ſed etiam extra patriã, Speron. Sper. *vbi nec cauſſas agere, aut in Senatum ire licet. Quo fit, vt hoc genere apud omnes nationes poſſit orator ſibi gloriam comparare: & cũ fuerit hoc in genere verſatus, & laudationis doctrina imbutus, ſi a patria abeundum ſit, poterit cum Biante dicere, omnia mea bona mecum porto. Denique, ne omnia conſecter, quæ eſſent pene innumera, in eo præſtat, quod demonſtratio ab alijs generibus nihil accipit, illa vero ab hac maxima emolumenta capiunt.*

Sexta poſitio, hæc tria genera ita ſe habent, ut demõſtratio nõ pendeat ab alijs: alia vero ab ipſa maxime, ſed minus deliberatiuum, quam iudiciale, quod ab vtroque pendet. Patet hæc poſitio ex ijs quæ ſupra de ſingulis diſputando diximus: nihil igitur eſt, cur eã pluribus probemus.

Septima poſitio, hæc tria dicendi genera ita ſe habent, vt raro vnum reperiatur ſine altero, ſed ſæpenumero ſunt permiſta. Nam licet lau-

datio ſola eſſe poſſit: tamen ſæpiſſime aliquam ſpeciem aliorum generum habet annexam, & maxime hortationem. Quod vero attinet ad tẽpus quo reperta ſunt, aut in vſum venerunt, nõ eſt omnino certum: de qua re tamen hanc ſtatuo poſitionem.

Octaua poſitio, ex tribus orationum generibus probabile eſt prius in vſu fuiſſe deliberatiuum, quam iudiciale, et iudiciale, quam demonſtratiuum: ſi verum eſt illud, quod aliquãdo ſcripſit Tullius, ea prius ab hominibus fuiße excogitata, atqu e in vſu poſita, quæ magis ſunt neceſſaria: atqui conſtat, deliberationem eſſe iudicijs magis neceſſariam, et iudiciũ laudatione. Huc pertinet, quod Cicero initio primi de Inuentione libri de eloquẽtiæ vſu ſcripſit. Nec me latet eſſe quoſdam, qui eloquẽtiam in foro habuiſſe ortum dicunt.

Nona poſitio, quamuis in oratorum numero ponendus ſit is, qui in vno tantu genere verſatur, tamen nunquam erit perfectus, & abſolutus Orator, niſi qui omnia dicendi genera percalluerit, atque tractauerit. Quoniam, vt paullo ante dicebamus nulla fere eſt tam ſimplex cauſſa, quæ aliquid ex omnibus generibus non admittat. Atque hæc ſunt, quæ de tribus cauſſarũ generibus, amice Lector, dixiſſe volumus: de quibus latius, atque accuratius egiſſemus, ni, vt alibi

alibi etiam ſcripſimus, quaſi per tranſennam, ad alia maioris momenti opera properantes, de rhetoricis ageremus. Tu, his, vt ut ſunt, vtere, & nos operam dabimus, vt quæ de tota dicendi arte nobis ſcribenda reſtant, aliquando ad publicam vtilitatem, ac Dei gloriam in lucem veniant.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Laus Deo Opt. Max. & beatæ Virgini Anuntiatæ.

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

ABSOLVTAE qualitatis capita quattuor. 19
Accuſationis, & petitionis differentia. 425
Ἄχρωμον cauſſæ genus. 72
Actor, ſeu petitor. 32.87.88
Ἀδύνατον cauſſæ genus. 71
Adiuncta quot, & quæ ſint. 115.120
Admonitiones in quo cauſſarum genere ponantur. 316
Ἄδοξον cauſſæ genus. 71
Adulatio vitanda in laudationibus. 355
Aequale genus cauſſæ. 70
Agendi formulæ à litigantibus ſeruandæ. fol. 176
Agrorum laudes. 380
Ambiguorum genera tria. 194
Amphiboliæ modi quot ſint. 208

Ἀμφισβήτησις quid ſit. 30
Analyſis exempla in Oratione pro Archia. fol. 226
In ſeptima Philippica. 233
Analyſis exempla in ep.18. l.5. 255
ep.5. l.7. 259
ep.12. l.5. 261
ep.6. l.2. 265
ep.6. l.7. 267
ep.5. l.4. 268
ep.6. l.4. 272
ep.2. l.2. 274
Analyſis Pſalmi primi. 275
Pſalmi 3. 280
Analyſis quam ſit vtilis. 23
Analogia quæ ſit. 11
Angelos laudandi ratio. 360
Antegclema quid ſit. 19
Anticategoria quæ ſit. 22
Ἀντικατηγορία quæ ſit. 100
Antinomia. 201
Antinomia an à ſcripti controuerſia ſit diuerſa. 201. 202
Antinomia quibus capitibus tractetur. folio 203. 206
Antinomiæ exempla. 202
Antilepſis quid ſit. 19. 20. 76
Antipariſtaſis quæ ſit. 21. 78
Antiſtaſis quid ſit. 20

Ἀντιστρέφον, quod cauſſæ genus ſit. 70
Antitheſis quid ſit. 19. 76
Antitheticus ſtatus. 154
Ἀπερίστατον cauſſæ genus. 71
Ἀπίθανον quod cauſſæ genus ſit. 70
Apologia quæ ſit. 21
Ἄπορον cauſſæ genus. 72
Applicita quæ dicantur. 10
Archianæ orationis analyſis. 226
Artes quomodo diſtinguantur. 286
Ἀσύστατα quæ ſint. 68
Aſſumptiuæ conſtitutionis nomina. 154
Aſſumptiuæ conſtitutionis qui locus inter alias. 153
Aſſumptiuæ qualitatis partes. 19. 155
Aſſumptiuus ſtatus qui ſit. 154
Auctores de quæſtionibus, & ſtatibus qui ſint legendi. 3. & 4
Auditorum ordines tres. 303

B

Bona animi quæ ſint. 363
Bona corporis quæ ſint. 363
Bona fortunæ quæ ſint. 363
Boni diuiſio in deliberationibus. 411
Bonorum tria genera in laudando percurrenda. 362

C

Ακόϖλαςον cauſſæ genus. 72
Cacoſiſtata cauſſarum genera. 73
Cauſſa. 31
Cauſſa ad ſyllogiſmum reuocanda quæ ſit. fol. 218
Cauſſa, an cauſa ſcribatur. 290
Cauſſa quæ proprie dicatur. 330
Cauſſa quot ſignificationes habeat. 290
Cauſſa vnde dicatur. 290
Cauſſæ ἀσύςαται quę ſint. 31
Cauſſę coniunctę exemplum in deliberatione. 212
Cauſſę coniunctę ſtatus quomodo inueniatur. 220
Cauſſę definitio. 290. 291. 294
Cauſſę genus non credibile. 71
Cauſſę genus ſine circunſtantia. 71
Cauſſæ genus ſine colore. 72
Cauſſę inuerſio. 121
Cauſſę ſimplicis exemplum in deliberatione. 212
Cauſſę ſimplicis exemplum in exornatione. 113
Cauſſę συνέςαται quę ſint. 31
Cauſſę tranſpoſitio. 21
Cauſſę vnde pendeant. 211
Cauſſarum alia ſimplex, alia coniuncta. 211
Cauſſarum, an orationis genera ſint dicenda

da. 330.334

Cauſſarum fines. 115

Cauſſarum genera duo qui poſuerint. 298

Cauſſarum genera qui auctores tractent. fol. 289

Cauſſarum genera tria. 299.300.302.305

Cauſſarum genera tria, an inter ſe copulentur. 308

Cauſſarum genera tria, an cauſſas contineant omnes. 297.306.310

Cauſſarum genera tria quas partes, tempora, fines, & motus habeant. 307

Cauſſarum genera tria quomodo ſint diſtinguenda. 335

Cauſſarum genera quattuor, vel quinque. fol. 29. 298. 299. 306. 307

Cauſſarū numerus vnde ſumatur. 296.309

Cauſſarum rhet. cognitio vtilis, & neceſſaria. 293.320

Cauſſarum tractatio ad quos, & quomodo pertineat.

Cauſſarum tria genera, an ita recte appellentur. 328. 332. 335

Cauſſarum trium doctrina vtilis & neceſſaria. 295

Cauſsidici vnde dicantur. 290

Κεφάλαιον γενικώτατον quid ſit Theodoro. 30

Chimœrę fictio tria cauſſarum genera deſignat. 306

De

De hac fictione Hexaſtichon. 306
Chriſtiani hominis laudandi ratio. 365
Ciceronis defenſio contra Rod. Agric. 13
Cognitionis controuerſię ad quod genus reuocentur. 297
Cognitor qui ſit. 177
Cohortationes in quo cauſſarum genere ponantur. 316
Commutatio quę ſit Ciceroni. 177
Comparari aliqua quot modis poſsint. 442
Comparatio quę ſit. 20. 141
Comparationis ratio triplex. 11
Comparatorum expoſitio. 11
Conflictio prima, an ſtatus dicatur. 79
Coniectura comprob ata. 107
Coniectura incidens. 107
Coniectura imperfecta. 106
Coniectura perfecta quę ſit. 106
Coniectura pręprobata. 107
Coniectura quibus locis nitatur. 112
Coniectura quid ſit. 97
Coniectura quotuplex ſit. 105
Coniectura vnde dicatur. 97
Coniecturę argumenta vnde ſumantur. folio 100. 105
Coniecturę ſtatus in quo genere reperiatur.
Coniecturalis ſtatus an recte ita vocetur, fol. 95. 109

An

An alia nomina ei conueniant. 95
Et quæ ſint hęc nomina. 96. 109
Coniecturalis ſtatus an ſit primus. 95
Coniecturalis ſtatus cauſſarum exempla. fol. 122
Coniecturalis ſtatus controuerſię quę ſint. fol. 98
Coniecturalis ſtatus oratio quibus conſtet partibus. 122
Conſequentia quę ſint. 116
Conſolationes in quo cauſſarum genere ponantur. 315
Conſtitutio quid ſit, & vnde dicatur. folio 28. 30. 31. 35. 37. 45
Conſtitutio quibus nominibus à iuriſperitis vocetur. 31
Conſtitutio quot modis latine dicatur. 31
Conſtitutionis auctor qui dicatur. 88
Conſtitutionis definitio Herenniani auctoris an ſit bona. 38. 39. 48
Conſtitutiones in vna cauſſa an ſint plures. fol. 211
Conſultatio an requirat ornatum, & motum. 391. 392. 400
Contentioſum dicendi genus. 304
Continens quid ſit Ciceroni. 214
Controuerſia ad ratiocinationem reuocanda. 225
Controuerſiæ nominis genera quot. 134
Con-

Controuerſiæ partes quinque. 45
Credibile ſignum. 102
Crinomenon. 214

D

Defenſio veriſimilis quæ ſit. 21
Defenſionis capita. 117
Definiendi ratio apud rhetores. 125. 130
Definitio colligens. 137
Definitiones duæ. 138
Definitio duplex perſonis. 137
Definitio incidens. 137
Definitio appoſita. 139
Definitiuæ controuerſiæ tractandæ capita. 138
Definitio nominis quomodo tractetur. fol. 127. 133
Definitio pronominans. 137
Definitio per Metaphoram, an ſit bona. fol. 38. 48
Definitionis ſtatus quæſtio præcipua eſt. fol. 123
Definitionis ſtatus, an ab alijs diuerſus. fol. 125. 129
Definitionis ſtatus quomodo aliter appelletur. 124. 130
Definitionis ſtatus quem locum habeat inter alios. 125. 129
Defi-

Definitiones exactæ non ſunt rhetorum. fol. 46
Definitionum compoſitarum genera. 137
Definitiuæ quæſtionis tractatio. 127.132. 138
Dei laudandi ratio. 358.359
Delectabilis conſideratio in deliberationibus. 417
Deliberandæ rei obſeruationes. 396
Deliberantis perſonæ obſeruationes. 397
Deliberare quid ſit. 393
Deliberatio an exordium admittat. 401
Deliberatio an ſtatum admittat. 392.399
Deliberatio comparatione conſtat. 403
Deliberatio pro narratione quid admittat. 402
Deliberationis capiendæ capita. 408
Dellberationis confirmatio. 402
Deliberationis epilogus. 410
Deliberationis exordia qualia. 402.408
Deliberationis loci proprij. 410
Deliberationis methodus in locis tractandis. 404
Deliberationis narratio. 402
Deliberationis oratio qualis. 398
Deliberatiui generis deſcriptio. 393
Deliberatiui generis fines. 308
Deliberatiui generis materia. 395
Deliberatiui generis motus. 395.

Deliberatiui generis natura. 390
Deliberatiui generis nomina Græca. 392
deliberatiui generis nomina Latina. 393
deliberatiui generis oratio quomodo diſponenda. 401. 410
deliberatiuæ Orationis partes. 401
deliberatiui generis Orationes Cic. & Demoſt. 421
deliberatiui generis partes an ſuaſio ſit, & diſſuaſio. 390. 394
deliberatiui generis ſcopus. 390. 391. 394
deliberatiuo de genere qui ſcriptores tractent. 391
deliberatiuo in genere quot ſint ſpectanda. 396
deliberatiuum genus quod tempus reſpiciat. 99. 395
demonſtratiuæ Orationi quod dicendi genus conueniat. 352
demonſtratiui, & deliberatiui generis affinitas. 347
demonſtratiui generis confirmatio vnde ſumenda. 351
demonſtratiui generis definitio. 342
demonſtratiui generis epilogus qualis, & quantus. 352
demonſtratiui generis exordia. 350
demonſtratiui generis fines. 308. 344
demonſtratiui generis Oratio quomodo di-

do diſponenda. 348. 352
demonſtratiui generis Orationum exempla. 381
demonſtratiui generis partes. 343. 350
demonſtratiui generis ſtatus. 346
demonſtratiuo in genere an ſit ſtatus. 382. 384. 385. 387. 389.
demonſtratiuo in genere certa, & manifeſta tractantur. 382. 383. 389
demonſtratiuo in genere nullus eſt aduerſarius. 382
demonſtratiuum genus an à Rhetoricę materia ſit alienum. 337. 338
demonſtratiuum genus an alia genera præcedat. 337. 339
demõſtratiuum genus cur ita vocetur. 340
demonſtratiuum genus narratione non eget. 351
demonſtratiuum genus quomodo aliter Latine vocetur. 342
demonſtratiuum genus vnde ortum habeat. 382
deprecari quid ſignificet. 49
deprecatio quæ ſit. 20. 31. 39. 49. 165
deprecationes in quo cauſſarum genere collocentur. 314
depulſio. 32. 34. 45
depulſio eſt rei. 91
deſcriptioues ſub quo cauſſarum genere conti-

contineantur. 314
Δικαςικὸν γενος. 424
didacticon genus ad quod pertineat. 432
didacticon genus cur à Rhetoribus nō tractatum. 432
didactico genere quando vtendum. 440
didaſcalicum dicendi genus. 431. 432
didaſcalici generis tractatio vtilis. 433
didaſcalici generis ſtatus. 434
eiuſdem materia. 434
eius finis. 437
eius exordium. 437
eius elocutio. 438.
eius narratio. 438
eius epilogus. 439
didaſcalici generis fines. 308
didaſcalicon genus an detur. 297. 299. 307. 309.
difficilium rerum tractatio vtilis. 26
dij gentiles quomodo laudabantur. 360
Δημηγορικὸν γένος. 342
diſceptatio. 33. 34. 81
diſceptatio extrema. 214
diuina natura quomodo deſcribatur. 359
diuinationes quæ Orationes dicantur, & cur. 427
diuiſiones bonæ vnde ſumantur. 57. 58
domum, & ædificia quomodo laudemus. fol. 38

dubiæ

dubiæ res in cuius manu ſint. 302
dubitationes tolluntur per definitionem. fol. 37

E

ENcomiaſticon genus. 342
Encomium quod ſit, 343
Enſtaſis quæ ſit, 20. 178
Enumeratio imperfecta quæ ſit. 67
Epicheremata quæ ſint. 30
Epidicticon genus. 298. 309. 338. 339. 340. 348.
Epiſtola deliberatiui generis. 323
Epiſtolæ demonſtratiui generis. 322
Epiſtolæ didaſcalici generis. 327
Epiſtolæ iudicialis generis. 325
Epiſtolarum Tullianarum genera. 321
Epithalamion quid ſit. 377
Equi laus. 380
Erraticum cauſſæ genus. 72
ἑτερόῤῥοπος cauſſæ genus. 72
Euenta quæ ſint. 116
Euentorum vis in deliber. 421
Euentus in deliberationibus. 171
Exceptio quid ſit iuriſp. 33
Exempla vnde ſumantur. 11
ἐξέτασις quid ſit. 30
Exornationis nomen vnde ſumptum. 303

F

FAbij doctrina de ſtatus origine refellitur. 91

Facta quomodo laudentur. 364. 369
Factorum laudatio ex quibus locis ſumatur. 369. 370. 373
Finis dicendi triplex. 303
Firmamentum. 31. 32. 34. 45. 214
Fluminum laudes. 380
Fontium laudes. 380
Funebri in oratione quid cauendum. 366
Funebris oratio qualis. 365. 366
Funebris orationis exordium. 367

G

GEneris nomen an pro ſpeciebus, & partibus generum capiatur. 331
Genethliaci laudes. 378
Gloriæ conſideratio in deliber. 171
Glorioſi, ſeu laudabilis conſideratio in deliberationibus. 413
Gradus quid à Cicerone dicatur. 30
Gratiarum actiones ſub quo cauſſarum genere ponantur. 313
Gratulationes ſub quo cauſſarum genere comprehendantur. 313

H

HErenniani auctoris error. 81
Hiſtoria ſub quo cauſſarum genere cõtineatur. 311
Homines laudandi methodus. 361
Hominis nobilis laudatio. 363
Hominis obſcuri laudatio. 363
Hominum laudatio ex quibus locis ſumatur.

tur. 362
Hominum duo genera in deliberatione ſpectanda. 404
Honeſti conſideratio in deliberationibus. fol. 412
Honeſtum quod ſit. 369
Hypocimenon quid ſit. 30

I

IMpenſum cauſſæ genus. 72
Impoſsibile genus cauſſæ. 71
Indecorum cauſſæ genus. 71
Inexplicabile genus cauſſæ. 72
Inficialis ſtatus. 97
Inficiatio. 32
Infirmatio. 32
Infimulatio. 32
Inſtantia quæ dicatur. 20.178
Intentio. 31.32.34.45
Intentio eſt accuſatoris. 91
Intentiones multæ in eadem cauſſa. 41
Interpretationes in quo cauſſarum genere ponantur. 318
ἰσαζον quod cauſſæ genus ſit. 70
Iucundum quod ſit. 370
Iudicatio. 31.33.48.113
Iudicatio à ſtatu diſtincta. 210.213
Iudicatio an ſtatum faciat, & vbi. 79
Iudicatio & ſtatus vbi ſint idem. 216.223
Iudicatio quæ ſit. 213
Iudicatio quibus in ſtatibus inuenienda ſit.

ſit. 216
Iudicationes in eodem ſtatu an plures eſſe poſsint. 217
Iudicationes plures in cauſſa ſimplici. 84
Iudicationis inueniendæ modus. 214
Iudicationis vis. 215
Iudicatum. 103
Iudiciales cauſſæ cuius temporis coniecturam habeant. 99
Iudiciales cauſſæ quod dicendi genus requirant. 427
Iudicialis generis cognitio vtilis. 423.424
Iudicialis generis deſcriptio. 425
Iudicialis generis formæ. 426
Iudicialis generis finis. 308.427
Iudicialis generis loci. 428
Iudicialis generis materia. 426
Iudiciali generi multæ dicendi formæ ſubiectæ. 424
Iudicialis generis natura, & cauſſæ. 423
Iudiciale genus quomodo Græce dicatur. fol. 424
Quomodo Latine. 424
Iudicialis generis quæſtio. 99
Iudicialium cauſſarum diſpoſitio. 427
Iudicialium cauſſarum exempla. 429
Iudicialium cauſſarum genera. 426
Iudicialium cauſſarum tractatio quarum rerum cognitionem requirat. 428
Iuris punctum quid ſit iuriſp. 31

L

Laudandi campus latus vnde ſumatur. fol. 351
Laudandi tres modi. 343
Laudari quot, & quæ res poſsint. 345.350
Laudatio nullam admittit controuerſiam. fol. 383
Laudationi quæ figuræ conueniant. 353
Laudationis genus an ſub Rhetoricæ fine contineatur. 297. 310
Laudationis nomẽ vnde ductum. 303.305
Laudatiua in Oratione quid cauendum. fol. 354.355
Laudatiuo in genere quis ſit ſcopus oratoris. 386
Laudatiuum genus an recte dicatur. 338
Laudatores quãdo Romę permiſsi, & quãdo ſublati. 346
Laudatoria elocutio qualis ſit. 353
Laus an ſit ſolum præteritorum. 302
Laus quæ ſit. 343
Legalis controuerſia quæ ſit. 201
Legitimæ controuerſiæ tractatio. 209
Legitima controuerſia ambigui vnde oriatur. 208
Legitima quæſtio an à qualitatis & coniecturæ ſtatu ſit diuerſa. 187.188.191.192
Legitimæ quęſtionis loci. 196
Legitimæ quæſtionis oratio quas partes admittat. 199

Legitimarum quæſtionum ſtatus an ſit ab alijs diſtinctus. 185. 187. 195

Legitimæ quæſtiones vnde oriantur. 192

Legitimi ſtatus definitio. 188

Legitimi ſtatus partes. 186. 189

Legitimus ſtatus vnde dicatur. 188

Legum contrariarum controuerſia an à quæſtione deſcripto, & voluntate ſit diuerſa. 200

Lis quando dicatur. 291

Litis cardo quid ſit iuriſp. 31

Litis conteſtatio quę ſit. 31

Loci vnde ſumantur. 110

Ludi Græciæ celeberrimi quattuor. 341

Lucretiæ conſilium poſt ſtuprum quomodo deſcribendum. 408

M

Macariſmus qui ſit. 343

Magiſtratum ſumpturi laudatio. 368

Maledictiones quo cauſſarum genere comprehendantur. 314

Mandata ſub quo cauſſarum genere contineantur. 312. 313

Marij Philelphi diuiſio cauſſarum inepta. fol. 311

Matrimonij, vel nuptiarum laudes. 370

Metalepſis agraphos. 21

Metalepſis quid ſit. 20. 178

Metaſtaſis quid ſit. 19

Milonianæ orationis ſtatus. 146

Miti-

Mitigationes in quo cauſſarum genere ponantur. 310
Μονομερὲς, quod cauſſæ genus ſit. 6
Montium laudes. 386

N

Natura rei per quam definitionem cognoſcatur. 124
Narrationes ſub quo cauſſarum genere ponantur. 313
Neceſſarij tractatio in Deliber. 45
Negocialis conſtitutio, an à qualitatis ſtatu diſtinguatur. 167 168
Negocialis ſtatus capita. 168
Negocialis ſtatus quotuplex. 167
Negotium quid ſit. 291
Nominis controuerſia quot modis tractetur. 136

O

Obiurgatio, & admonitio quomodo differant. 317
Obiurgationes in quo cauſſarum genere ponantur. 316
Obſiſtentia, quæ ſit. 21
Opinationes in quo cauſſarum genere ponantur. 318
Optationes in quo cauſſarum genere ponantur. 319
Oratio omnis vocari poteſt cauſſa. 328
Oratio vnde dicatur, & quid ſit. 436
Orationis partes. 436

Orationis genus quod ſit pſtãtius. 440. 446
Orationis generum præſtantia vnde ſpectanda. 443
Orationis genus, quod prius. 447
Orationis duo genera. 303
Orationes miſtæ. 308
Orationes explicaturo conſideranda quæ ſint. 253
Orationes rhetoricæ cur ad certa capita reuocentur. 292
Oſtentatiuum genus cur ita dicatur. 298

P.

Panegyris quid ſit. 341
Penegyricon genus quid ſit, & vnde dictum. 340
Parabola, quæ ſit. 11
Paragraphe quæ dicatur. 20. 179
Παρ᾽ ἱστορίαν cauſſæ genus. 72
Partis nomen quomodo ſumatur. 331. 332
Partium genera duo. 330
Perſonarum laudes vnde ſumantur. 357
Perſona quot modis conſideretur. 110
Philippicæ ſecundæ qui ſtatus ſit. 60
Pithane quæ ſit. 21
Poſsibile quod ſit. 370
Poſsibilis tractatio in Deliberationibus. 407. 419.
Præcepta, an ab admonitionibus & obiurgationibus, differant. 316
Præcepta in quo cauſsarum genere collocentur.

centur. 316
Præiudicatum cauſsæ genus. 73
Præmiorum cauſſa quotuplex. 429
Pręſcriptio q̃ ſit. 20. eius forma duplex. 179
Pragmaticus ſtatus. 74
Principis hominis laudatio. 367
Probabile quod ſit. 101. 102
Probationum requiſitio. 21
Probatio quibus rebus indigeat. 17
Probationum capita duo. 9
Πρόβλημα quid ſit. 30
Propoſiti diuiſio in Deliberationib. 407
Proſyllogiſmus. 33
Purgationes in quo cauſsarum genere ponantur. 315

Q

Qualitas abſoluta quæ ſit. 19. 76
Qualitas abſoluta quomodo græce dicatur. 19
Qualitas aſſumptiua, quæ ſit. 19. 76
Qualitas aſsumptiua quomodo aliter dicatur latine, & græce. 19
Qualitas communis quomodo aliter dicatur. 19
Vbi adhibeatur. 19
Qualitatis abſolutæ quot ſint modi. 146
Qualitatis communis capita tria. 10
Qualitatis conſtitutio quibus nominibus appelletur. 144
Qualitatis controuerſiæ partes duæ. 19

Quali-

Qualitatis quæſtio quotuplex. 145
Qualitatis ſtatus an ſit ab alijs diſtinctus.
Qualitatis ſtatus capita. 148
Qualitatis ſtatus Oratio quas admittat partes. 153
Qualitatis ſtatus, qui ſit. 144
Qualitatis ſtatus quem locum inter alios teneat. 143
Quæſtio actionis, vel cognitionis quot modis conſideretur. 6.13
Quæſtio, An ſit, ad quos pertineat. 96
Quæſtio, aut definitionis eſt, aut qualitatis. 52.53
Quæſtio cognitionis ad res finitas non deſcendit. 3.13.15
Quæſtio de facti appellatione quotuplex ſit. 135
Quæſtio de facti qualitate quomodo tractetur. 145
Quæſtio ex duorũ contentione oritur. 18
Quæſtio finita quæ ſit, & quomodo aliter vocetur. 6.7
Quæſtio finita quomodo ſubdiuidatur. 3
Quſtio infinita in omnibus circunſtantijs reperiri poteſt. 7
Quęſtio infinita quę ſit, & quomodo aliter dicatur. 6.7
Quęſtio ſimplex ſub quo ſtatu cõtineat. 52
Quæſtionem triplicem eſſe quomodo probetur. 60.66
Quæſtio-

Quæſtionis cognitio neceſſaria. 24
Quæſtionis diuiſio accidentaria q̃ ſit. 2.8
Quæſtionis diuiſio in cognitionē,& actionem eſt imperfecta. 3.5
Quæſtionis explicatio quid afferat. 60
Quæſtionis etymologia,& definitio. 4.27
Quæſtionis rhetoricæ partes. 8
Eiuſdem diuiſiones variæ. 8.9
Q̃ōnis ſimplicis tractatio in iudicijs. 145
Quæſtiones ciuiles quæ ſint. 6
Quæſtiones cognitionis habent finem doctrinam. 2
Quæſtiones cognitionis quæ ſint. 3.6
Et quibus in rebus verſentur. 13
Quæſtiones de vnaquaq; re quattuor ſunt. fol. 52.58
Quæſtiones naturales. 6
Quæſtiones omnes an ad certa capita reuocari poſsint. 286.287.292.300
Quæſtiones philoſophicæ. 6
Quæſtiones Rhetoricæ quot, & q̃ ſint. 18
Quæſtiones ſine conſiſtentia. 68.69
Quæſtiones ſtatū habentes, quæ ſint. 68
Quæſtionum numerus, an ſit certus. 61
Querimoniæ in quo cauſſarum genere ponantur. 315
Rō an ſemꝑ neceſſaria ad ſtatū gignēdū. 35

R

Ratio quæ ſit. 32.34.214
Ratiocinatio in Definitiua controuerſia.

uerſia. 139
Recentiorum quorundã error de ſtatib. 82
Reciprocum cauſſæ genus. 70
Regionum laudes. 79
Relatio, quæ ſit, & quo græce dicatur. 19
Remotio quæ ſit, & quo aliter vocetur. 19
Replicatio, quid ſit Iuriſprud. 33
Rerum laudationes. 374
Res per cauſsas cognoſcuntur. 1.59
Reus. 32.87.88
Rhetor an agat de quæſtionibus cognitionis. 2.6.12.14
Rhetorica dici põt rationalis facultas. 17
Rhetorica eſt ars actionis. 2
Rhetoricæ, & Dialecticæ ratio diuerſa. 17
Rhetoricæ materia eſt quæſtio. 2.5.12
Rhetoricæ munus pcipuũ eſt probare. 17
Rhetoricæ nomen quot modis capiat. 331
Rhetoricæ partes, an ſpecies dicãtur cauſſarum genera. 329
Rhetoricæ ſpecies, an ſint tres. fol. 286, 288.292.296.
Rhetoricę tria eſſe genera, aut ſpecies quomodo intelligatur. 331
S
Scientiarum & artium laudes. 374
Signa, vñ infirma ducũtur argumẽta. 104
Signa, quibus vtitur orator. 103
Signum quid ſit. 101
Similitudinis expoſitio. 11
Sophi-

Sophiſtæ an oratorum numero excludendi. 303
Sophiſtæ quod dicendi genus colerēt. 303
Staſis quid ſit,&vnde dicatur. 28.29.37.45
Statum nullum eſſe quomodo probetur. 53
Statum quis faciat. 34
Status acceſſorij qui ſint. 43
Status an ex ſola intētione naſcatur. 89.92
Status coniecturalis deſcriptio. 98
Status cur inueniendus. 383.387
Status definitio à Tullio allata an ſit bona. fol. 38.43.49
Status definitio Hermagoræ an ſit bona. fol. 39.40
Status & diſceptatio an differant. 80
Status & iudicatio an differant. 78
Status fit à reſpondente. 92
Status in Miloniana cauſſa qui ſit. 80
Status inueſtigandi ratio. 218
Status in vna oratione quot eſſe poſsint. fol. 60
Status in vna cauſſa plures eſſe quot modis contingat. 211
Status iuridicialis. 74
Status legalis. 73
Status mutatio in eadem oratione an fiat. fol. 60
Status negocialis. 74.167
Status plures quomodo in eandem incidāt cauſſam. 42
Status

Status principalis cognoſcendi regula. 213
Status quid ſit. 15. 16. 22. 27. 35. 37. 44
Vnde dicatur. 27. 28. 30
Status rationalis. 73
Status ſintne tres, an plures. 51. 53. 54. 55. 57. 62. 63.
An pauciores. 56. 61
Status tot ſunt, quot complexiones. 220
Status tres in omni quæſtione poſſunt eſſe. fol. 66
Status vnde oriatur. 41. 88. 175
Status vnus ex duabus rationibus. 220
Status vocis auctor. 36
Statuum cognitio difficilis. 225
Statuum diuiſio quæ melior. 57
Statuum genera quot ſint. 51. 53
Statuum ignoratio damnoſa. 24
Statuum numerus an ſit certus. 61
Statuum tractatio an ſit Rhetoris. 15. 22
An Dialectici. ibid.
An vtilis. ibid. & 16. 22.
Statuum tractatio, an cauſſarum prior eſſe debeat. 294
Statuum tractatio vtilis & neceſſaria. 23
Suadere quid ſit. 393
Suaſio, & diſſuaſio duplex. 394
Suaſio quid ſit. 394
Suaſoris qualitates. 397
Suaſorium genus vnde dicatur. 393. 400
Συνέχον, 33. 34. 214

Συνεςῶτα quæ ſint. 68
Sygnome quid ſit. 20

T

TEſtes quomodo confutentur. 118
Teſtimonia. 117
Teſtimoniorum dictio, ſub quo cauſſarum genere contineatur. 312
Theſis cõtinet hypotheſin, & quomodo. 7
Theſis, & hypotheſis ſunt inter ſe relata. 7
Tranſlatio ad qualitatis ſtatũ pertinet. 180
Tranſlatio an ad legitimum ſtatum pertineat. 186. 187. 191
Tranſlatio quotuplex ſit. 182
Tranſlatio vnde dicatur. 176
Tranſlatio vnde naſcatur. 174
Tranſlationis definitio. 182
Tranſlationis diſpoſitio. 184
Tranſlationis natura. 20
Tranſlationis nomina alia. 177
Tranſlationis rationalis capita. 183
Tranſlationis ſtatus. 52. 67
Tranſlationis ſtatus an ab alijs diſtinguatur. 175. 180
Tranſlationis ſtatus quem locum inter alios habeat. 173
Tullij & Fabij diſſenſio. 78. 80
Tullius an iure reprehenſus de demonſtratiui generis appellatione. 340
Tuti, & commodi tractatio in deliberationibus. 415

V

VIrtutum laudes. 376
Virtutum omnium cognitio Oratori neceſſaria. 354
Vituperandi modus qualis ſit. 356
Vnimembre genus cauſſæ. 69
Vrbes quomodo laudentur. 379
Vtile quod ſit. 370
Vtile in deliberationibus quod ſit. 414
Vtilitatis partes in deliberationibus. 170
Vtilitatis tractatio in deliberationibus, fol. 406. 415

Z

Ζήτημα quid ſit. 30

FINIS